





ARCHIVUM

FRANCISCANUM HISTORICUM

PERIODICA PUBLICATIO TRIMESTRIS

CURA

PP. COLLEGII D. BONAVENTURAE

ANNUS XXII = TOMUS XXII

Typographia, Directio et Administratio
AD CLARAS AQUAS, FLORENTIAE
(FIRENZE) BROZZI-QUARACCHI
1929.

ARCHIVUM

FRANCISCANUM HISTORICUM



PERIODICA PUBLICATIO TRIMESTRIS

CURA

PP. COLLEGII D. BONAVENTURAE



ANNUS XXII = TOMUS XXII

Typographia, Directio et Administratio

AD CLARAS AQUAS, FLORENTIAE

FIRENZE, frazione QUARACCHI

1929.

DISCUSSIONES

DE « LEGENDA VERSIFICATA » S. FRANCISCI
AUCTORE
HENRICO ABRINCENSI

Legendae metricae auctor *Vitam I* S. Francisci Assisiatis a Fr. Thoma Celanensi, Gregorio IX iubente, an. 1228 stilo disertissimo exaratam in hexametra redegit, hincque aptissime inscriptione *Legenda versificata* praenotatur. Poëta sive versificator carmen suum heroicum, divisum in XIV libros, quorum primae litterae per acrostichon nomen *Gregorius Nonus* efformant, eidem Summo Pontifici dedicavit. Pontificem carmine suo heroico oblectare, nihil autem novi eumdem docere voluit versificator, qui *Vitae I* ordinem tenoremque secutus, factum novum quodcumque adicere praetermisit. Is erat magister Henricus Abrincensis, clericus saecularis, canonicus atque decanus, plurimorum, ultra scilicet CL poëmatum conditor fecundus atque copiosus.

Primo de auctore *Legendae versificatae* pauca dicemus, dein de codicibus qui eam exhibent et de variis eiusdem recensionibus plura disputabimus, tunc de dispositione et arte carminis huius agemus, dehinc de tempore quo Legenda versificata sit; demum praesertim inquiremus, quantae auctoritatis historicae carmen hoc metricum, qua S. Francisci *Vita,* sit aestimandum.

De auctore Legendae versificatae.

Cum Ant. Cristofani *Legendam* hanc *metricam* an. 1882 e codice Assisiensi in quo anonyma est, primum ederet, coniecturando Fr. Iohanni Cantiano, Fratri Minori Anglo, eamdem adscripsit. Post eum alii auctores aliorum Fratrum nomina qua *Legendae* versificatorum proposuerunt [1], veri autem auctoris nomen e codice Cantabrigiensi cl. v. A. G. Little eruit [2].

[1] Cf. de his rebus doctam dissertationem P. Theophili Domenichelli in AFH I, 209-16.

[2] Th. de Eccleston, *De adventu Fratrum Min. in Angliam,* Paris 1909, 227, in nota ibi suppleta. Cf. idem, *A guide to franciscan studies,* London 1920, 12-3.

Magister Henricus de Abrincis (1) seu Abrincensis agnominatus, e patre Normanno in Germania ortum habuit, inter annos forte 1190-1200 (2). Idem fuisse videtur cum 'magistro Henrico Coloniensi' ab imperatore Ottone IV an. 1214 ad Iohannem regem Angliae misso. Pro isto, tempore eodem Henricus carmina scribebat et an. 1215 pro Ottone IV. Circa an. 1219-27 in Anglia morabatur, unde mox in Germaniam rediit, quam invenit 'inquisitoribus haereticorum infectam'. An. 1232 et 1234 in curia Romana degebat; circa an. 1235 cum curia Frederici II imperatoris in Germaniam fortassis abiit. An. 1237 decanus erat capituli cathedralis ecclesiae Ultraiecti ad Mosam (3), unde, amissis decanatu atque castello quodam in Germania, ad curiam Papae an. 1238 rediit. Forte an. 1234 canonicus Abrincensis fuerat, aliquamdiu Franciam incolens. An. 1241 pro Ludovico IX, rege Franciae scripsit; an. 1243-1260 officialis erat « *versificator* » curiae Henrici III regis Angliae. Cuius regis gratificationes Henrico datae, denariorum summae aliaeque gratuitae elargitiones in actis regiis conservatae sunt, demptis annis 1245-50 atque partibus annorum 1253-55 (4).

Hoc temporis spatio Henricus, inter 'clericos vagos' computandus, alibi denuo peregrinasse sive divagatus esse videtur. Pro compluribus etenim 'patronis' carmina sua fundebat mira quadam fecunditate, nec minore facundia, pro Papa, pro imperatoribus, regibus, cardinalibus, archiepiscopis, episcopis, aliis dignitate minore praestantibus saecularibus clericisque Italiae, Germaniae, Franciae atque Angliae, sive ab eisdem favores, dona, beneficia expeteret, sive pro iam impertitis gratias versibus suis caneret, sive alias ob rationes plectrum suum nunc blandum et gratum, nunc querulum et litigiosum pulsaret. Cum pluribus versificatoribus coaevis lites agebat metricas. Ex his Michael Cornubiensis saevum contra Henricum, alias « Henriolotum », poëma 1276 hexametris constans compegit (5), incipiens: « *Archipoeta, vide quod non sit cura tibi de | non reprehendendis in me* ». In versu 627 eum iratus compellat: « *Pseudopoeta, prius te diximus archipoetam* ». Maxime varia carmina ab Henrico condita, alia aliis longiora, alia aliis breviora ad usque numerum 162 pertingunt, breviter recensita a

---

(1) Id est *Avranches* in Normandia, unde pater ipsius ortus erat.

(2) Sequimur Jos. Cox Russell, *Master Henry of Avranches as an international poet*, ap. *Speculum*, III, Cambridge (Mass.) 1928, 34-63. Ibi dicta auctor extraxit e sua Dissertatione inaugurali Universitatis Harvardiensis, 1926, nondum typis cusa. Cf. idem, *Three short studies in medieval intellectual history*, ap. *Colorado College Publications; Social Science Series*, VIII, 2, 1927, p. 53-69. — Item P. Grosjean, *Henrici Abrincensis carmina hagiographica. I. Vitae S. Francisci exemplum Cantabrigiense*, ap. *Anal. Boll.* 43 (1925), 96-114; idem, *Magister Henricus de Abrincis archipoeta*, ap. *Studies*, XVII, Dublin 1928, 295-308.

(3) Maastricht; vix Utrecht: Traiectum ad Rhenum sive Inferius.

(4) Eorum locos extraxit Russell, *Master Henry*, 55-8. In eis plerumque nuncupatur: « *magister Henricus versificator* »; alias: « *le versifiur* ».

(5) Edidit A. Hilka, *Eine mittelalterliche Dichterfehde*, ap. *Mittelalterliche Handschriften... Festgabe... Herm. Degering*, Leipzig, 1926, 123-54.

cl. Russell (1). Lyram canoram Henrici dira mors confregit non diu, ut videtur, post Matthaeum Paris, O. S. B., († 1259), Anglum, celebrem historiographum (2), cuius erat maxima collectio poëmatum Henrici, nempe codex C, de quo plura infra. Parum verisimile est Henricum tantum anno 1272 e vivis sublatum esse (3).

Ira concitus ac forsan invidia ductus Michael Cornubiensis, alias Blaunpayn, in Henricum nostrum, poëtam aulicum Angliae, inter plurima haec, hexametris leoninis varie consonantibus, versificavit (4):

Immo per terras vagus erras, si quod oberras.
Narrans res miras, deliras; nec tibi liras
Eligis, immo liras res diras, dignus et iras
Pacis ab hoste pati.

Alibi contra Henricum haec hexametra hyperbolica condidit (5):

Per terras varias, velut explorando poetas
Erras et varias tibi vestes verme repletas;
Vermibus (6) *impletus foris, intus, quid facis inter*
Tam mundos coetus? Tuus est sine remige linter.

De codicibus Legendae versificatae.

In tribus manuscriptis haec Legenda metrica exstat, rectius in duobus, nam tertium eamdem exhibet ab alio post an. 1273 retractatam et Legendae maiori S. Bonaventurae adaptatam.

1. — In celeberrimo illo codice Assisiensi [= **A**] num. *338*, f. 54ra-71va adest, quem descripsit B. Bughetti, ap. AFH V, 237-9; vide etiam ibid. XVIII, 164. Codex maximam partem scriptus fuit ante an. 1279; *Miracula S. Francisci* paulo ante *Legendam versif.* in eo exstantia scripta sunt post an. 1253; v. AFH XXI, 162-5. — Huius codicis, solius qui tunc innotuerat textum edidit Ant. Cristofani, *Il più antico poema della vita di S. Francesco d'Assisi scritto inanzi all'anno 1230,* Prato 1882. Textui latino adiecit versionem metricam italam. Cf. p. 11-2.

Iam Lud. Lipsin, O. M. Conv., *Compendiosa historia vitae S. P. Francisci,* Assisii, 1756, 143, e cod. A ediderat versus 32-9 libri XIV. — Dein Nic. Papini in duobus suis operibus plurima hexametra ex A publici iuris fecit, ap. *Notizie sicure della morte, sepoltura, canonizzazione e traslazione di S. Francesco,* Firenze 1822 et denuo Fuligno 1824. En loci iuxta II editionem. Pag. 5-6 edidit *Leg. versif.* XII, 4-11; p. 6:

---

(1) Russell, l. c. 58-63.

(2) Qui Henricum etiam allegavit ap. sua *Chronica Maiora,* III, 189s., 391 *(Rer. Brit. Script.);* v. Russell, *Master Henry,* 88.

(3) Ita adnotavit P. Grosjean, ap. AB 43, 98; iuxta Th. Warton, *The history of English poetry,* ed. W. C. Hazlitt, II, London 1871, 48. Cf. infra, p. 8, nota 3. (4) Ap. Hilka, l. c. 150, vers. 1080-3.

(5) L. c. 141, vers. 677-80.

(6) De his, quamvis ingratis, sermo infra recurret, 29-32.

XII, 35-6; p. 14: XII, 70-3; XIII, 36-40 et 55-7; p. 16; XIII, 43-9; p. 30, XII, 57-60; p. 43: XIV, 32-40; p. 44: XIV, 42-3 et 58-62; p. 114: I, 26-32; demum p. 219: VII, 113-6 (1). — Mox postea in sua: *La storia di S. Francesco di Assisi,* Fuligno 1825 et 1827 (2 voll. in-4°) haec hexametra in lucem protulit; in vol. I, 19: *Leg. versif.* I, 217-9; p. 21: I, 230-6 et 237-8; p. 27: II, 150-2; p. 31: III, 140-5; p. 32: III, 155-60: p. 34: IV, 12, 14-5); p. 35: IV, 47-8; p. 36: IV, 194-5; p. 39: IV, 218-20; p. 45: VI, 168-9; p. 53: V, 188-93; p. 54-5: VI, 10-6; p. 57: VI, 71-3, 80-2 et 84-8; p. 63: VI, 135-42 et VI, 119, 121; p. 65: VI, 143-9; p. 67: VII, 47-59; p. 68, VI, 154-9; sed versus 159-60 in unum contraxit et hyperbolicum illud in versu 155: « *crescit in immensum* » [cf. infra, 52] sic ipse temperavit: « *Ordo iam crescit* ». — Dein sequuntur p. 128: XII, 13-8; p. 134: XII, 63-9 et 82-4; p. 135: XII, 70-2; p. 139: XIII, 1-3 et 5; p. 147: XIII, 43-8; p. 149: XIII, 62-5; p. 160-1: XI, 46-79, id est descriptio S. Francisci; p. 166: XIV, 28-31. Sed p. 135 Papini contra A (et C) legit: *Silic* pro *scilicet,* autumavitque in XII, 72, hac voce peregrina *Silic* nomen nervi cuiusdam optici, tunc aevi in scholis Angliae ita vocati, nobis servatum fuisse. — In *Appendice* vol. I, p. 175-6 edidit I, 1-31; p. 195: V, 124-7; demum p. 197: V, 128-32. — Tomo suo II paucos versus inseruit; p. 38: IV, 200-9 atque p. 39-40: II, 112-43. — In plerisque locis Papini *Legendae versif.* maiorem quam meretur tribuit auctoritatem, ut infra exponenda palam facient (2).

Amanuensis ita exemplum suum exorsus est: *Proemium in Legendam S. Francisci versificatam,* quem titulum utpote aptum indolique carminis convenientem retinendum esse iudicatum fuit. Incipit: *Gesta sacri cantabo ducis.* — Textus absque divisione patentiore partium maiorum binis in columnis decurrit, sed librarius inter versus Rubricas numero 156 apposuit, quae textum legituris indicia utilissima circa materiam seu facta quibusque in locis exposita praeberent. Ex his rubricis Cristofani totidem capitulorum saepe brevissimorum titulos effecit; sed in editione ap. AF X, rubricae istae, ne contextum creberrime dissecarent, in margines qua postillae relegatae fuerunt.

Amanuensis scriptor erat non indiligens, quin tamen tanto scriberet studio, ut errores evitaret. Quoniam hexametra exemplabat scriba, si quidquam metrorum pedumque callebat, eorumdem mensurae atque numeri, aliquantulo studio adhibito, exemplanti certe magno erant auxilio ac monitu continuo, ne pro lubito suo vel minimas voces aut mutaret aut transferret. — Quae etiam pro aliis librariis huius *Legendae* metris adstrictae obtinent, gradu uti videbimus vario.

(1) Iidem loci in I editione reperiuntur in pag. 7-8, 8, 17, 19, 34, 48, 49, 125, 215. — Waddingus nonnisi vagam *Legendae versif.* notitiam habuerat; ad 1230, n. 7 (II2, 210): « Anglicus quidam Legendam illam [I] Celani ad metrum gravis et docti carminis heroici reduxit »; neque inter fontes suos eam allegaverat; I2, cxcv. (2) Cf. etiam Domenichelli, l. c.

2. — Codex bibliothecae Universitatis Cantabrigiae [= **C**], sign. *Dd. 11. 78.* Membraneus, in-8°, foll. A, 238, a variis amanuensibus scriptus ([1]) circa an. 1250, vel circa 1243-59 ([2]). *Leg. versificata S. Francisci,* in fine huius codicis, f. 200r-38r, addita fuit a scriba qui praeter eam nulla alia in C exemplavit. Hanc prae se fert inscriptionem: *Super vita b. Francisci versus magistri H. Abrincensis ad Gregorium papam Nonum.* Auctor istis clare enuntiatur. — Certe circa an. 1259 codex iam compactus fuit, nam in fol. Av, in margine superiore ab ipso Matthaeo Paris (alias Parisiensi), qui an. 1259 obiit, haec nota scripta est ([3]): « *Hunc librum dedit frater Matheus Deo et ecclesie S. Albani. Quem qui ei abstulerit, anathema sit* ». Rubricae sicuti in A inter versus scriptae sunt, sed alterius sunt tenoris; cf. 17-8. — Momentum codicis C in eo consistit, quod uberrimam collectionem carminum H. Abrincensis complectitur.

Inter ea *Legendae versificatae* plurium Sanctorum exstant, quas P. Grosjean edere sibi proposuit. Initium sumpsit a *Leg. versificata S. Francisci,* cuius lectiones, quatenus ab editione Cristofaniana variant, accurate collegit ap. AB 43, 100-14 ([4]). « Describentibus nobis (inquit idem auctor) carmina H. Abrincensis hagiographica, propemodum liquido patuit, codice C contineri Henrici opera ex ipsius Henrici scriptis desumpta, vel etiam ipso moderante exarata, ne dicam retractata » ([5]).

Aliis verbis dici potest, in C non iam formam primigenam carminum Abrincensis exhiberi, sed recensionem posteriore tempore ab ipso probabilissime Henrico retractatam. Quae animadversio generalis P. Grosjean ([6]), quaestiones de *Legenda metrica* S. Francisci aliis relinquentis, ex accurata discussione lectionum codicis C atque A (itemque V, de quo statim), in casu ergo nostro particulari, plene confirmatur. Qua de re plura, p. 12-16, dicentur.

In C *Legenda* nostra in libros XIV dividitur, quorum primae quaeque litterae insimul compositae nomen Gregorius Nonus, scilicet Papae huius nominis, *Legendae* patroni, efficiunt. Acrostichon istud data opera proculdubio versificator confecit. Gregorio IX carmen dedicatum est (lib. I, vers. 21-5) eiusque laudes et elogia variis in libris decantantur; v. 14-5. — Singulis libris insuper argumentum, hexametris quaternis constans, aptum et accuratum praemittitur. De horum hexametrorum quaternorum genuinitate dubium vix

([1]) Cf. *Catalogue of the MSS. preserved in the Library of the University of Cambridge,* I, Cambridge 1856, 469-76; P. Grosjean, ap. AB 43, 96-8; Russell, *Master Henry,* 59-60. ([2]) Ita Russell, l. c. 59.

([3]) Grosjean, 98, nota 1, ubi de aliis autographis Matthaei.

([4]) Pro editione ap. AF X, nova collatio trium codicum instituta est, iuxta photographias horum MSS. ([5]) L. c. 98.

([6]) Errores autem in C contenti opinari vetant, Henrico ipso moderante, saltem *Leg. versif.* nostram exaratam esse.

moveri poterit, quia singulorum librorum materiem scite condensant arte non parva atque Henrici scribendi rationem, ni fallimur, redolent. Praeter argumenta ista in C deprehunduntur tres variationes atque additio quaedam, ad quas mox sermo recurret. — Editio ap. AF X divisionem in XIV libros prae se fert; cf. p. 11-2.

3. — Tertius codex **V** adservatur in biblioteca municipali Versaliensi *(Versailles)* num. *8*, fol. 73r-105v. Praecedunt *Correctorium Bibliae* et Lexicon latinum. Est membraneus, scriptus saeculo exeunte XIII vel ineunte XIV, quin quoad istam ultimam codicis partem tempus certo definiri queat. Codex mutilatus fuit, fineque suo caret, desinens iam l. IX, versu 54. Praeterea in V ob folia erepta desunt versus I, 209-26 ac insimul partes duarum additionum. Dein eamdem ob rationem desiderantur II, 190-III, 80; item ob folia excisa desunt V, 189-95; 221-43, VI, 14-80 atque VIII, 111-IX, 26; ob folium laceratum partes versuum V, 196-220, 244-50 atque VI, 1-13 deficiunt. — Eadem ut videtur, manus in V vocabula quaedam correxit et integra etiam hexametra item in rasura rescripsit, ideoque ductu largiore usa est; cf. II, 4, 16, 38; IV, 58, 128, 216; V, 88-90, 108; VI, 134; cf. etiam VI, 5. Quae rasurae fortasse innuunt V autographum huius retractatoris anonymi esse.

Codicem detexit et paucis descripsit P. Eduardus Alenconiensis, O. M. Cap., ap. *Miscell. Francesc.* IV (1889), 33-4 atque dein partes proprias codicis V vulgavit l. c. V (1890), 73-6, 123-6; VI (1895), 26-31.

Plures partes resque in V novae sunt relate ad A et C. V non proprie *Legendam versificatam* codicum A et C continet, sed novam omnino eiusdem retractationem, qua *Legenda* Henrici non iam *Vitam I* Celanensis sequitur, sed eodem modo *Legendae maiori* S. Bonaventurae adaptata fuit. Maxima tamen pars *Legendae versif.* servata fuerat in codice olim integro, nunc, proh dolor, mutilo.

Retractator qui in V sic novam *Legendam versificatam* exaravit, suum agendi modum in *Prologo* suo prosaico explicavit (1). In hoc laudatur *Legenda maior* quam scripsit S. Bonaventura, Minister generalis et Cardinalis, « *cuius doctrina et scriptis universalis iam illustratur ecclesia* ». Unde liquet hunc retractatorem post 28 maii 1273 scripsisse, quo die S. Bonaventura Cardinalis creatus est (2). Quoniam vero S. Bonaventura iam paulo post annum revolutum, 15 iulii 1274, defunctus est, e dictis a retractatore de eius doctrina et scriptis, sed silente de eius vita, etiam colligere licet eumdem, Bonaventura iam mortuo, opus suum peregisse (3). Aetas codicis V vetat retractationem secure in saeculum XIV referre.

(1) Eum ed. Alenconiensis, *Misc. Fr.* V, 73-4.

(2) Cf. A. Callebaut, ap. AFH XIV, 401-14; Glorieux, ib. XIX, 145-68.

(3) Abrincensis saltem iam an. 1272 obierat. Cf. 5. Totus *Prologi* tenor evidentissime manifestat eum ab Henrico scriptum non esse. Sic etiam P. Gros-

Anonymus Versaliensis (sic eumdem vocare licet), verisimillime Frater quidam Minor, deinde in *Prologo* suo vagius dicit circa *Legendam versificatam*, hanc: « *metro cudisse, praesule quodam instante* [1], *magistrum ferunt Henricum, profundae, ut stilo claret, scientiae* [2] *virum. Qui multa silet ab aliis posita et quaedam tangit omissa* ».

Primum quidem verum est, tum relate ad *Vitam I*, cuius plures paragraphos omisit, tum praesertim relate ad *Leg. maiorem*. Alterum vero, etiamsi verbum « *tangit* » sensu stricto sumpseris, minime quadrat. Hoc ex infra [3] exponendis patebit, quoad omnia scilicet quae S. Franciscum attingunt, non quoad digressiones poëtae, quas anonymus Versaliensis hic certe non respexit. Iste ergo hoc dicto se parum peritum *Legendarum* S. Francisci prodit, praesertim *Vitae I*.

Aliqua vocabula huius Prologi, licet neque relative neque absolute multa sint [4], cum vocibus Prologi a Fr. Bernardo de Bessa suae *Legendae S. Francisci, Liber de laudibus* [5] inscriptae, praemissi consonant, praesertim in laudibus S. Bonaventurae [6]. Definiri tamen nequit, utrum Anonymus Versaliensis e Fr. Bernardo haec vocabula transscripserit, an Bernardus ex Anonymo, an uterque e quodam tertio fonte nobis ignoto haec transsumpserit, an denique Anonymus ideo idem censendus sit cum Fr. Bernardo. Aetas codicis V primae hypothesi non obstat, neque quartae, si V revera autographon est; neque compilatoris munus quod Fr. Bernardus in *Libro* suo egit, quin omnes fontes in Prologo suo manifestaret [7], secundae et tertiae opinioni contradicit. Quartae autem hypothesi obstare videntur dicta in Prologo V inaccurata de relationibus inter *Legendam versif.* et alias Legendas S. Francisci praevie a nobis relata; quibus addas de ingenio poëtico Fr. Bernardi nobis hucusque saltem nullo modo constare sive ex aliis suis operibus sive ex aliorum auctorum testimoniis. Tertia hypothesis reliquis improbabilior censeri potest.

Porro dicit: Henricus opus suum metricum Gregorio IX, mirandarum virtutum viro, dedicavit « *et eius nomen per unciales XIV librorum sequentium litteras format* » [8]. Idem Henricus coram Gre-

---

jean ap. AB 43, 98-9, recte censuerat; neque elucet, cur postmodum ap. *Studies*, XVII, 299, nota 2, opinatus sit ipsum Henricum *Prologum* in V confecisse. De duobus hexametris huius *Prologi*, quae P. Grosjean, AB 43, 99, potius authentica Henrici aestimavit, statim dicemus.

(1) Dictum hoc nullo loco *Legendae versif.* fulcitur. Henricus eam Gregorio IX dedicavit (uti etiam infra in hoc *Prologo* dicitur) et, pro more suo, de 'patrono' *Legendae* ipse cogitavit.

(2) Intellige: litterariae.

(3) Cf. p. 24, num. 4; p. 29-53.

(4) Consonantiae in editione Prologi ap. AF X omnes significantur.

(5) Ap. AF III, 666-92. Cf. de eo AFH XXI, 43, 172-4.

(6) Locus paululo superius a nobis exscriptus in Bernardo non exstat.

(7) Exempla circa II Cel. et III Cel. habes ap. AFH l. c. 172-4.

(8) Cf. p. 11-2.

gorio IX sibi annuente, perorasset voces « *caritas, trinitas, veritas* » a poëtis christianis libere metris adaptandas esse « *unde vita haec metrica a nonnullis est « Caritas » ob dispensationem vocabuli appellata* ». — E quo dicto non absque ratione colligi posset, *Legendam versif.* Henrici magis divulgatam fuisse saec. XIII quam duo codices eiusdem superstites inducere sivissent.

Anonymus tunc prosaicos titulos capitulorum XIV suae *Legendae metricae* iuxta *Leg. maiorem* retractatae subnectit, e titulis ipsius *Leg. maioris* plura vocabula assumens. Demum *Prologum* claudit his duobus suis hexametris Leoninis:

Hoc opus Henrici non carpat dens inimici.
Qui sic mirifici praeconia scripsit amici.

Quae hexametra male tornata sunt a Versaliensi. Nam ob consonantiam vocum, in Leoninis necessariam, accentum in medio secundi versus semovit. Vox finalis, cuius gratia vis ista accentui illata est, perfecte consonat quadruplici concentui, ast parum apte apposita est, quia Henricus « *amicus* » S. Assisinatis non fuit, neque talis praedicari ullimode potest ob suam *Leg. versificatam* vel qualemcumque locum huius.

Relationes inter *Legendam metricam* Versaliensem et Henricianam quoad res minutas singulosque versus in apparatu critico editionis ap. AF X, subnotatae sunt. Variationes longiores et additiones Anonymi in *Appendice II* proferuntur, adnotatis versibus *Legendae* Abrincensis atque capitulis *Leg. maioris,* ad quae referendae sunt.

In codice enim V exstat recensio tertia *Legendae versificatae,* non ab Henrico Abrincensi, sed diu postea, inter annos 1275-1290, uti videtur, a quodam Fratre Minore libere retractata et tenori *Leg. maioris* coaptata. Quae retractatio revera novum opus constituit, non tantum novam recensionem *Legendae* olim *versificatae* ab H. Abrincensi. — De his alias plura dicentur.

De duabus recensionibus Legendae versificatae.

1. Henrici Abrincensis, clerici atque canonici, qui plures oras pluraque regna visere atque revisere gestiebat, mos erat carmina sua patronis quibusdam dedicare. Hinc carmen suum de S. Francisco Gregorio IX, in cuius curia aliquoties ob contentiones extricandas morabatur, inscripsit in Prologo poëmatis, I, 21-5: « *At tu, sancte pater, bone pastor, None Gregori* » etc. Tunc circa Summi Pontificis nomen eiusque particulas varie ludit [1], sensum etymologicum nominis

[1] Similes lusus cum aliis nominibus pro sui ipsius aevique sui more instituit etiam VI, 53-4; IX, 31-2; X, 3, 31-3, 39; XII, 4; XIII, 34. Cf. infra, 43, nota 1; 52, num. 33.

« vigilans » recte assequens ac subdens versum ferme integrum depromptum e suo praedilecto Nasone (1): « *tanti mensuram nominis imples* ». Statimque aliud hemistichium ex eodem (2) subnectit: « *Da mihi te placidum* ».

Carmen suum sive *Legendam*, qua *Vitam I* a Fr. Thoma Celanensi an. 1228, eiusdem Gregorii IX iussu scriptam 'versificavit', revera in XIV libros dispertivit, quorum primae quaeque litterae nomen GREGORIUS NONUS efformant (3). In carminis codice quem Henricus nitidis apicibus scriptum 'patrono' suo summo suppliciter obtulit, istae litterae (opinamur) unciales grandiores, lineis floribusque depictae intuentium oculos certe statim feriebant, patenti pulchroque modo nomen Summi Pontificis resonantes.

Reapse initialis littera primi versus totius poëmatis exordientis: « *Gesta sacri cantabo ducis* » primam « *tanti* (ut ipse ait) *nominis* » litteram designat (4). Aliae litterae ordine suo in cuiusque libri principio adsunt, insimulque adunatae nomen illud augustum conclamant. — Quae aperte demonstrant divisionem in libros XIV ab amanuensi codicis A iniuste maleque sublatam vel omissam esse (5), qui ita universos libros XIV in unum opus indivisum arbitrarie conflavit. In cod. C econtra divisio ista genuina ipsius versificatoris servata est.

2. Librorum divisione ab A suppressa, etiam argumenta singulis libris praefixa, quaternis hexametris constantia, necessario praetermissa sunt in A. Visa autem tota indole codicis C, haec argumenta exhibentis, eorumdem authentia in dubium vocari nequit. In utraque ergo re librarius A omissionis est causandus.

Animadvertas et divisionem in libros XIV et horum argumenta adfuisse in archetypo quo usus est anonymus Versaliensis. Hic divisionem illam, etiam contra *Legendam maiorem* retinuit atque librorum argumenta suae retractationi adaptavit, sed eadem prosaice expressit, quia (credimus) concisio in eisdem necessaria suam versificandi virtutem superaret.

3. En numeri versuum singulorum librorum. Quia Cristofani textum A typis edens libros non significavit, neque versus numeravit, inter parentheses aduncas hic statim numeros paginarum eius editionis apponemus.

Ita ii quoque qui editionem ap. AF X ad manus non habent, versus infra nobis allegandos discutiendosque minimo temporis dispendio, si hoc eis libuerit, reperire quibunt. — Liber I versus complectitur 246

(1) Ovidius, *Epist. ex Ponto*, I, II, 1.
(2) *Fasti*, 1, 17. (3) Cf. infra, num. 3.
(4) Hinc sequitur Prologum seu versus 1-25, ad librum I pertinere, non ab hoc seiungendum esse.
(5) Seu potius iam, opinamur, a scriba archetypi ipsius.

[pag. 3-28] incip.: *Gesta sacri.* — II: 235 [28-54, l. (¹) 14] incip.: *Rore suo.* — III: 211 [54, l. 15-76] incip.: *Exterus est.* — IV: 225 [76-102, l. 8] incip.: *Gratia caelestis.* — V: 250 [102, l. 9-130] incip.: *Omnibus haec.* — VI: 180 [130-152] incip.: *Recta resistendi.* — VII: 186 [152-172] incip.: *Interea supplex.* — VIII: 226 [172-196, l. 19] incip.: *Vota retardari.* — IX: 198 [198, l. 1-218] incip.: *Suspiciens miratur.* — X: 138 [218-236] incip.: *Nomine vir celebris.* — XI: 118 [236-248] incip.: *Optima virtutum.* — XII: 103 [248-260, l. 15] incip.: *Non cessans.* — XIII: 122 [260, l. 16-274] incip.: *Urbis* [2] *in ingressu.* — XIV: 91 [274-286] incip.: *Sanus ad haec.* — Notatu dignum est horum vocabulorum nullas variationes, una dempta, exstare in tribus codicibus. Acrostichon suum poëta, qui patronos suos saepissime adulabatur [3], certo studiose construxit, cum primo carmen suum Gregorio IX dicavit. — *Legenda versif.* hexametra 2529 complectitur; quibus adde 56 argumentorum in initiis librorum, ita ut universim 2585 hexametra comprehendat.

4. Duobus sub praedictis correptisque a nobis respectibus textus *Legendae* in A contentus inferior apparuit textu vel textus dispositione quam C exhibet. Hic codex nexu quodam stricto cum ipso H. Abrincensi cohaesisse apparuit [4]. Nihilo tamen setius probari potest in C recensionem posteriorem *Legendae versif.* contineri. Argumenta nobis subministrant plures omissiones in C deprehendendae atque unus ex iis quatuor locis prolixioribus, quibus C ab A maxime discrepat, qui loci ideo in *Appendicem I* editionis apud AF X relegati fuerunt [5], Assisiensi textui principatu reservato in corpore *Legendae versif.* ibi edito.

Locus primus aliam versionem sive variationem et ampliationem versuum 103-108 libri III exhibet, 17 hexametris constantem. Horum tamen versus 5 idem est verbatim cum versu 106 in A, una cum duobus primis vocabulis versus 107. — Pars est invectionis adolescentis Francisci in patrem suum, quam prolixam in ore Francisci posuit poëta. Locus in C orditur: « *O Furiis agitate senex, mihi vera videnti* | *certa securo* » etc.; in A vix minus aspere sonat: « *O saevi scelerata patris dementia! Me vis* | *fallere* » etc. — Ex mutato tenore huius invectionis nihil colligi posse fatemur. Est mutatio mere poëtica, ni dicamus: expolitio. — Notes in his versibus V consonare cum A, contra C.

Locus secundus maiorem effectum primo exserere non potest. Iste affectat IV vers. 138-151, ubi de Francisci adhuc in saeculo agentis largitate et compassione ad pauperes suo modo poëta cantat. Recensio in C hexametris 13 constat, quorum tamen tres (vers. 7-9)

(¹) Lineas indicamus ubi libri incipiunt in media paragrapho ap. Cristofani; cf. 6. (²) In C mendose *Orbis*. Cf. 19.

(³) Cf. Russell, 44-5, 54; infra, 15, nota 3. (⁴) Cf. 5.

(⁵) Eosdem habes ap. Grosjean, AB 43, 103, 104, 105, 114, cum XIV librorum argumentis.

atque hemistichium haec praecedens eadem verbotenus sunt ac in A, l. IV, 147-9 et 151. Expolitio est quoad formam; tropos quosdam sui aevi poëta sustulit. — Etiam in his versibus A et V consonant contra C.

Locus tertius[1] parva est additio 6 hexametrorum, insertorum inter vers. 4 et 5 libri IX. Additio ista non mera imaginatio poëtae est, sed is ea metro alligavit, quae Celanensis n. 58, 25-30, narraverat, Franciscum sollicite creaturas quascumque ad laudem Creatoris hortatum esse.

Quisnam nobis explicaret, cur A hos versus omisisset, si eosdem in suo archetypo repperisset? Altera ex parte minime elucet, cur scrupulo quodam magis historico quam poëtico motus[2], Henricus eos postmodum inseruerit. Nemo coniciet eosdem iam a scriba codicis perpulchri Gregorio IX oblati ex oscitantia omissos esse. Sed praetermissio forte iam facta est ab amanuensi codicis cuiusdam intermedii inter illud exemplar papale et exemplum A; seu demum, ipsi A omissio fortassis imputari posset. Quidquid fuit, A cum exemplari illo papali aliquo modo cohaeret, non vero cum C, sicuti infra clarius elicitum iri confidimus[3].

Quartus locus nos iam in *Legendae* extremum finem deducit, videlicet in l. XIV, vers. 82-91. Sic in cauda non venenum latet, sed dulce. In C ultimis *Legendae* 9 versibus alios 23 suffecit poëta, quorum tamen 18 et 19 iidem prorsus sunt ac 83 et 84 in A. Insuper tres ultimi (21-3), duabus vocibus demptis, iidem item sunt in utroque codice; hi enim solitam doxologiam finalem efformant (XIV, 89-91).

In versibus 70-6 hanc additionem praecedentibus Henricus denuo Gregorii IX, S. Franciscum canonizantis laudes celebraverat epithetis (« Carbunculus, laurus, vitis, balsamus ») atque antithesibus accumulatis, sed isti versus (70-76 in A) in C praetermissi sunt. — Hexametra 77-81 quae tunc exstant in A et simul in C, vix adhuc laudatio dici possunt, praecipue si eorum tenor cum versibus 70-6 altisonantibus conferatur.

Deinde in vers. 82-91 in A subnectitur « *Conclusio totius operis* », uti rubrica in A fert; in C autem nova forma huius conclusionis subiungitur. Franciscus (ait poëta in C) omnes iam hostes subegit (v. 6-8). Sequitur exclamatio de gloria caelesti (sat generica) in vers. 9-16; denique allocutio directa S. Francisci et doxologia; illa partim, haec plene cum A consonat.

Apostrophe finalis S. Francisci, quoad formam directa est in C, ideoque correctio ista formalis a poëta postmodum invecta apparet. — Sed maioris momenti est omissio laudationis Gre-

(1) Quoad locum III et IV codex V deficit ob folia avulsa.
(2) Cf. de studio mere poëtico Henrici infra, 24-6; 29-53.
(3) Cf. 16, num. 8.

gorii IX, in codice C. Iam haec omissio suadet Abrincensem *Leg. versificatam*, Gregorio IX dicatam, post Papae obitum retractasse. Patrono iam mortuo, laudes ipsius saltem partim praetermittere se posse poëta iudicavit, quin ideo ingratitudinis arguendus esset. Gregorius IX supremam diem obiit 22 augusti 1241.

5. Illatio praemissa alio loco in C praetermisso, item elogia Gregorii IX continente, plene confirmatur. Locus iste invenitur, rectius: omissio ista accidit in l. XIII, 25-9 Hi versus 25-9 laudationem Gregorii IX tunc adhuc Cardinalis in praecedentibus 21-4 inchoatam prosequebantur; sed carmen suum postea retractans Abrincensis versus 25-9, similiter, qua iam inutiles, omisit. — Eamdem ob rationem Henricus ea quae iuxta A in X, 50-1, modo generico de amicitia Sancti et Hugolini Cardinalis cecinerat, in C ita penitus mutavit: « *Integra pax et verus amor; talesque fuerunt* | *in saeclo comites, quales post saecla futuri* ». His Gregorius interim iam obiisse innuitur.

Quia vero tota *Legenda versif.* in ipso *Prologo* Gregorio IX dicata erat (I, 21-5), totam ipsius indolem poëta mutare noluit, eo forte quod talis mutationis laborem veritus sit. Insuper cui bono id attentasset poëta qui tot alia sua carmina patronis dicare solitus erat [1]? Vitam S. Francisci pangens, actionem Gregorii IX tali e carmine eliminare non poterat, neque volebat. Ultra ergo dedicationem (I, 51-2) Henricus in posteriore recensione reliquit narrata de Gregorio IX in I Cel. 73-5 et cantata in *Leg. versif.* X, 1-61. His in hexametris 1-51 facta quaedam Sancti canuntur et elogia Hugolini Cardinalis ea tantum, sed longe strictius, moderate panguntur quae Celanensis eidem tribuerat. Immo Henricus hic, X, 56-61, iam aliqua praeripuit ex I Cel. 100. — Canonizatio S. Francisci ab Abrincensi valde paucis absolvitur, XIV, 40-69, eo nempe in loco, qui IV additionem (de qua supra, 13) codicis C immediate praecedit.

6. Porro in C aliae similes omissiones notantur, quae alium virum, Gregorii IX aliquando amicissimum, dein vero ab anno 1239 exeunte inimicum, contingunt, Fratrem scilicet Heliam. Cuius fata tristia H. Abrincensem latere non potuerunt.

Fr. Heliae nomen et interventum Henricus iam in prima recensione, IX, 123-50, ubi versificavit I Cel. 69, omiserat. Quae res sane minima erat. — Item iam in prima recensione nomen Fr. Rufini et Fr. Heliae praeterierat in XII, 60-1, ubi I Cel. 95 in paucissimos versus contraxit.

Sed Heliae nomen bis fecit in XII, 1-12, quo I Cel. 109 alium in contextum transtulit. Hic (XII, 5-6) in A legitur: « *Fratri*

(1) Cf. 4; 15, nota 3.

reverendus Heliae | *presbyter apparet* »; in C idem locus ita mutatus exstat: « *fratri pulcherrimus* (1) *uni* | *presbyter apparet* ». Paulo infra versus 12 sic in A sonat: « *Dicta sibi iussus Francisco narrat Helias* »; econtra in C: « *Francisco perpensa refert prae*[*g*]*nostica frater* ». Mutatio evidenter facta est, ut Heliae nomen auferretur.

Suppressio nominis Heliae maiorem immutationem importavit in XII, 85-6, ubi, iuxta I Cel. 98, Helias Sanctum compulit, ut medicinas adhiberet. — In A sonat: « *Sed vehementer ei compassus frater Helias* | *multis persuadet rationibus* » etc. Qui locus in C ita fuit mutatus: « *Cuiusdam fratrum tanto compassa dolori* | *persuadet pietas consultius* ». — En quarta nominis Heliae deletio, qua *Legenda versif.* hoc nomine penitus expurgata est. In XIII, 41, poëta olim cecinerat iuxta A: « *Tantis fama malis aures ubi fratris Heliae* | *perculit* » etc. In C ista sic sonant: « *Tantis fama malis postquam specialis alumni* | *et quem Franciscus multis praefecerat* (2) *aures* | *perculit* ».

Haec immutatio cuilibet ob oculos ponit, quanto studio retractator id unum egerit, ut Fr. Heliae nomen, iam excommunicati, ex hac *Legenda* propulsaret atque expelleret. Ultimo hoc in loco exclusio ista novi quoque versus compositionem in C importabat, qui versus tamen verbis indubiis ad Heliam alludit. Sed novum istud hexametrum quod absque difficultate etiam in A inseri poterat, clare etiam ostendit, quam vane aliquis conieeturaret e contra Heliae nomen in A invectum esse (3). Eadem methodus circa elogia Gregorii IX et nomen Fr. Heliae in C observata fuit; illo in casu omissionem simplicem, hoc in casu suppressionem studiosam ostendit. Recensio *Legendae* in A contenta optime respondet annis 1230 (vel 1232)-1239, nova vero in C ita modificata annis 1241-53 (quo anno obiit Helias) vel 1241-1260, quo circiter anno obiit Henricus (4).

---

(1) Hoc adiectivum in I Cel. 109 nullatenus fundatur.

(2) Hoc in isto loco *Vitae I*, 105, non dicitur, sed aliis verbis refertur ibid. 98, 16-8. Vel hinc vel etiam fama Henricus noverat Heliam Sancti vices egisse. Liquet retractatorem minime Heliae obtrectare voluisse, ut recte dixit etiam Grosjean, AB 48, 100.

(3) Cur sane in A laudes Gregorii IX additae fuerint, recensioni primitivae, quae licet eidem Gregorio IX dicata, eas omisisset, explicari non posset. Eidem recensioni primigenae nomen Heliae insertum fuisset vel ab adulatore quodam huius, vel forsan iussu Fr. Heliae ipsius. Utraque res an. 1232-39 vel 1228-41 peracta fuisset. Abrincensis vero, praesulum ac principum adulator assiduus (cf. Russell, 38, 40, 44-6), in prima recensione huius *Legendae* occasionem eiusmodi, relate ad Papam, stolide neglexisset. Quales hypotheses a vero absimiles! Duo facta: mors Gregorii (1241) casusque Heliae (an. 1239), omnes suppressiones omissionesque in C, qua recensione posteriore explicant. (4) Cf. 5.

7. Suppressiones supra expositae non ab amanuensi quocumque peragi poterant, uti in quolibet opere oratione soluta conscripto, nam vel una vox mutata in hexametro pedibus suis adstricto, totum versum afficiebat. Nonnisi rei metricae gnarus tot res supprimere, mutare, innectere vel addere poterat, si ipsius interfuit talia agere atque talia agendi capax erat. Longiores additiones in C certe lyram Abrincensis resonant eiusque plane dignae sunt. Versuum conditor ipse qui maiora mutando inseruit, etiam minora novis temporis adiunctis adaptare cogitavit.

Ex his digestis manifestum fit, codicem A recensionem primigenam *Legendae versificatae* S. P. Francisci exhibere, qualem auctor patrono suo Gregorio IX dicavit porrexitque, codicem autem C alteram recensionem ab ipso auctore retractatam post annum 1241, cum carminum suorum collectionem quamdam parabat, sive in C sive in huius archetypo (1).

8. Hinc etiam apparet codicem A minime cum C, modo quolibet genetico cohaerere, neque C cum A; sed A, nescio quot apographis intermediis, e codice Gregorio IX olim oblato aliqua via processisse, ni dicere malis cum huius exemplaris papalis archetypo, qui codex originalis Henrici fuit (2). Plures errores in A contenti (3) nos vetant asserere vel conicere A directe ex alterutro exscriptum esse.

Legenda versificata proculdubio in forma sua originali edenda erat, non secundum alteram suam recensionem posterius ab auctore, iuxta iam mutata aliqua temporum adiuncta, retractatam. Sed omnes variationes additionesque in C peractae fideliter adnotandae erant, sive in apparatu critico, quatenus minores sunt, sive in Appendice, quatenus maiores.

Eadem methodus opportune utiliterque servanda erat pro tertia recensione *Legendae versificatae,* quae ab alieno, posteriore tempore perfecta est, quaeque indolem ipsam carminis iam mutavit, eam *Legendae maiori* coaptando.

9. Vix dubitandum est, quin A Assisii exemplatus sit, a Fratre Minore Italo, qui econtra praeter errorem Henrici circa S. Damianum etiam alia minuta correxit (4). — In IV, 216-7, poëta per tmesim ob metrum scripsit: *Porti-* ¦ *ungula* iuxta C et V. Sed V mendum e *Leg. maiore*, II, 8, perspexit, ideoque dein correxit, *g* in *c* mutando; A formam probam exhibet. — Henricus Abrincensis, licet in Italia moratus sit (5), quater *Anconia* scripserat pro *Ancona,* sic *o* corripiens contra auctores veteres; VIII, 4, 69; X, 89, 121. A in his locis item

(1) Recole C collectum esse circa an. 1243-59; cf. supra, 7, num. 2.

(2) Cf. 11. (3) Cf. 18-9.

(4) Nescimus utique, utrum hae res iam in archetypo codicis A factae fuerint, necne. Plura de hoc errore in A correcto, v. p. 34-7. (5) 4.

Anconia scripsit, sed postea *i* expunxit in tribus prioribus; in loco quarto *i* expungere neglexit. In rubricis ad VIII, 1, posuit *Anconam* et ad 15: *Anconitanum*. V in duobus locis prioribus (alii in V desunt) recte *Ancona* posuit. In C vero forma erronea *Anconia* ubique retenta est. -- In XII, 100: *adivit Reatum* iuxta C; nomen ab A correctum fuit in *Reate*, quam formam A etiam adhibuit in postilla. — In IX, 100: *Tuscanella refert* recte scribitur in C; econtra A hic mirum in modum, prima littera omissa, scripsit: [*T*]*usquelana*. Scriba videtur magis antiquae *Tusculanae* urbis in montibus Albanis meminisse quam oppiduli illius prope Viterbium siti. — In III, 106: *verax* ob metrum posuit A, contra C et V: *veritas;* v. *Prologum* codicis V, p. 10.

Accuratiora circa textus codicum enucleantur.

1. Postillae sive Rubricae in cod. V deficiunt. In A numero longe plures sunt quam in C. In utroquo codice idem scriba textum et rubricas exaravit. Quotquot rubricae easdem res in A et in C attingunt, universae aliam dictionem prae se ferunt, iisdemque hexametris hae ubique appositae non sunt. In editionem apud AF X rubricae ex A assumptae sunt, interdum etiam e C (ubi in A deficiunt), quae res minutae, una cum quarumdam rubricarum transpositionibus in apparatu critico significantur. — Difficile dictu est, utrum auctor contentus fuerit singulis libris quaterna hexametra praemittere, an ipse etiam, iuxta codices *Vitae I,* singulis materiis pertractatis postillas sive rubricas in legentium commodum addiderit, an alius, scriba scilicet, has adiecerit seu inter hexametra interseruerit. — Ipsae discrepantiae inter tenorem numerumque rubricarum in A et C utrilibet opinioni favere possunt; qua tamen in re et ipsi amanuenses legentium commodo facile prospicere poterant, tum novas rubricas innectentes, tum earumdem tenorem materiei cantatae accuratius adaptantes. Aliquae rubricae in C alio et aptiore modo expressae ipsius auctoris manum studiumve prodere possunt, si poëtae intererat talia postmodum melius curare. Verumtamen, visa libertate qua erga facta ipsa sibi pangenda utebatur (¹), eiusmodi poëtae studium merito in dubium vocari potest. Quod dubium infrequentia maior et disparitas rubricarum in C aliquomodo confirmat, sicuti errores in rubricis C relative frequentiores.

Rubrica ad I, 26, scilicet post Prologum (1-25), et post libri I argumentum in C apposita, aliquo modo improbari posset, quia Liber I necessario cum littera G incipere debuit; sed altera ex parte hexametra illa quatuor, libri argumentum constituentia, nihil circa Prologum enuntiant. Proinde, viso horum hexametrorum tenore, non inepte ad I, 26, scripta sunt rubrica et argumentum libri. Cf. p. 11, nota 4.

(¹) Cf. 29-53.

Eas rubricas, quae nihil speciale nobis manifestare videntur, in sequentibus omittentes, circa alias breviter dicemus. — Rubrica ad I, 114, accuratior est in C quam in A; item ad I, 237. — Ad II, 17 in C habes: « *Prosequitur auctor VII vitia, praemittens de Superbia* », ubi in A tantummodo: « *Superbia* » et ad 19: « *Filiae eius* ». Rubrica in C potius amanuensem insinuat, nisi Henricus sic significare voluerit se ipsum sequentia ad *Vitam I* addidisse. — Rubrica ad II, 112 accuratior est in C, e quo etiam sequentes rubricae ad 117 et 127 (utpote in A omissae) assumptae sunt. — Rubrica in C ad II, 144 econtra erronea est, visa praesertim nova postilla ad 156, in sola dictione ab A variante. — Ad II, 176, rubrica falso in loco ponitur in C; item ad VI, 51, 71; XIV, 20 etc. — Idem circa locum accidit in A quoad III, 99; IV, 210; V, 198; VI, 75; XII, 2; XIV, 56.

Ad VI, 28, rubrica in C rectior est; hyperbole, qua in A laborat, deleta est. — C ad VI, 150, postillam plane erroneam habet. — Ad VI, 166 postilla in C elegantior sonat, sed non accuratior: « *Quomodo propter verbum agasonis reliquerit domum suam* ». Domus apud Rigum Tortum certe « *sua* » non erat; sed vox *agaso* (i. e. stabularius) voce *rusticus* rarior et nitidior est. — Ad VII, 36, saltem inaccuratior est in C; erronea ad 44.

Crassorum errorum complurium obnoxius factus est postillator in A ad VII, 177 et VIII, 1-90. Falso censuit narrari in VII, 177-86, S. Franciscum 'in portum Anconitanum ventis contrariis revocatum esse'. Ideo VIII, 1-14 postillavit erronee: « *Iterum tentat transire mare et ingreditur navem apud Anconam* », dum etiam in versibus clare agitur de reditu e Dalmatia Anconam. — In sequenti postilla, ad VIII, 15, sanctum denuo « *in portum Anconitanum* » revocatum esse enuntiat, contra hexametra. — Ob praevios istos errores iter in Marrochium iam tertium fuisse computatur, sed tacite in rubrica ad VIII, 82; in rubrica vero sequenti, ad VIII, 90, iter ad Soldanum expresse quartum reputatur: « *Quarta vice tentavit transire* ». — Harum ergo rubricarum auctor in gravissimos errores incurrit, ita ut anceps haereas, utri attribuendi sint, sive poëtae hexametra exaranti, sive scribae eadem exemplanti.

Ad IX, 26, rubrica in C accuratissima est iuxta versus, sed contra fontem. Cf. p. 49, num. **27.** Ast a nullo postillatore recursus ad fontem expostulandus est. In A vagior sonat, ideoque recta est. — Ad 43 item explicitior est in C. — Ad X, 62, erronea apparet in C. — Ad XII, 91, in loco non penitus apto in C sistitur rubrica formae non correctae. — Rubrica ad XIII, 69, in C mira accuratione ultra versus praecellit, quia habet « *supra cilicium* », ubi in versu 74 legitur « *melote* ». Fortasse « cilicium » posuit e modo tunc communiter servato. Cf. infra, 33, num. **5.**

Plures rubricae in A deficientes in legentium rem ac utilitatem in margines editionis apud AF e C assumptae fuerunt, non vero omnes: cf. II, 117, 127; VI, 22, 40, 103, 133; VII, 9, 22; VIII, 140; X, 76.

2. Scriba codicis A e negligentia sua versus aliquot praetermisit. Hoc accidit iam in I, 5, qui versus plus caeteris in *Vitae I* Prologo

innititur, et contextui apprime congruit. In V alterius tenoris verbalis est, sed res eadem edicitur. — In V, 4-5 A ex homoioteleuto particulas horum versuum omisit contra C et V, eodemque casu adverso etiam integrum versum IX, 179, praetermisit contra C. Similis casus amanuensi accidit circa paenultimum versum XIII, 121, qui sic in A deficit, quamquam cum *Vita I*, 110, apprime consonet; adest in C. — Mediam partem, V, 218 et 220 atque integrum versum 219 ex oscitantia exemplare A neglexit. Hoc ipse contextus proclamat, cuius testimonium hic etiam a codice V roboratur. — A etiam medio in versu vocem omisit, sic metrum devastans, in VIII, 169 et IX, 106. — De IV maximis variationibus inter A et C vide plura p. 12-4, num. **4.**

Amanuensis codicis A plures errores verbales commisit; I, 214: *extensis* pro *extersis*. — 66: *scelestis* pro *caelestes* (sic etiam C); 70: *adeo* pro *ideo;* 82: *mecha* pro *meta;* 210: *praeviderat* pro *providerat*. — IV, 9: *cunctaque* pro *certaque;* 34: *fragat* pro *flagrat;* 38: *trusit* pro *trusus;* 46: *sufficit* pro *proficit;* 48: *ridebant* pro *rigebant;* 102: *sic* pro *sicut;* pedes perturbans; 129: *cernit* pro *sternit;* 133: *fragravit* pro *flagravit;* 144: *sitientium* pro *sitientum*, contra metrum; 182: *toto* pro *tecto;* 220: *cunctis* pro *cunctisque*. — Quibus exemplis iam sufficientibus alio in nexu alia infra accedent.

3. Amanuensis C item plures errores ex oscitantia commisit; I, 76: *monetam* pro *moneta;* 79: *mendam* pro *mersam;* 230: *laborat* pro *laboraret;* sic metrum conturbans. — II, 29: *Affinens* pro *Affines*. — III, 57: *faciat* pro *facias;* 60: *surripiat* pro *surripiet;* 97: *lumina* pro *limina*. IV, 76: *dirior* pro *durior;* 100: *praefuerit* pro *praefuerat;* 111: *synago synagoga;* 152: *pavente* pro *pariente*, contra sensum metrumque; 155: *prava* pro *parva;* 184: *diacet* pro *iacet*, contra pedem; 216-7 in tmesi: *Porti-* | *ungula* pro *Porti-* | *uncula*. — E libris sequentibus uberiora hic non colligimus, nisi quod XIII, 1, primam vocem *Orbis* pro *Urbis* scribens, contra sensum planum et contra acrostichon carminis scriba (aut pictor) peccavit. Cf. p. 12, nota 2.

Scriba C etiam aliquas lacunas in versibus vacuas reliquit; I. 34 pro interiectione *O;* IV, 60 pro voce *terra;* VI, 98: *resta* cum lacunula pro *restat*. — Aliquoties verba mediis in versibus mere omisit metra plane divastans; VI, 28 omisit *numerum;* VI, 50 omisit *apostolico;* in 54 item *reges;* VIII, 174 omisit *dum*.

4. Henricus plura vocabula atque integros versus in C lima sua mere poëtica expolivit. Quarum rerum complures collectae sunt infra, ubi mox de consonantiis inter A et V contra C dicetur. Hic locos in solis A et C exstantes respicimus. Etiam istae res minutiores alteram recensionem in C exstare confirmant.

Integer versus II, 209 variatus est in C; sensus nonnihil magis obvius ita fit. Tales expolitiones asterisco (*) significamus. — Cur versus II, 215 et III, 15 in C suppressi sint, non elucet. — III, 29: *generasti* A; *genuisti* C*. — 35: *Ergo quam graviter delinquis* A; *Ergo vide quantum delinquas* C* sic mutavit. — V, 229: *suspecta* A; *onerosa* C*; scilicet: paupertas. — 230: *premit* A; *movet* C*. — 232: *potest* A; *solet* C*. — 40: *pio* A; *mero* C. — 74: *gratanter* A; *reverenter* C*.

VIII, 154: *probat* A; *docet* C. — 163: *seduxerit* A; *damnaverit* C. — 167-8: *ipsa* | *glorificans alias* A; *ipsas* | *glor. animas* C. — IX, 143:

Neve super vacuum quidquam dixisse putaret A; *Neu dubitaretur Deus exaudisse precantem* C*; sensus planior fit. — 153: *vocibus* A; *planctibus* C*.

Versus X, 50-1, aliis in C substituti sunt, Gregorii IX mortem insinuantibus; cf. 14, num. **5.** — 70: *propriam* A; *avidam* C, post correctionem vix bonam. — 88: *miseri* A; *miserum* C. — 126: *dictis* A, erronee, ut videtur; *cernens* C*. — XI, 8: *excelsior* A; *sublimior* C*. — 18: *nubes* A; *rores* C*. — 30: *prendit* A; *prendat* C*. — 72: *studiosus* A; *studioso* C. — 89: *petens* A; *gerens* C. — 104: *tandemque* A; *tacitoque* C*. — 112: *restituit* A; *retribuit* C.

XII, 19: *cumque* A; *dumque* C. — 31: *putetur* A; *putaret* C*. — XIII, 44: *prohibere* A; *cohibere* C*. — 69: integer mutatur in C. — 79: *consortes* A; *participes* C. — XIV, 10: *vera* A; *mera* C. — 18: *Iesu* A; *spiritu* C, sed perperam. — 23: *Domini* A; *Christi* C*. — 61: *et* A; *sed* C*. — Maiores variationes in C, relate ad A, discutiuntur supra, 12-4.

5. Utiliter quaeri potest, utrum V usus fuerit textu primigeno qualis in A exstat, an textu retractato in C exemplato. Inquisitio instituenda est ope lectionum variantium, prae oculis habendo in V aliquot folia excisa esse et V mancum desinere IX, 54. Hi defectus, haeque mutilationes nos adiumentis pluribus privant. Ex hic notandis denuo studium Henrici ipsius versus suos in C lima expoliendi clarius adhuc ostenditur.

In I, 19: *tibi sume* habent A et V; econtra *tueare* C. Quae concordantia sic breviter exprimi potest: I, 96: *febris* A, V; *causon* C. Hoc vocabulum rarum et technicum est in febribus saepe adhibitum ab Avicenna, *Liber Canonis*, IV, I, II, c. 41-3. — Brevitatis causa voces tales limatas in C hic asterisco (*) insignimus. — I, 141-2: *quantumque disertus audax seu fortis*, A, V; *quacumque cuculla | virtutem profitens* C*. Dictio limatior e contextu apparet, qui in A, V, C prosequitur: *nisi qui contemnere mundum | norit.* — I, 200: *Circa Franciscum caelestis gratia* A, V; *Ipsius circa Franciscum gratia* C*; praecedit enim *Deus* in A, V, C. — I, 238; *Ausonia* A, V; *Italia* C. — II, 7-8: *sed cordis adornans | illustrat thalamos* A, V; *sed c. opacos | ill. thal.* C*. — II, 31: *iudicium* A, V; *arbitrium* C*. — II, 133 et 134: in fine versuum: *firmis ... curat* A, V; *curat ... firmis* C.

III, 100-1: versus 101, una sola voce in versum 100 translata, excidit e C; adest vero in A et V. — III, 121: *plene* A, V; *recte* C. — 144: *timor* A, V; *metus* C*. — 160: *domibus* A, V; *laribus* C*. — IV, 53: *arbitrio* A, V; *imperio* C*. — 39: *vacuus cecinit* A, V; *cec. vac.* C. — 76: *durior* A, V; *dirior* C. — 105: *rectior* A, V; *sanctior* C*. — Quatuor versus, IV, 187-90, in A et V, econtra in C in unum contracti sunt. Cuiusmodi in maioribus variationibus A et V conveniunt contra C; nusquam vero C et V contra A. Excipe manifestas omissiones: V, 4-5, 218-20 in A, contra C et V; de quibus vide supra, 19, num. **3.** — IV, 193: *Franciscus* A, V; *vir Domini* C.

V, 35-6: in C variantur et novus versus intercalatur contra A, V. — 44: *lumbos* A, V; *renes* C*. — 98 integer omittitur in C, contra A, V. — 145: *censet* A, V; *reputat* C. — VI, 126: *quia* A, V; *que* C, erronee. — 134: *extenso* A et V, hic post correctionem; *exterso* C.

VII, 21, integer versus variatus est in C, contra A, V. — Item variatur 22-3: *cui splendida caelis* | *supplicat aula,* A, V; *vis insita caelis* | *imperiosa* C. — Immo quatuor versus 26-9 in A, V, econtra in C ad tres rediguntur. — 76: *commiseris* A, V; *deliqueris* C*. — 162: *Servi sunt Syri* A, V; *Parthi sunt servi* C. — 173: *sed pia simplicitas* A, V; *simplicitas autem* C. — VIII, 89: *ferentes* A, V; *sequentes* C. — Dein a IX, 54, mancus et mutilus V deficit. Denique notes in duabus magnis variationibus codicis C ad III, 103-9 et IV, 138-52, item A convenire cum V; quoad duas reliquas V deficit. Cf. 12-13.

6. Pensitatis his maximis variationibus, visis pluribus versibus in C studiose suppressis, consideratis compluribus plane variatis, expensis quoque versuum particulis in C novatis, aestimatis denique plurimis variantibus singularum vocum in quibus A et V contra C consonant, dubitari nequit, quin retractator in V usus sit textu simillimo codici A, non autem codici C. — Attamen textus a V adhibitus non idem ipse dici potest qui in A exstat. Adsunt enim etiam complures variantes sed mere verbales, quae in C et V exhibentur contra A.

Quaedam ex his consonantiis inter C et V nonnisi errores scribae A considerandi sunt ([1]). Hae autem ([2]) una cum aliis quibuscumque numero minores sunt quam congruentiae inter A et V. — I, 157: *perviat* A; *pervenit* C, V. — 205: *perinfundit* A; *praeinfudit* C, V. — II, 16: *pyreis* A; *piceis* C, V. — 115: *defendenda* A; *defensanda* C, V. — 116: *parte* A; *stirpe* C, V. — 106: *verax* A; *veritas* C, V. — 127: *depretians* A; *depravans* C, V.

IV, 70: *resedit* A; *residit* C, V. — 71: *exundantia* A; *exundatio* C, V. — V, 56: *succenditur* A; *perfunditur* C, V. — 88: *comitatur* A; *imitatur* C, V. — 94: *non* A; *nec* C, V. — 126: *refulgeat* A; *refulgurat* C, V. — 208: *compositi* A; *composito* C, V. — 215: *nec* A; *nisi* C, V. — VI, 129: *ipsi* A; *illi* C, V. — 133: *reservant* A; *reservat* C, V. — 135: *liberet* A; *placeret* C, V.

VII, 11: *mulieribus in benedicta* A; *benedicta super mulieres* C, V. Agitur de Luc. 1, 28. — 47: *nutaret* A; *dubitaret* C, V. — 79: *possit* A; *posset* C, V. — 126: *extollere* A; *attollere* C, V. — 131: *vovens* A; *gerens* C, V. — 183: *nec* A; *non* C, V. — VIII, 54: *usu* A; *esu* C, V. — Deinde V deficit.

7. In causa hic sunt solae variationes verbales e quibus aliae expolitiones esse videntur in C et V, aliae forte scriptiones mendosae librarii A, quin circa singulas quidpiam certi colligi queat. Expolitiones plures suggerunt Henricum ante retractationem *Legendae ver-*

([1]) Tales concordiae vicissim etiam inter A et V ortae sunt e mendis librarii C; quas mendas in elencho praemisso tamen omisimus; cf. I, 231, 232, 235: *quae* A, V; *quod* C; 97: *quae* A, V; *quo* C; VI, 166: *hic* A, V; *hoc* C etc.

([2]) Ex mendis manifestis in A, concordia orta est inter C et V in locis iam supra, 19, a nobis partim collectis: I, 214; II, 62, 70; III, 99; IV, 9, 38, 46, 102, 129, 182; VI, 125; VII, 60, 117, 129, 171.

sif. in C exstantem, carmen suum in manus resumpsisse, et sive in ipso textu sive in marginibus aliquas voces lima sua polivisse, quin hoc *Legendae versif.* stadium intermedium inter A et C stricte nova retractatio dicenda sit (¹). Tali codice iam in paucis illis mutato retractator codicis V usus esset, ut coniecturare licet. Longe crebriores et maiores concordiae inter A et V, contra C, supra adnotatae ostendunt etiam quam levibus mutationibus stadium istud intermedium *Legendae versif.* affectum seu effectum fuerit.

De dispositione et arte Legendae versificatae.

1. Henricus Abrincensis, poëta facilis ac insignis, *Vitam I* versificans, poëtam imprimis agere intendebat. *Vitae I* stamen atque lineamenta sequebatur, in genere non complura vocabula auctoris sui Fr. Thomae de Celano hexametris a se conditis innectebat, rariusque verba plura continua inde assumebat.

In *Prologum* I, 1-25, nihil fere e Fr. Thomae *Prologo* transtulit; paucissima ex huius n. 1 et 2 in versus suos (I, 26-69) traduxit. Plura e n. 3 hexametris interseruit, sed longam de morbo Francisci adolescentis digressionem, medicorum terminis technicis adornatam, innexuit, I, 70-143. — Ast de talibus disgressionibus speciatim statim infra, num. **5** dicetur. — In reliquis libri I hexametris 144-246 nonnisi nn'. 4-6 *Vitae I* versificantur.

Omisso n.º 7, in libro II soli nn. 8-11 versibus expanduntur. — In libro III prosequitur n. 11 atque dein nn. 12-15 versificantur. — Liber IV complectitur nn. 16-21: liber V, nn. 22-9. — In libro VI, pertractantur nn. 30-34 late (VI, 1-132); breviter n. 35 (VI, 133-43), cuius altera pars iam supra (VI, 85-90) tacta erat. Dein (VI, 143-55) valde obiter respiciuntur nn. 36 et 37, atque nn. 38-41 in quibus plurima de primorum Fratrum virtutibus dicuntur, contrahuntur in pauculos versus 156-65, quemadmodum etiam nn. 42-44 in vers. 166-80. Integer n. 43, ubi de imperatore Ottone, penitus praetermittitur (²).

In libro VII versificantur nn. 45-7, scil. in vers. 1-61. Dein pars prior n.ⁱ 48 in vers. 62-8 et interseruntur iam nn. 49 et 50, in vers. 69-78. Tunc e resumpto n.º 48 praedicatio S. Antonii pangitur in vers. 79-95 atque omittuntur n. 51 et n.ⁱ 52 l. 1-4. Sequentia hexametra

(¹) Si quis has vocum variationes leves aestimaverit novam recensionem constituere, cum eo non contendemus. Animadvertimus easdem factas esse probabilius ante obitum Gregorii IX, 22 aug. 1241, quia V testante, saltem duae primae magnae variationes in C exstantes (e quatuor; cf. 12-14) in hac revisione intermedia textus effectae non sunt, unde idem circa III et IV inferendum esse videtur. V circa has mutus est, quia mutilus.

(²) Fortassis quia Henricus olim huius imperatoris partes tenuerat, unde prophetia de gloriae imperialis caducitate Henrico non arrisisset. Otto an. 1218 obierat. Omissio ista hypothesim Russell (v. supra, 4) circa *Henricum Coloniensem* an. 1214 confirmare videtur.

96-133 fuse reddunt nn.[os] 52 et 53; tunc autem subsequentia 134-8 valde obiter tangunt n.[m] 54 et partim n.[m] 55 ac insimul aliqua e n. 103 praeripiunt; reliqua 139-185 partem alteram n.[i] 55 metro adstringunt,

In libro VIII, 1-74, ample continuatur n. 55; dein in vers. 75-86 sequitur contractus n. 56; amplissime expanditur n. 58: de itinere ad Soldanum in vers. 87-180. Subnectitur pars maxima n.[i] 58 in vers. 181-225. — Numerus 58 ac thema idem absolvuntur in vers. 1-4 libri IX. In hoc libro ex ordine pertractantur nn. 59-72 in vers. 55-118 et 132-198, ita scilicet ut in vers. 100-7 valde concise reddantur nn. 65-7 et in vers. 119-22 unum factum e n. 62 innectatur. Nam alia huius n. 62 iam versus 71-6 panxerant, immo iam versus 140-3 libri VI. Poëta omisit n. 71. — Liber X, 1-135, eodem ordine et absque excursibus (si pauculos versus 56-61 excipias, hic e n. 100 praecaptos) ea complectitur quae nn. 73-79 *Vitae I.* — Idem dicendum de libro XI, 1-118, in quo Henricus versibus ornavit nn.[os] 80-86.

Ita ergo Henricus in libris suis I-XI, numeros 1-87 in hexametra converterat, remanebantque sibi adhuc versificandi numeri 88-151 *Vitae I.* Sed libros tres tantum condere adhuc poterat, quia horum numerum totidem litteris nominis patroni sui alligaverat. — Ita factum est, ut hinc iam de fine carminis cogitaret et in exitum properare inciperet. Reliqua omnia, licet culmen vitae sui herois Assisiatis contingerent, a poëta plectrum suum iam concitatius agitante, nonnisi perfunctorie cantata sunt, pluraque eadem ex ratione praetermissa.

Libri XII exordium (vers. 1-12) versificator fecit e n. 109, dein (13-133) contracte cecinit contenta in nn. 91-99. Lyra poëtae circa n. 88-90 silet. — In libro XIII vates (1-31) prosequitur iam dictum n.[m] 99; ommittit nn. 100, 102-104 (n.[m] 101 paucis tetigerat in X, 43-61); tunc autem in vers. 32-68 denuo fidibus canoris dilatat n.[m] 105; dein brevi ictu in vers. 69-73 pauca e n. 93 tangit; omittit nn. 106-7; dehinc in vers. 74-121 versificat nn. 108-110, in n. 109 aliqua a se adinventa addens.

Exordium libri XIV, 1-12, etiam poëtae amplificatio est, qui dein in vers. 13-31 plectro rapidissimo canit narrata in nn. 112-18, itemque in versus 32-9 condensat nn. 120-21 et etiam nn. 127-50. Demum canonizationem S. Francisci pangit in vers. 40-69, in quos contraxit nn. 121-26. Subnectuntur denique in vers. 70-81 novae laudes Gregorii IX a poëta insertae atque Epilogus carminis in ultimis versibus 82-91.

Haec summatim collecta quemcumque docent Henricum modo non continuo et aequali thema sibi propositum, quod integrum invenerat in *Vita I,* hexametris suis pertractasse. Materiam carminis sui, quam apud primum S. Francisci biographum perite praedispositam reppererat, poëta libere pertractavit, in libris suis XI numeros 1-87 auctoris sui Celanensis versificans, videlicet priorem partem huius (1-75) atque 12 tantum paragraphos sequentes (76-87). Ita aliae *Vitae I* paragraphi (88-151) necessario iam perfunctorie sibi versificandae erant, praesertim quia ampliationes, sibi ut aliis poëtis solitas, in

tribus ultimis suis libris omittere noluit; saltem aliquot breviores his quoque libris extremis innectere non destitit. Hoc modo oeconomiam dispositionis carminis sui non leviter perturbavit, etiamsi supposueris Henricum a limine decrevisse omissum iri *Miracula* Sancti post mortem acta, scil. *Vitae I* numeros sive paragraphos 127-150.

2. Amplum illud versificandi genus, cui Abrincensis ferme usque in finem libri sui XI, laxatis Pegasi sui habenis, indulserat, licet in primis IV libris ampliationes poëticae magis abundent quam in sequentibus V-XI, paulatim restringebat. Caesura autem inter ampliorem versificandi modum in libris I-XI atque dein strictiorem in libris XII-XIV cuiuslibet legentis oculos auresque feriet. Si inde a libro XI expleto, « mensura tanti nominis » quod per acrostichon resplendere et signare voluit in XIV librorum initiis, poëtae iam molesta fuisset, ubertas ipsa versificandi, qua praecellebat, eidem suggerere potuit libros ultimos maioribus versuum numeris augere. Ast econtra ultimi libri versus numero minores continent ([1]). Solae illae paucae litterae initiales sibi adhuc tractandae et significandae, neque restrictionem imponebant neque difficultatem ullam pariebant. Henricum, tot carminum conditorem strenuum et feracem, iam materiae huius pertaesum haud dixerim, attamen inde ab exordio libri sui XII libere ac sponte in exitum finemque carminis festinavisse apparet.

3. Equidem clare enuntiandum esse existimamus, Abrincensem nullum prorsus factum novum S. Francisci, sive miraculum, sive actionem praeclaram, sive rem mire, pie, sancteve gestam ideoque sibi decantandam, uspiam *Legendae versificatae* innexuisse seu addidisse ([2]). Hisce quidem verbis: « *Gesta sacri cantabo ducis* » is carmen suum, veterum vatum more, exorsus erat, quin animus aut studium sibi fuisset nova pangendi gesta, quae carmen suum perlecturi quicumque, quae praeprimis is cui hexametra sua heroica dicabat, olim herois Assisiatis amicus, ignorassent. Ut ambitio gesta nova ac ignota S. Francisci pandendi Henrici notitiarum istiusmodi novarum haud gnari animum minime mordebat, ita in *Vita I* iam narrata eaque sola versibus suis heroicis agilibus pernicibusque pangendi et exornandi totum suum studium erat ([3]).

4. Hoc in carmine hagiographico, in quo herois sancti sanctitas et miracula sibi plectro pangenda erant epico, Henricus Abrincensis propositum suum in arte poëtica se excellentem probare, eventu, ut opinamur, felici est assecutus. Portentosa quadam pernicitate hex-

---

(1) Vide numeros, p. 11-2. (2) Cf. exposita infra, 29-53.

(3) In aliis suis carminibus hagiographicis eamdem tenebat rationem; v. 32, num. 3.

ametra sua canora profundebat, frequentissimas particulas versuum ex antiquis poëtis sibi apprime notis assumptas in carmen suum inserens, sive facta miraculave Vitae S. Francisci pedibus metricis adstringeret, sive haec suo modo suaque licentia poëtica exornaret, sive excursus, ut virtutem suam metrorum componendorum ostentaret, profuse intersereret, praesertim in primos *Legendae versif.* libros.

Poëtarum veterum studio Henricus olim assiduus incubuerat, prae aliis Publii Ovidii Nasonis carmina et tristia et amoena (ni aliud dicamus) nocturna diurnaque manu versaverat, ita ut plurimi pedes metrici Nasonis in suam memoriam opportune commodeque recurrerent. Minore studio P. Virgilii Maronis carmina lectitasse videtur, Horatii aliorumque illius aevi versus minus familiares ipsi fuisse apparent. Idem etiam quoad sui ipsius aevi poëtas obtinet. Caeterum singula in adnotationibus editioni suppositis, qui talia cupit, inveniet, quoad res minutiasque eiusmodi aucupari datum est, quin nimium temporis talibus tereretur. — Nullibi vero Henricus sive veteribus sive synchronis versuum conditoribus serviliter inhaesisse apparuit, vel versus integros aut continuos ex eisdem suffuratus esse. — Visis poëtae dexteritate ac correctione latina saepe eleganti, visa praesertim thematis metrificati dignitate, *Legenda versificata* digna est, quae in scholis nostris (quae seraphicae dicuntur) legatur atque exponatur. — Ut erat clericus ac decanus, etiam plures sacrorum Bibliorum locos, ultra auctorem suum Celanensem, in poëma suum invexit aut ad eiusmodi locos allusit.

Carminis latinitas elegans praedicari potest, quin versificator veterum linguae puritatem aemuletur, neque sui aevi modos dicendi aspernetur. Hexametra ad antiquorum prosodiae normas condita sunt, non absque licentiis quibusdam. In caesura vocalis brevis saepe producitur. Caesura penthemimeres (post arsim tertiam) et hephthemimeres (post arsim quartam) saepissime probe adhibetur; circa alias atque circa diaereses Abrincensis libertate tunc inter coaevos suos vigente utebatur.

5. Inter ea quae ornamenti et facultatis suae metricae ostentandae gratia Henricus adhibebat, computandae sunt frequentes a themate disgressiones, licet has non excurrendi causa susceperit, sed ut res more seu magis libertate solita poëtarum exornaret aut explicaret. Breves istiusmodi insertiones, quae clare ingenium poëtae sapiunt, innumerae sunt. Neque poëta conscius sui muneris suaeque libertatis eas evitare poterat, nisi nuda facta reflexionesque Celanensis non infrequentes, in hexametra adstringere vellet. Quam restrictionem vix ullum ingenium poëticum subiisset.

Ita Henricus numeros 1 et 2 *Vitae I* versibus suis, I, 26-69, magis, ut mere historice loquamur, cooperuit quam ingeniose explicavit hexametris suis canoris. — Idem longe amplius liberiusve egit, I, 70-144, circa aegritudinem Francisci adolescentis. — Similem rationem tenuit in I,

150-86, in quibus « pugnam inter sensum et rationem », uti Postilla iuste adnotavit, poëta confingit.

Maiores et saeviores acies poëta instruxit in II, 9-111, pugnam VII vitiorum capitalium in Franciscum insurgentium una cum « filiabus suis », quae singulae recensentur, versibus pangens simulque theologum moralem agens. Quomodo tandem VII virtutes Furias illas Stygias devicerint, Henricus paucis versibus cecinit, II, 112-43. — Henricus item cothurno clerici incedit in prolixa oratione seu invectione, qua Franciscus patrem suum impetiverit, in III, 25-75. De hac plura habes infra, 43, num. **15.**

Sequentes excursus longiores item brevissime notabimus. — In III, 100-45, alia longa invectio pietatis filialis expers, invecta est. — In III, 165-79 divagatur de Francisco coram episcopo se denudante, ac dein denuo de eodem, 195-211, qui quod nudus remanere non poterat, « *suscipit oblatas veteres a paupere vestes* » (203). Hic versus divagationis huius essentiam (ut ita dicam) constituens, non factum sed adiunctum novum importat. In I Cel. 15 habes solummodo: « *Episcopus ... factus est ... adiutor eius et fovens ipsum atque confortans* ». Unde ipse certo primus cogitavit de Francisco induendo, qui certe nonnisi pauperem vestem accepit (1).

Praeclarae artis metricae legitur divagatio in IV, 53-71, de veris initio, dum nives solvuntur, quae prosequitur in vers. 75-87: de Francisco famescente apud monachos et de eius discessu, 106-18. Sed invectio acris in monachos malos ibi interserta, 92-105, certe contra S. Francisci sensum est. — Quomodo S. Franciscus erga egenos largus fuerit, versibus tersis ac sui aevi figuris cantatur, IV, 138-52 (2). — Duarum ecclesiarum a Francisco reparatarum status ruinosus depingitur, non absque hyperbolis, in IV, 179-84, et 218-25.

Initium praedicationis Sancti libere canitur in V. 46-78. — Monitiones S. Patris ad primos socios parum aptae sonant, praesertim dicta nimis generica de paupertate, licet hexametris sonoris enuntientur, V, 198-250. — Quomodo S. Pater discipulos orationes ab I Cel. 45 alienas docuerit, pangitur in VII, 1-29, et exponemus p. 46-8. — Navigatio Ancona in Illyriam, reditusque procellosus versibus vividis ac frementibus depingitur in VII, 177-86 et in VIII, 15-69. — De itinere ad Soldanum fuse descripto VIII, 90-180, infra plura discutientur (3). — Qua ratione S. Franciscus creaturas omnes hortatus sit, ut Creatorem laudarent, praeclaris metris cantatur, XI, 12-39. De his item plura, 45, num. **18.** — Librum paenultimum XIII exorsus est (1-18) monstra immania et antiquorum et sui aevi cantando (4). — De laudibus Gregorii IX in XIII, 22-9, dictum est supra, 14, num. **5.** — Quomodo S. Pater morti proximus Fratres allocutus sit, iuxta poëtam, XIII, 88-112, item dicetur infra, 45, num. **18.** — Totius *Legendae versif.* conclusio iam discussa est supra, 18-9.

---

(1) Hoc suo modo poëta recte dixit. Simile quid, sed non idem habes in *Leg. mai.* II, 4. Unde ex hac ista inseruit cod. V in *Appendice II,* n. 8.

(2) De hoc loco in C mutato, cf. 12-3. (3) Cf. 37-41. (4) Cf. 28s.

Quo tempore Legenda ab Abrincensi versificata sit.

1. Hexametra 2585 quibus *Legenda* metrica constat nihil personant, quamnam ob rationem vel quanam occasione Henricus Abrincensis carmen istud hagiographicum condiderit, sive ut gratiam quamdam seu beneficium ecclesiasticum a Gregorio IX assequeretur, sive ut pro huiusmodi largitione Summo Pontifici gratias devotas metrice diceret. Similes ob fines Henricus complura carmina pluribus patronis dicabat (1); sed talis intentio versificatoris nusquam in *Legenda versif.* enuntiatur. Laudes Gregorii IX in eadem decantatae utrique interpretationi aditum praebent, quin alterutra praeferri possit. Neque Papa *Legendae* isti concinnandae iussione quadam sua ansam praebuisse apparet (2).

Carmen heroicum de S. Francisco evidenter compositum fuit post *Vitam I* eiusdem a Celanensi an. 1228 exaratam et 25 februarii 1229 a laudato Gregorio IX approbatam (3). Item evidenter carmen conditum est, Gregorio IX regnante, qui electus 19 martii 1227, defunctus est 22 augusti 1241. Prima recensio *Legendae versif.* quae laudes ampliores Gregorii IX continet, liquido ista demonstrat, atque recensio altera, quia in hac Fr. Heliae nomen ex industria suppressum fuit, fatum duodennium (1229-41) iam in decennium (1229-39) restringit.

2. Methodus constans Henrici in *Legendis* Sanctorum versificandis erat, auctori seu fonti suo, quoad vitam factaque Sanctorum fideliter, ni dicere mavis: serviliter inhaerendi (4), nullaque facta nova inserendi. Solius laudis praeclari versificatoris cupidus is erat apud patronos quos ambiebat; historici munus iis auctoribus relinquebat, quorum opera oratione soluta scripta versibus suis insignibus, libertate ea quae vatem deceret, adornabat. Visa hac ratione agendi poëtae versificantis, consequitur e *Legendae versif.* tenore minime conici posse, eamdem inter 25 februarii 1229 atque 25 maii 1230 hexametris conditam esse, quod de translatione S. Francisci e S. Georgio in novam basilicam 25 maii 1230 factam vates siluerit, quod nihil de ista basilica a Gregorio IX summo studio promota, donariis gratiisque ditata versificator cecinerit. — Talia etenim addita fuerunt in Celanensis *Legenda chori,* n. 13 et 17 atque in *Legenda* Fr. Iuliani Spirensis, n. 75-76. Sed iste utique ita quoque egit, quia saltem aliquantula ambitione historiographi, eaque recta, ducebatur.

---

(1) Cf. supra, 4 et 27, num. 3.

(2) Nescio cur Russell, 40, hanc *Legendam* inter opera a patronis expetita computaverit.

(3) Cf. AF X, 3, 115.

(4) Cf. 32, num. 3.

Quoniam Abrincensis non omnia prorsus in *Vita I* de Fr. Helia relata in *Legendae versif.* primigena recensione versibus panxit [1], non licet inde colligere, ipsum hexametra ista condidisse, dum Fr. Helias, Gregorii IX tunc et antea, S. Francisci olim (cum vivebat) amicus, qua Minister generalis Ordinem Minorum regebat, 1232-39. Sed neque inferre fas est, Henricum haec antea iam cecinisse, an. 1227-32. Fatemur, nos nescire, utrum Henrici quidquam magnum an parvum interfuerit Fr. Heliae, anno quolibet inter 1229-39. Sed post Heliae casum seu depositionem ab ipso Gregorio IX factam 14 maii 1239, atque Heliae ad Fridericum, Gregorii IX hostem, transitum, anno 1239 exeunte [2], res aliter se habuit. Postquam scandalum hoc quoquoversus percrebruit, Henricus *Legendam versif.* retractans, Heliae nomen ex ea semovit.

3. Quandoquidem pro *Legenda* ista concinnanda Henricus nullos adhibuit fontes scriptos aliosve quam *Vitam I* Thomae Celanensis, bono iure censere licet, eidem, ob eam qua praecellebat versus profundendi facilitatem, carmini hoc condendo aliquot mensium paucorum spatium suffecisse. Hinc *Legendam* hanc metricam concinere poterat, cum in Curia Romana, negotiorum suorum gerendorum causa, morabatur. Sic obvie explicatur etiam, cur thema istud selegerit, cur etiam contentus fuerit simpliciter *Vitam I* versificare, olim a Gregorio scribi iussam et approbatam. Thema a versificatore scite delectum ac, quod poësin spectet, insigniter tractatum, non poterat quin patronum summum delectaret.

Henricus Abrincensis ter in curia Gregorii IX moratus est an. 1232, 1234 atque 1238, quin morae suae tempus certis terminis circumscribi queat. Pro eodem patrono Gregorio IX Henricus septem alia carmina, longe breviora, vix non in ipsa curia, concinnavit [3] atque in eadem commorans, pro aliis sex patronis: archiepiscopis et episcopis, alia poëmata panxit. Hinc inducimus Abrincensem etiam *Legendam* S. Francisci in curia Romana versificasse. Henricus conici quidem sed non probari potest, hoc opus anno 1232 vel 1234 probabilius egisse quam an. 1238.

In exordio libri XIII, 1-18, *Legendae versif.* Henricus, ex suo penu, cecinit totam curiam Reate morantem (an. 1225), S. Franciscum iam valde aegrotum 'sollemniter excepisse' omnesque celeres concurrisse, ut hunc virum, portenti instar, intuerentur, non secus ac olim antiquos « Chirona bimembrem », Minotaurum etc. atque modernos « *elephantem | Caesaris, aut onagros, quorum cava naris ut arcus | hostica Maeotidas emittit in ora paludes* ». — Hunc Friderici II elephantem etiam

---

(1) Cf. supra, 14, num. 6.

(2) Cf. Lempp, *Frère Elie*, Paris 1901, 131ss.; Dom. Sparacio, *Fra Elia*, II ediz., Milano 1923, 77ss.

(3) Russell, 36, 61-2; scil. num. 112, 114, 117, 122, 127, 128 (e 162 carminibus ibid. breviter recensitis).

Fr. Salimbene (1), quando imperator eumdem « *misit in Lombardiam cum pluribus dromedariis et camelis et cum multis leopardis et cum multis gerfalcis et asturibus* (2) », Parmae demiratus est an. 1235.

Sed Mainardinus Imolensis iam an. 1231-32 eumdem elephantem imperialem cum aliis bestiis exoticis Ravennae spectatum ierat (3). Quocirca neque ex hoc monstro tunc insolito, illatio chronologica colligi potest. Nec apparet, utrum Henricus, talium rerum vix non cupidus, monstrum ipse obstupefactus viderit, an iuxta famam de eo hic locutus sit, praesertim quia onagris, quos in desertis Africae vagari tradebant, proboscim similem cum elephantibus adscripsit. — Mera coniectura ab anno 1238 abalienamur in 1234 vel 1232, quod Henricus occasionem aures papales sua *Legenda versif.* demulcendi usque in annum 1238 non protelaverit (4). — De loco circa S. Antonium v. infra, 48.

De factorum quorumdam adiunctis ab Abrincensi additis.

Aliqua ab Henrico ultra auctorem suum Thomam Celanensem allata vel huic, cui caeterum ubique constanter ac unice inhaeret, superaddita, examen expostulant accuratius, unde eruatur quanti sint valoris eiusmodi poëtae additamenta, quae historica videri possent. Hic vero nulla facta nova *Vitae I* adiecit, sed solum plura nova adiuncta.

1. De ultimis infirmitatibus et languoribus S. Francisci agens, caput IV partis II *Vitae I*, nn. 97-8, iisdem proprie dedicatum, Henricus nonnisi a longe secutus est in suo l. XII, vers. 62-90.

Oculorum quidem infirmitatem non sine medicinae ac anatomiae dictionibus technicis accurate describere apparet (70-80). Talium enim rerum peritus erat Henricus (5), sed pressius dicta ipsius consideranti, ut qualis morbus ille fuerit eruatur, mox liquebit Henrici dicta ad quamlibet oculorum inflammationem morbosam gravemque referri posse. — En versus Henrici circa alias Sancti iam laboribus exhausti passiones, eodem in loco exstantes, XII, 62-6:

> *Mortis* enim *Domini* caro *complantata* figurae (6)
> Imperiis animae penitus subiecta laborans,
> Et *non manducans, triturans ore ligato* (7),
> Saucia ciliciis, attrita laboribus, esa
> Vermiculis, constricta gelu, resoluta calore.

(1) *Cronica,* ed. Holder-Egger, 92-8 et denuo 94, 12; ed. Parm. 47, 48.

(2) Astur avis est generis accipitrum; gerfalcus species maior eiusdem generis alitum rapacium est.

(3) Cf. Holder-Egger, l. c. 93.

(4) Henrici in curia Romana moram etiam *Prologus* codicis V attestatur; v. 9s. Pro anno 1234 etiam Russell, 49, mere coniecturando stetit.

(5) Cf. de morbo Francisci adolescentis, I, 89-125; item II, 199-201; V, 103-5.

(6) Cf. Rom. 6, 5. (7) Cf. Matth. 11, 18-9; dein Deut. 25, 4; I Cor. 9, 9.

Subduntur tres alii versus de carne extenuata, ideoque infirmitatibus omnibus patente, quae ideo oculorum aegritudine correpta fuisset.

2. Quoniam Celanensis nusquam *Vitae I* neque de cilicio illo sauciante, neque de vermiculis Sancti carnem cruciantibus et 'edentibus' sermonem fecit, quemlibet quaestio pulsabit, undenam haec interiora et quodammodo intima S. Francisci didicerit Henricus. Solutionem subministrare poterunt aliorum Sanctorum *Legendae,* quas Henricus item in metrum poeticum et carmen heroicum redegit. Adeamus igitur *Vitas* S. Thomae Cantuariensis, cuius etiam *Legendam versificatam* Henricus Abrincensis concinnavit (1).

Thomas Becket (2), natus Londonii circa an. 1118, servitio Theobaldi, archiepiscopi Cantuariensis, se dedit; an. 1154 archidiaconus huius ecclesiae metropolitanae effectus. Rex iuvenis Henricus II (1154-89) ei cancellarii regni sui munus concredidit, eumque an. 1162 in primatem Cantuariensem promovit. Mox circa iura cleri contentiones ortae sunt inter regem atque primatem, qui ideo 2 nov. 1164 in Franciam exsul abiit, ubi usque an. 1170 commoratus est. Cantuariam redux alias lites est expertus, unde 29 dec. 1170 a sicariis, nobilibus militibus, rege annuente, in cathedrali sua, trucidatus est. Quod scelus immane universos tunc commovit. Iam 21 febr. 1173 libertatis ecclesiasticae assertor intrepidus et martyr inter Sanctos relatus est bulla Alexandri III. Eius reliquiae sollemniter translatae sunt an. 1220.

Sancti martyris *Vitas* quam primum plures intimi eiusdem seu noti descripserunt (3). — Celebris ille Iohannes Saresberiensis, S. Thomae amicus et eiusdem in Francia « coëxsul », dein episcopus Carnotensis, († 1180), mox post sancti necem *Epistolam* scripsit ad Iohannem episcopum Pictaviensem, extremum Sancti agonem narrantem (4). Postridie martyrii « cum (ait) b. martyris corpus sepulturae tradendum esset et de more pontificalibus indueretur, quod admodum pauci familiares eius noverant, inventum est cilicio pediculis et vermibus referto involutum, ipsaque femoralia eius interiora usque ad poplites cilicina, quod apud nostrates antea fuerat inauditum, reperta sunt. Exterior tantum habitus caeteris conformabatur ».

In *Vita I* seu potius *Passione S. Thomae,* quam Benedictus, abbas Petriburgensis, confecit (5), legimus a monachis (6) inventum esse

(1) Cf. 32. (2) Cf. Thurston, *Thomas Becket* ap. *The Cath. Encyclopedia,* XIV (1912), 676-8.

(3) I. A., Giles, *Vita S. Thomae... ab auctoribus contemporaneis... scripta,* Oxoniae 1845, 2 voll. Quae collectio recusa est ap. P. L. 190, 1-436, 1069-1416. Caeterum cf. *Bibliotheca hag. lat.* II, Bruxellis 1900-1, n. 8170-248; et *Supplem.* (1911), num. cit. [= BHL]. (4) Ap. Giles, II, 251; P. L. 199, 355-9; 358.

(5) Haec fragmentaria exstat; P. L. 190, 267-78. BHL 8170.

(6) Capitulum ecclesiae cathedralis Cantuariensis Monachi Ordinis S. Benedicti efformabant, perinde ac aliarum cathedralium Angliae. Cf. exemplum ap. AFH XVIII, 181, 188.

« corpus eius cilicio, non minus aliunde quam sui duritia molesto, involutum, et quod a nullo sanctorum exemplificatum legimus vel audivimus, ipsa eius femoralia interiora usque ad poplites cilicina, habitumque super indutum monachalem ... et in aspectu sic occultatae religionis, supra quam credi potest, obstupefacti ... renovantur in lacrimas (1) ». Adeo hoc cilicium oculos animosque perculit, licet hic biographus vermiculos sileat — Secundus biographus Sancti, Willelmus filius Stephani (2), narrat Robertum, canonicum domus de Meritona, Sancti capellanum et confessarium atque rei conscium, monachis obstupescentibus cilicium illud ostendisse; de bestiolis item tacet.

E contra easdem denuo recoluit fatus Iohannes Saresberiensis in brevi caeterum *Vita et Passione S. Thomae* (3), in qua locum *Epistolae* suae verbotenus repetivit usque ad *reperta sunt;* tantum pro voce *pediculis,* vocem *pedunculis* posuit.

Vitae IV auctor fuit Eduardus Grim (4), clericus nempe ille qui primum ictum scelestorum homicidarum in S. Thomam furentium brachio suo excepit (5). Hic fuse narrat, quomodo in crastino martyrii, monachi « corpus (6) ... lavandum exspoliantes, ... ad ultimum carni proximum inveniunt cilicium sic bestiunculis obsitum, ut levius isto pristinae diei fuisse martyrium quivis iudicaret. ... et quod a nullo sanctorum praesumptum esse cognovimus, femoralibus cilicinis ita stricte cruribus insutis usus fuerat [Sanctus], ut alveolus a poplite supra in longum sub sutura cilicii vermiculis scaturiens extenderetur; quibus inspectis » monachos stupor ingens incessit.

In *Vita VII S. Thomae,* auctore anonymo Lambethano dicto (7), Sanctus narratur « horrendo cilicio » insutus fuisse, itemque gestasse « femoralia cilicina... In ciliciis item tanta pediculorum multitudo repere visa est, ut paulo rariorem locum obsitum quam vacuum fecerint. Quorum etiam quamplurimi, penetrata iam pelle, carni profundius inhaerere prospecti sunt ».

Herbertus de Boseham, qui S. Thomae diu a secretis fuerat Cantuariae et in exsilio, in sua *Vita S. Thomae* (8) huius cilicia et cilicina, qualia in trucidato inventa sunt, fuse describit (9), de vermiculis silens; addit vero monachos eum lavantes ideo alios convocasse, qui sic de trucidati sanctitate, « terribiliter stupefacti », minime iam de ea dubitassent. — Herbertus (10) an. 1171 archiepiscopus Beneventanus nominatus, inter Cardinales ascitus est an. 1178; e vivis decessit an. 1186.

---

(1) P. L. ib. 276. (2) P. L. ib. 188. BHL 8176. (3) P. L. ib. 207-8.
(4) P. L. ib. 1-56. BHL 8182. (5) P. L. ib. 47, 1270.
(6) L. c. 50. — In *Vita V* (BHL 8183; P. L. 55-104) memoratur cilicium, sed praetermittuntur vermes (102-3). *Vitae VI* nonnisi excerpta exstant (BHL 8184; P. L. 233-52). (7) P. L. 277-318; cf. 311. BHL 8188.
(8) P. L. 1073-1292. BHL 8190. (9) P. L. 1285-6; v. etiam 1096.
(10) Cf. etiam p. 34, num. **6**.

3. Henricus Abrincensis praeter *Legendam metricam* S. Francisci etiam Legendas aliorum plurium sanctorum 'versificavit', nihil novi circa vitam eorumdem adiciens [1]. Hae *Legendae* ab Henrico *versificatae* saltem novem recensentur [2], quas inter etiam *Legenda versificata* S. Thomae Cantuariensis. Insuper pro priore Cantuariensi et aliis poëmata in honorem eiusdem S. Thomae concinnaverat [3]. In *Legendis* S. Thomae locos illos de eiusdem cilicio vermiculis scatente, quod hominum illius temporis animos fortiter perculerat, Henricus obstupescens et ipse legerat. Cilicium a viris sanctis iam perdiu adhibitum fuisse noscens, Abrincensis etiam heroi suo Assisinati id attribuit, non sine pediculis [4] in S. Thomae cilicio olim inventis. Quodsi pediculae illae sanctum archiepiscopum et primatem Angliae non dedecerunt, sed sanctitatis signum manifestius aestimatae erant, eo maiore quodam iure similiter obsitum cilicium a S. Francisco pauperrimo, nulla dignitate ecclesiastica insignito gestatum fuisse inducebat et censebat Henricus. S. Thomas archiepiscopus saltem cultum exterioris habitus, pro amplissima sua dignitate, negligere non poterat [5], id quod Francisco dominae paupertati sponsae suae ferventer adhaerenti ultro licebat; etenim induerat « tunicam ... asperrimam ... pauperrimam et incultam [6] ». — Caeterum homines vestesque verminantes tunc aevi locus communis fuisse videntur, quia Michael Blaunpayn ipsi Henrico vermes opprobravit [7].

4. Minime quidem negamus S. P. Franciscum cilicio corpus suum castigavisse, sed negare non dubitamus, quin huic adiuncto a poëta in *Vitam metricam* invecto una cum vermiculis valor historicus competat. — In *Vita I* nullibi cilicium S. Francisci expresse memoratur, etsi de ipsius discipulorumque primorum mortificationibus Celanensis non semel tractaverit; cf. I Cel. 15, 22, 38-45, 51-4. Memoratur autem cilicium in II Cel. 12; non aliis in locis; v. gr. II Cel. 50, 69, 86-90, 116, 130, 181. Tunicam suam quandoque excuti a Fratribus voluit (II Cel. 135, 138), quin expresse dicatur nobis, utrum a solo pulvere.

---

(1) Ita iudicavit P. Grosjean, *Carmina*, l. c. 99. Qui ea editurus est.

(2) Russell, *Master Henry*, 37, 40, 56, 63: num. 27.

(3) Russell, *Master Henry*, 37, 40; *Three short stories*, 54: num. 1, 2, 9.

(4) Abrincensis contextus vermiculos non quidem directe in cilicio ponit. Sed vox *esa* trochaeum efformans, quia eiusdem *a* produci non poterat a suo substantivo *vermiculis*, medio in hexametro adhiberi non potuit. Ideo ratione metri poëta vocem *esa* in versus finem (ubi spondeus vel trochaeus esse potest) relegavit. E natura rei patet vermiculos (qualescumque isti fuerint) cutem ac sanguinem expetivisse, unde praesertim in veste interiore, i. e. in cilicio, morabantur.

(5) Cf. supra, 30. (6) I Cel. 22, 15-7. (7) Cf. supra, 5.

In parvula quidem *Legenda S. Francisci,* quae an. 1254-60 codici liturgico prototypo Ordinis Praed. inserta est [1] tamquam sumpta: « *ex gestis eius* [S. Francisci] *abbreviatis quae sic incipiunt: Quasi stella* », legitur in Lectione III: « *Eadem* [2] *tunica diebus ac noctibus pro indumento et lecto utebatur, quae vermibus operta frequenti excussione baculi tolerabilior reddebatur* ».

Quam notitiam, licet hyperboles expers non sit (v. vocem « *operta* »), veritate quodammodo niti vix erit ambigendum. Ast non ex hac *Legenda abbreviata,* neque ex originali eiusdem, cuius auctorem Henricus Abrincensis in Curia papali degens [3] an. 1232, 1234, 1238-9, novisse poterat [4], dicta sua poëta assumpsit. Nam *Legenda* laudata rem de « *tunica* » refert, non de cilicio. Insuper ex eiusdem Lectione IX, Henricus discere potuisset aliam rem in laudem Gregorii IX sibi canendam (et in I Cel. nondum prolatam), videlicet quod Summus iste Pontifex in Sancti honorem « *mirae magnitudinis construi curavit ecclesiam, primarium lapidem iacens* » etc. — Ast pro more suo poëta versus curavit, non res novas historicas sibi opportune referendas seu inserendas. Dictum circa novam ecclesiam S. Francisci etiam Celanensis *Legendam chori* spectat, quae idem refert [5], quaeque nullibi ab Abrincensi adhibita fuisse apparuit.

Quibus expansis, dubium moveri vix potest, quin versus Abrincensis circa cilicium S. Francisci bestiolasque in ea repentes, valore careant, etsi res aliunde, uti vidimus, ac etiam e cultura illius aevi confirmetur. Versus tamen isti Henrici testimonium historicum aestimari nequeunt.

5. Cilicium nihilominus in *Vita I* occurrit, non ubi eiusdem auctor de ultimis Sancti morbis agit, sed ubi de felici eiusdem transitu [6]: « *Iussit proinde se superponi cilicio et conspargi cinere* ». Liquet rem, momentumque temporis a versibus Abrincensis supra allatis omnino discrepare. In loco isto Celanensis vel denuo reminisci apparet *Vitae S. Martini,* saepius a se usurpata [7], vel usus cuiusdam monastici tunc communissimi [8], videlicet iamiam morituros extra lec-

(1) Cf. AFH XIX, 264; L. Rousseau, ap. *Analecta O. P.,* 1926, 813-20.

(2) Ed. L. Lemmens, ap. AFH I, 260; idem, *Testimonia minora saec. XIII de S. Francisco,* Ad Claras Aquas 1926, 58.

(3) Cf. 4.

(4) Iuxta Bernardum de Bessa, AF III, 666, erat « Iohannes apostolicae sedis notarius ». Is inter an. 1230-41 (45?) scripserat *Legendam* suam hucusque non repertam.

(5) Ap. AF X, 124, 126, n. 13 et 17.

(6) I Cel. 110, 6. Cf. etiam *Leg. chori,* n. 12.

(7) Sulp. Severus, *Epistola III,* n. 14; ap. P. L. 20, 182; ed. Hartel, Vindobonae 1856, 149.

(8) Cf. Martène, *De antiquis Ecclesiae ritibus,* l. III, c. 11 (Venetiis 1763, II, 365-6); *De ant. monachorum ritibus* V, 8 (ib. IV, 240-9).

tum in cilicio et in cinere deponendi (1). — Sed Henricus locum istum Celanensis sic liberius versu suo vertit, XIII, 74: « *Aspersus cinere suprapositusque melote* », ita cilicio « *meloten* » arbitrarie substituit (2). Melotes enim proprie vestis erat antiquorum monachorum, confecta e pelle caprina vel ovilla, quam pro laboribus manualibus peragendis induebant (3). Henrico vero melotes nescio quodnam poenitentiale vestimentum seu stratum fuit; vox enim, non res aptior erat metro suo, cui cilicium hic non coaptabatur. Sicuti aliis in versibus, metrum hic vocem dictavit; ipsius rei minor erat poëtae cura.

6. Ad primum versum, supra p. 29, positum, XII, 62, hic paululum revertamur oportet. In eo Henricus implicite allegavit Rom. 6, 5; loco eodem Henricus iam supra, II, 158-9: « Christique figurae | *complantandus* » usus erat, utrobique conformitatem quamdam inter Christum et S. Franciscum adumbrans, manifesto fundatam in loco illo S. Pauli. — Neutro in loco Celanensis hunc conceptum expresserat, sed adhuc clarius quam Henricus eumdem et ipse proposuerat in *Vita I*, 90, 13-6; 98, 12-5; 118, 13-5; 119, 8-13. His in locis Celanensis aliis S. Scripturae textibus usus erat, scil. Coll. 1, 24, Gal. 6, 17, Hebr. 1, 3, atque Phil. 3, 9-10; hunc ultimum ita in paucis mutans: « *configuratus morti Christi Iesu* in *societate passionum* eius ». — Ideam ergo conformitatis Christum inter et S. Franciscum Henricus plene haurire poterat e *Vita I*. — Sed non abs re erit hic paucis adnotare istiusmodi ideam etiam in *Vitis* S. Thomae Cantuariensis ab ipsius biographis iam propositam fuisse (4), immo pluribus expositam a laudato Herberto de Boseham in secundo suo opere de S. Thoma Cantuariensi, inscripto *Liber melorum* (5), unde, viso contextu, neque e XII, 62 *Legendae versif.* influxus *Vitae* S. Thomae penitus erit excludendus. — De isto libro ideo alia occasione plura dicenda nobis erunt.

7. Exsequias S. Francisci, quas Celanensis fuse descripserat in num. 116-118, poëta iamiam ad carminis sui finem propere pergens in quatuor contraxit versus XIV, 28-31:

Conveniunt populi, concurrunt undique fratres,
Patris ad exsequias, et in ecclesia sepelitur
Assisii, Sanctus quae dicta Georgius exstat:
Puro de lapide fit honorifice sibi tumba.

Ecclesiae S. Georgii Celanensis nullibi in *Vita I* nomen titulumve expressit; cf. n. 23, 9-10; 116. 10; 118, 1-2. Hunc Henricus

---

(1) In II Cel. 215, 14-5 et 217, 20, S. Franciscus morti proximus « *in nuda humo* » exponi voluit.

(2) Cf. Isidorus, *Etymol.* XIX, 24. 19; ap. P. L 82, 691. Cf. P. L. 23, 64; 66, 774: in commentario ad *Regulam* S. Benedicti. Cf. etiam Hebr. 11, 37.

(3) Rubricator in C cilicium restituit; cf. 18.

(4) P. L. 190, 47, 271-2, 273D, 274B et C, 275A, B et C etc.

(5) L. c. 1293-1404. BHL 8191.

neque e *Leg. abbreviata* breviarii O. Praed. [1] tulerat, neque e *Leg. chori*, n. 14, quia nulla alia ex his aliisve sibi ascire sategit, ne illa quidem quae laudes Gregorii IX augere poterant, uti iam diximus.

Si Abrincensis, dum in Curia papali an. 1232, 1234 et 1238-39 [2] degebat [3], Assisium revera invisit, id quod Assisii descriptio brevissima in *Legendae* initio aliquomodo insinuare potest [4], fortasse nomen illius aediculae S. Georgii ibi didicit. Nihilominus quia nullibi factum ullum novum vitae S. Francisci *Legendae* suae inseruit, talis cura poëta (qui ubique sibi constans poëtam agebat, non Clium, Musam historiae, umquam coluit) optimo iure in dubium vocari potest.

In cod. C recensionem posteriorem *Legendae metricae* exhibente [5], versus 28 idem prorsus est, sed 29-31 huius sunt tenoris:

Patris ad exsequias, *et ipsa quam fabricarat*
Ecclesia Sancti *Damiani corpus humatur*
Eius honorifice *nitida* de *marmore* tumba.

Qui versuum tenor manifesta laborat falsitate, dum versus isti in A rei veritati certo respondent, saltem versus 29-30. — In C ecclesia S. Georgii male cum S. Damiano confunditur. Quae confusio mira ac erronea, si poëtae tribuenda est sive *Legendam* hanc primum exaranti, sive postmodum eamdem retractanti, elucet quantum Camoenam poëseos Henricus unice coluerit, Clium despiciens, sollicitus versus sonoros profundere, non facta historica memoriae prodere. Illa de sollicitudine caeterum nemo versificatorem causabitur, quia id egit, quod muneris sui erat.

8. Arbitramur namque hic in C recensionem originalem poëtae conservatam esse, in A autem versus 29-31 retractatos esse a quodam Fratre Minore (ut opinari fas est) [6], qui rerum Assisiensium peritior Henrico erat, ideoque errorem tam grandem corrigere sategit. — Henricus autem quatuor versus supra positos, quibus totum caput X partis II *Vitae I*, seu nn. 116-8, quam strictissime

---

(1) Cf. supra, 4. Rectius: ex ipsius originali, ex quo haec *Legenda* circa 1256 extracta est. (2) Cf. supra, 33.

(3) Curia a 24 maii usque ad 27 iulii 1232 Spoleti residebat; an. 1234 per 6 fere menses Spoleti et Perusii; an. 1238 et 1239 Romae ac Ananiae. Cf. Potthast, n. 8931ss., 9504ss., 10493ss.

(4) *Leg. versif.* I, 29-31: « *Assisium, quae valle tenus protensa Spoleti* | *pendet oliviferae convexa cacumine rupis,* | *tecta subalternans a summis usque deorsum.* — In « cacumine » haeret et tunc haerebat arx sive castellum; oppidum vero in montis latere sistitur, — non secus ac plurima alia oppida antiqua Italiae Mediae. Unde etiam, si Assisium aliquando festinus adivit, vel a longe poëta viderat vel de eo audierat, haec canere facile poterat.

(5) Cf. de his plura, 12-6. (6) Cf. 5 et 16, num. **9**.

compressit, exaraturus, nonnisi velocissime caput illud Celanensis legit. in quo, n. 116, 15-6 viderat haec verba: « *deponentibus eum in ecclesia Sancti Damiani* [1] », nullumque aliud nomen ibi reperiens, ita versus suos 29 et 30 compegit [2], memor eorum quae de ecclesia S. Damiani a Sancto reparata supra ipse cecinerat in l. IV, 175-215.

Quodsi ita egit Abrincensis iam praeceps in finem festinans, apparet dicto ipsius in versu 31, 'corpus humatum' (rectius: repositum vel conditum) esse in « *nitida de marmore tumba* » nullam vim testimonii historici inesse. Corrector in cod. A, versibus 29 et 30 mutatis, etiam metri causa versum 31 non attingere non potuit. Sicque e « *nitida de marmore tumba* » effecta est utcumque, e materia pretiosa, humilior « *puro de lapide ... tumba* ». Neque credimus correctorem versui praevio inhaerentem, sicuti adverbium « *honorifice* » demonstrat, hic iam de minutiis materiae tumbae illius curavisse, eliminato errore illo crasso de ecclesia.

Contra tumbae materiam humiliorem « *puro de lapide* », ubi « *puro* » nihil aliud est quam epitheton ornans, testimonium proferre videntur pictores [3], quamvis Horatius dixerit [4]: « ... *pictoribus atque poëtis* | *quidlibet audendi semper fuit aequa potestas* ». — Neque *Legenda chori*, n. 13, 7-8: « *in arca saxea ... reconditur* » fulcrum indubie solidum versificatori nostro praebet, quia locus iste hucusque in solo codice *Chisiano* comparuit, qui ipse dubio et suspicione quadam non caret [5].

Posset autem quidam e contrario arguere recensionem codicis C, qui collectionem uberrimam carminum H. Abrincensis continet [6], correctionem versuum illorum postmodum ab ipso poëta factam exhibere. Qui hoc admiserit, ipsi poëtae non correctionem sed corruptionem textus sui, antea correctioris, impingere hic debet. Corruptio talis hoc in casu orta esset e labilitate memoriae poëtae, qui olim fortassis Assisii rem rectam audierat, sed post plures revolutos annos de nomine ecclesiae dubitasset. Verum dubitationem talem — si poëtae obtigisset (quod anceps valde nobis videtur) — Henricus facile tollere poterat, consilium capiendo a quodam Fratre Minore Anglo, nam Ordo circa an. 1245-55 in Anglia iam plurimum propagatus erat [7]. Hic sive *Vitam I* sive sui Breviarii *Legendam chori* statim inspexisset, in neutra 'tumbam marmoream' certo legisset seu reperisset.

Aptior ergo nobis apparet opinio tenens scribam codicis A (aut prototypi huius) hic quoque mendum Henrici versificatoris cor-

---

(1) Scilicet ut Sancti corpus S. Clarae Sororibusque eius ultimo videndum venerandumque exhiberent. Quarum planctus Celanensis effuso corde repetivit. Ast incassum. Nam neque planctus isti lyrici poëtam in exitum carminis festinantem allexerunt, quamvis versificatore digni forent.

(2) Ita iam P. Grosjean, AB 43, 99sq., recte censuerat.

(3) Cf. notata ap. AFH XXI, 513 et nota 1-2. Nisi arca saxea intra ligneam fuerit. (4) *Ars poet.* (alias *Epist. ad Pisones*), 9.

(5) Cf. AF X, p. XIV et XVI. (6) Cf. supra, 7.

(7) Cf. Eccleston, *De adventu*, ap. AF I, 233ss.; ed. Little, 42ss., 149ss.

rexisse [1], iuxta mentem eiusdem, melius utique informandam. Qui sic edoctus (licet de re minima poëta parum, credimus, curasset) vix pervicacior errori suo inhaesisset. Proinde hoc etiam in casu lectionem correctiorem in textum assumendam fuisse vix quispiam infitiabitur.

9. Quomodocumque res ista sese habuit, ea quae hucusque perpendimus, ostendunt (utroque admisso casu) Henricum solummodo poëtam agere voluisse, facundia excellentem, non autem historici narratoris partes exsequendi animum ambitionemve habuisse. Quod alio quoque e loco *Legendae* ab ipso *versificatae* hic discutiendo colligemus. Ii sunt versus, quibus Henricus caput XX, nn. 55-57 Celanensis metrice retractavit. Quo in capite S. Francisci « *desiderium martyrii* » celebratur, et Sanctus hac ex ratione in Syriam et Marrochium transfretare frustra tentavisse narratur ac tandem ad « *Soldanum Saracenorum* » pervenisse. — Thema hoc, ex sua natura cohaerens, a Thoma Celanensi uno in capitulo aptissime pertractatum erat.

Henricus vero duas in partes id discerpsit [2], desiderium martyrii cantans in l. VII, 150-76, ac statim subnectens, quomodo navis in Syriam vela faciens ventis contrariis « *Geticas appellit ad oras* » i. e. in Dalmatiam, VII, 177-86, deducta sit. — Tunc exorditur liber VIII. Navim Anconam tendentem S. Franciscus clam intrat, cibo sibi socioque allato, VIII, 1-14. Ancora avulsa, « ... *velocior alite navis* | *sulcat aquas* », quam procellae tempestuosae hinc inde disiciunt, insigni arte a poëta descriptae (15-44). Nautas famelicos Francisci victualia sustentant (45-63) [3]; dein mox Anconae portus eos excipit (64-9). Franciscum servatorem suum fatentur; crebrescit eius fama per urbem e cuius civibus [4] « *ipse suis multos insignibus ornat* » (69-81). Iter versus Marrochium febre frustratur (82-6), ideoque Sanctus Assisium reversus, plures ibi Christi « *militiae ... coaptat* [5] » (87-9). — Dein denuo « *se navi, navim ventis committit* » atque:

Excipit incolumem portu Damiata cupito.
Christicolis contra Gentiles et viceversa
Magnus ibi conflictus erat: Damiataque stabat
Belli causa movens pretiumque futura triumphi.
Nec saevas miscere manus vel cominus ense
Exserto poterant pugnare, sed eminus arcu,
Funda, ballista: plagae quasi grando pluebant.

---

(1) De aliis locis in A correctis v. 16-7.

(2) Ap. Cristofani, 167-72 et 172-92. — De rubricis in A hic erroneis v. 18.

(3) Miraculum confert cum panibus a Christo multiplicatis, quorum fragmina sportas complevissent « tredecim », uti contra Evangelii textus poëta, mere ob metrum suum, procacius dicit. — Cf. etiam 51, num. 32.

(4) Contra I Cel. 56, 1-5, ubi de incolis regionis, Picenae scilicet et Umbriae, hoc refertur.

(5) Quod dictum militare Henricus de Fratribus saepissime adhibet.

Etenim inter exercitus castraque Christianorum et Saracenorum tunc temporis « *intererat fluvii pars septima* », i. e. ramus quidam Nili, seu unum e septem ostiis Nili Delta efformantibus. Cuius « *mediatrix unda* » tela innumera « *ab utraque pluentia parte* » suscipiebat (95-109). Ast heros impavidus Franciscus « *cymba transvectus modica, tot solus ad hostes* | *armatos et inermis abit per tela* », et ad Saracenos pertingens, ab his dire percussus, ad Soldanum perducitur (110-33). Qui intrepidum Franciscum humane tractabat « *pretiosaque dona obtulit* » ei (134-41). His recusatis: « *Mihi philosophos accersite, dixit* » Franciscus, eisque accitis exposuit dogmata fidei [1] fuse ac perbelle (142-73). « *Philosophos* [2] *regemque movet, nullusque nocere* | *audet ei; praeconis enim sic voce iubetur* | », ideoque a nullo iam laesus: « *Itque reditque frequens; sed tot convertere Persas* | *cum per se non sufficiat desintque ministri* | ... *desistere coeptis* | *cogitur et reduci fertur super aequora vento* » (174-80).

10. Sane non haec causa reditus fuit, sed aiente Celanensi, quia « *Dominus eius desiderium* [martyrii] *non implevit* » (I Cel. 57, 20), atque (uti elucet) quia nullos convertere poterat, non ob defectum « ministrorum », sed ob duritiem solitam Saracenorum. Hemistichium « *itque reditque frequens* » Henricus ex Ovidio [3] assumpsit, unde valoris historici expers apparet. Ideo vel magis quod et Celanensis hoc siluit et Iacobus Vitriacensis [4] contrarium innuit. Hic narrat, quod Soldanus non immotus a Sancti dictis « *tandem ... metuens, ne aliqui de exercitu suo verborum eius efficacia ad Dominum conversi, ad Christianorum exercitum pertransirent, cum omni reverentia et securitate ad nostrorum castra reduci praecepit* [5].

Tenor praedicationis a S. Francisco ad Saracenos habitae soli poëtae ingenio debetur; clericus enim erat Henricus atque decanus. Qui tamen, uti adnotavimus [6], tenorem non omnino aptum in Sancti ore posuit. — Iuxta *Chronica* quae, anno 1229 desinentia, cuidam Ernoul tribuuntur, sapientes Saracenorum Sancti praedicationem

---

[1] Inter haec « *et unum* | *esse Deum, turbamque probat non esse Deorum* ». Abrincensis enim nesciebat Saracenos unius Dei dogma confiteri; v. *Alcoranum*, c. I et XX, 7-14. At S. Franciscus hoc ignorare non poterat.

[2] Hos, id est sapientes, praedicatione illa commotos esse, nemo alius memoriae, prodidit, valdeque de hoc est dubitandum, uti cuilibet patet. Cf. infra, num. 10.

[3] *Metam.* II, 409. — Cf. 25.

[4] Eius locos habes ap. Golubovich, *Biblioteca d. Terra Santa,* I (1906) 6-10: « ... *cum multis diebus Saracenis verbum Domini praedicasset et cum parum profecisset* » ait Iacobus in *Epistola VI* scripta Damiatae mense martio 1220. Alibi dixit « *per dies aliquot* »; l. c. 8 et 9. Iidem loci leguntur in AFH XIX, 567, ap. L. Lemmens, *De S. Francisco Christum praedicante coram Sultano,* ib. 559-78.

[5] Golubovich, I, 9-10: Lemmens, 567-8.

[6] Cf. notam 1.

ullam auscultare penitus renuerunt, legem suam allegantes, quae iuberet, ut talia vel attemptans 'decapitaretur' (1).

Si ergo aliqua puncta dogmatum catholicorum Sanctus tetigit, vix ullam praedicationem systematicam, qualem Henricus ipsi tribuit « philosophis » proponere ei licuit. Privatim cum Soldano, qui mentis erat solito largioris, colloquens plura puncta evolvere poterat. — Ea quae Henricus de '*praecone*' cecinit, modo poëtico et concreto expressit. Patet enim mandatum aliquod Soldani qualicumque modo emanasse, ne quis hunc christianum, hostem ac peregrinum laederet, aut Saraceni hoc sibi a iure suo vetitum noscebant erga eumdem Soldani hospitem. — Quot ergo res a poëta cantatae arbitrio eiusdem adscribendae sint, ex iam dictis satis elucet.

11. Poëta, ut animum impavidissimum Sancti depingat, eum ad Saracenos Nilum 'cymba modica transvectum' esse dicit, media in pugna, utrimque sive ex utraque ripa Nili telis iactatis innumeris furente.

Damiata enim in ripa dextera ostii Phatnitici Nili sita est et tunc erat, in angusta terra inter dictum Nili ramum et lacum « Mensaleh » nuncupatum. In eadem ripa dextera Nili Saraceni an. 1218 et an. 1219 ineunte consistebant, Christiani cruce signati milites castra sua in ripa sinistra posuerunt, eo appulsi 29 maii 1218. Saepius an. 1218 decurrente et an. 1219 ineunte, ut Damiatam, Aegypti 'portam clavemque', directe aggrederentur, frustra moliti erant in ripam dexteram traicere. Sed illuc transire tunc solum potuerunt, postquam Soldanus Melek-el-Kamel, in nocte inter 4 et 5 februarii 1219, ob seditionem inter copias suas orsam, castra sua in *Fariskur,* locum superiorem Deltae Nili transtulerat. Haec dein e ripa dextera rami Phatnitici movit in ripam dexteram rami Mendesici (2). Ramus iste Mendesicus Nili e ramo Phatnitico effluit circa 60 milliaria superius. Soldanus ex eisdem castris an. 1219 oppidum « Mansura » exstruxit. Christiani flumen transvecti Damiatae moenia obsidione proxima stringebant, neque pugnae illae pro Nilo traiciendo amplius committebantur (3).

Quoniam S. Franciscus in Orientem vela fecit post Capitulum generale apud Portiunculam celebratum in Pentescoste, 26 maii an.

(1) Cf. locum ap. Golubovich, I, 12-3; latine versum ap. Lemmens, 568-70.

(2) Modernis « Ashmun ». Nomina e Plinio, *Hist. nat.* V, 11, 5, supra inseruimus; sed etiam tabulae geographicae modernae eadem conservant. — Non clare elucet, utrum Soldanus castra sua huc transtulerit solummodo post Damiatam a Christianis captam, 5 nov. 1219, an partim saltem, iam antea.

(3) Haec eruuntur ex auctoribus oculatis et coaevis, allegatis ap. Golubovich et Lemmens ll. cc. — Facta minutatim exponuntur a R. Röhricht, *Geschichte des Königreichs Jerusalem, 1100-1291,* Innsbruck 1898, 731-56. — Cladem magnam a S. Francisco Christianis praedictam iuxta *Vitam II,* 30 [nihil de ea in *Vita I* legitur], hi subierunt 29 augusti 1219.

1219 (1), pugnae illae, circa Nili transitum ipsum utrobique actae, iam diu cessaverant, cum S. Franciscus eo appulsus est. Quo fit, ut Henricus poëta, solummodo maioris admirationis exserendae causa, valde arbitrarie, nec recte S. Franciscum Nilum traicere fecerit media tali in pugna. Tempus igitur in poëtae contextu traiectioni illi assignatum a factorum serie fictum et commenticium probatur. Si etiam ad momentum psychologicum attenderis, vix non dubitaveris, quin tale momentum temporis valde parum apte delectum fuisset.

Quae cum ita sint, liquet Henricum hic quoque id egisse, quod muneris sui erat poëtici. Ultra hoc, Celanensi hic adiecit nomina Nili et Damiatae, cuius rectum situm se cognovisse innuit, quae urbs reapse, VIII, 97: « *belli causa movens* » erat. Addidit insuper expresse Nilum traiectum fuisse a S. Francisco ad Soldanum pergente, quando Damiata erat adhuc '*pretium futura triumphi*' id est, antequam mane diei 5 nov. 1219 a Christianis capta fuit. Sed omnibus aliis testibus oculatis et auctoribus synchronis de Nilo a Sancto traiecto silentibus, hoc ipsum adiunctum saltem dubium remanet.

Laudandus est poëta noster, quod adiuncta illa suprafata fonti suo addidit. Ea quae Henricus dixit recta, facile discere poterat tum ab iis Christianis militibus qui obsidioni Damiatae ipsi interfuerant, tum e pluribus auctoribus item testibus oculatis, qui statim vel proxime post eventus, expeditionem Damiatinam narraverant (2), v. gr. e variis quae iam tunc in occidente circumferebantur recensionibus *Libri duelli christiani in obsidione Damiatae* seu *Gestorum obsidionis Damiatae 1218-1220* (3). Quae autem vel legerat vel narrata audierat, non absque licentia poëtica versibus suis ornate ac sonore cecinit.

12. Expressis verbis adnotandum est, Henricum nulli ali facto in tota *Legenda versif.* tot adiuncta nova nominum, locorum, temporisque superaddidisse *Vitae I,* unde haec de S. Francisco ad Soldanum transeunte canens, saltem aliquo modo etiam historicum agebat. Verumtamen quia ultra nomina illa propria et locorum situs a se recte addita, Abrincensis pro more iureque suo magis poësi quam historiae indulgebat, reliqua facti illius adiuncta, iuxta aliorum auctorum coaevorum atque testium oculatorum (quorum complures habemus) testimonia examinanda erant. Examinatione ista instituta, apparuit Henricum solum Nili traiectionem a S. Fran-

(1) Cf. Iordanus a Yano, *Chronica,* n. 10, ap. AF I, 4; ed. Boehmer, 9; v. Golubovich et Lemmens citt.

(2) Cf. eosdem ap. duos scriptores saepius citatos et ap. AF X, ad hunc locum Henrici.

(3) Edita ap. MGH SS XXXI, 462-503 et 669-705.

cisco actam canentem, fidem historicam vixdum mereri, quippe qui circa tempus traiectionis aperte erraverit, eamdem in tempus poësi suae aptiorem liberius referens (1). Ita adiuncta quoque ipsius traiectionis aliaque in castris Soldani acta poëta pro libito suo poëtico exornavit.

Hinc iure inferimus, Henricum factum Nili traiecti neque apud auctores synchronos testesque oculatos legisse (2), neque a milite quodam cruce signato, qui tunc ibi pugnaverat, hoc expresse narratum audivisse (3), sed factum S. Francisci ad castra Soldani utcumque transeuntis (relatum etiam in fonte suo: *Vita I,* 57) cum iis quae de situ et obsidione Damiatae modo quocumque legerat vel audierat, composuisse, prout poëtae licentiae et fini suo effectus maioris exserendi magis conveniret. — Illatio nostra non solum in adnotatis circa hunc locum nititur, sed in tota indole *Legendae versif.*

---

13. His factis maioribus dimissis, breviter videamus quomodo alia quaedam '*paullo minora cecinerit*' Henricus, ut antithetice quidem cum Virgilio (4) dicamus. Huius enim quoque saepe reminiscebatur poëta noster.

« *Nobilis quidam civitatis Assisii, militaribus armis se non mediocriter praeparat, et inanis gloriae vento inflatus, ad pecuniae vel honoris augenda lucra iturum in Apuliam se spopondit* ». Franciscus adolescens, se « *facturum adhuc maxima* » promittens, « *levis animo... et non modicum audax... generis nobilitate impar sed magnanimitate superior, pauperior divitiis sed profusior largitate* » cum eo pergere constituit, quemadmodum retulit Celanensis (n. 4). Sed in visione nocturna adolescens qui « *gloriae cupidus erat* », cernens « *domum suam totam ... plenam militaribus armis* » horum significatione paulatim percepta, a proposito destitit itinere (n. 5).

---

(1) Sic a L. Lemmens l. c. contra hypotheses Naz. Iacopozzi prolata iure bono subsistunt atque apparet, hunc versus Henrici liberius e contextu suo dissolvisse. — Documenta duo, Damiatae acta 29 iunii 1220 et 17 aug. 1220, quae docte edidit Hier. Golubovich, *S. Francesco e i Francescani in Damiata (5 nov. 1219 — 2 febb. 1220),* ap. *Studi Francesc.* N. S. XIII (1926), 307-30, iam antea minus correcte prodierant ap. Salvioli, *Annali Bolognesi,* Bassano 1789, II, II, 431-2, 442-3, et distributionem civitatis Damiatae inter milites christianos tangunt. In primo memoratur (314): « *via ... iusta ecclesiam in qua abitant Fratres Minores* »; in altero (315): « *domus* » eorumdem. Nomen S. Francisci in eis non comparet, neque ad ipsum allusio fit.

(2) Quotquot habentur, de eo silent. Cf. 40, nota 2.

(3) Inter hos fuit etiam Milo, episcopus Bellovacensis, quem Soldanus una cum aliis multis 29 aug. 1219 ceperat et nonnisi 1 sept. 1221 liberum fecit; cf. Röhricht, *Gesch. des Königreichs,* 737, 746, 754. Huic Miloni Henricus postmodum tria carmina dedicavit; cf. Russell, *Master Henry,* 36.

(4) *Eclog.* IV, 1.

Ista sic versibus cecinit Henricus, I, 187-93:

Interea civis tota ditissimus urbe (1)
Merce replens bigas et plaustra iugalia (2) versus
Apuliam procingit iter, nulloque reverti
Se putat eventu, quin plurima lucra reportet.
Audito Franciscus eum debere lucratum
Ire, magis solito flagrante cupidinis igne.
Vult comes esse viae propter consortia lucri ».

Ita animus militaris et viri illius nobilis et Francisci, iuxta poëtam, ad sola lucra avide conspirabat aspirabatque. Mirandum sane, quod poëta animos istos, ut ita dicamus, heroicos, gesta fortia sese gloriose esse perpetraturos ominantes, in quaestuosos institores et mere viles captatores lucri converterit! Ast Henricus Abrincensis clericus erat atque decanus, non autem miles gloriae cupidus, et voci primae illius loci in fonte suo: « *pecuniae* » nimis inhaesit. — Porro iuxta ipsum Franciscus videns, I, 212-19:

Quod domus ipsius sit plena quibuslibet armis,
Ut puta loricis, aceris candentibus usu,
Ensibus extersis et acumen habentibus hastis,
Gemmatis galeis clipeisque nitentibus auro:
Tot pretiosa videns, delectatusque videndo,
Gaudet et obstupefit; nec enim robusta solebat
Arma videre domi, sed quos aut Flandria molles
Mittit et imbelles aut flava Britannia cultus (3).

Viden quanta cum constantia Henricus itineris illius finem principalem variaverit in mercaturae quaestum? Ipsorum quoque armorum pretiositatem extulit, acsi haec vendenda fuissent duobus illis sociis solo mercandi studio actis, non in pugnis contundenda. — In visionis significatione tandem a Francisco intellecta, videlicet eam « *non ad mundana referri ... sed ad veros ... spectare triumphos* » Henricus (I, 220-9) cum Celanensi consonat.

Iste caeterum, etsi hoc opus non esset, in *Vita II*, 6, clarius sensum suum ac Francisci enuntiavit, aiens eumdem « *pro capessenda militia in Apuliam* » proficisci voluisse, in hunc finem « *opulenter necessariis praeparatis* ». Quae non erant ‘ bigae et plaustra iugalia ... merce repleta ’, uti Henricus cecinit.

14. Franciscus equo suo insidens cum « scarulaticis pannis » Fulgineum perrexit, ubi equum pannosque vendidit; ita I Cel. 8. — E contra secundum poëtam, II, 150-5: « ... *merces* | *colligit in sum-*

(1) Hyperbole est manifesta, sive sit superlativus absolutus, sive relativus.
(2) De talibus in *Vita I* nihil prorsus.
(3) Dicta in his ultimis versibus Henricus propria experientia noverat; v. eiusdem vitam, p. 4.

mam; Fuligineumque ([1]) *profectus | non solum quaecumque tulit venalia vendit, | sed currus et equos: vix tot pedes aera reportat |* ». — In auctore suo Henricus de uno equo legerat, nullibi de curribus.

15. Inter plurima a poëta canonico in invectione adolescentis contra patrem suum optime conficta, Franciscus ita patrem compellat III, 55-8:

Exemplo doceare mei! Si gloria mundi
Sit tua, si totus soli tibi supplicet orbis,
Ut facias silicesque loqui picasque silere,
Hoc totum tibi non poterit praestare salutem.

Sic Franciscus, filius Bernardonis et Picae, patrem Bernardonem esset allocutus! Nomen matris neque in *Vita I* neque in aliis *Legendis* comparet, sed indubium fit e documentis Assisiensibus ([2]). Si Henricus revera aliquando Assisium inviserat ([3]), nullum factum novum vitae S. Francisci ibi discere curabat, nam nullum *Legendae versif.* uspiam inseruit. Nomen patris e *Vita I* noscebat, unde id non hic posuit, sed ubi in I Cel. 53 exprimitur, scil. in *Leg. versif.* VII, 124. — De nomine Picae ne minimam quidem habuit suspicionem. Absit, ut Henrico ignorantiam istam crimini vertamus! Attamen et ipsa incuriam suprafatam poëtae aliquomodo attestatur. — Pro poëta hic mere locus communis in causa erat. Etiam Ovidius, *Metam.* V, 294ss., de picarum garrulitate cecinerat. Notissimus tunc erat locus Martialis, *Epigram.* XIV, 76: « *Pica loquax, certa dominum te voce saluto* » etc. Iam Isidorus Hispalensis, *Etymol.* XII, 7, 46, hoc distichon allegaverat, unde media aetate percrebruit ([4]).

Ex his iam quilibet colliget versus, I, 32-3: « *Mater honesta fuit pueri, pater institor: illa | simplex et clemens, hic subdolus et violentus* » nihil aliud esse quam poetae iudicium, illatum e diverso modo agendi utriusque parentis, non autem e traditione vel fonte aliis haustum ([5]).

16. Audito Evangelio in S. Maria, Franciscus qui antea « *quasi ereminicum ferens habitum, accinctus corrigia* » erat, inter alia etiam « *pro corrigia funiculum immutavit* » ait Celanensis, n. 21, 13 et 22, 13. — Henricus, qui nihil speciale de illo pricre habitu dixerat, V, 5, de chorda novi habitus plura cantavit, V, 36: « *non cingulus alvum* » iam exornabat; dein, V, 39: « *Sustinet et laqueum pro zona ferre* »; sed volens ipse peccata sua ulcisci: « *factus | ipse sui: pro se, contra se, testis et actor | et iudex* », rationibus discussis, « *se | damnat, et illecebrae passos incendia lumbos | tamquam latrones suspendit fune trinodi* ». —

([1]) Ita Henricus, ob metrum, nomen oppidi leviter mutavit; idem infra (ad I Cel. 109) fecit, XII, 4, verborum lusu ludens: « *Dumque semel Fuligineum fuligine purgans | peccati, verbique Dei fulgore serenans |* ».

([2]) Cf. haec documenta ap. R. Casali, *Notizie e documenti*, in *Bollett. d. reg. deput. di st. pat. per l' Umbria*, XI (1905), 537-49; A. Fortini, *Nova vita di S. Francesco*, Milano 1926, 43, 410, 457, 459, 475. ([3]) Cf. 35, num. 7.

([4]) Allegatur etiam in *De bestiis* (inter opera spuria Hugonis de S. Victore), III, 32, ap. P. L. 177, 96; ad id allusit Ioh. Saresberiensis, *Polycraticus*, I, 13, ap. P. L. 199, 411; ed. Cl. Webb, I (1909), 58. ([5]) Cf. etiam dicta, 26, lin. 13-20.

Quae poëta optimis panxit hexametris. — Infra, IX, 94-5, de Galfreduccio «*chordae*» (ita ibi ait Celanensis, n. 64, 2 et 5) Sancti attactu aegros sanante (1) poëta sic canere exorsus est: «*A simili funem Francisci, quo quasi zona | circa principium consueverat Ordinis uti*» etc. — Quoniam hi loci rei polemicae aliquando inservierunt (2), non possumus, quin dicamus ista hexametra seu voces «*funiculum*» atque «*fune trinodi*» ad contentiones internas Fratrum minime referri posse, ad quas Henricus nusquam carminis sui alludere curavit. — Insuper haec hexametra non testificantur S. Franciscum statim an. 1209 fune trinodi se cinxisse, sed hoc adiunctum habitus circa an. 1232-39 a Fratribus Minoribus gestati nobis opportune confirmant. — Eumdem enim funem trinodem, qui chorda est e pluribus funiculis contorta, S. Franciscus in tabula illa celebri Pisciae adservata gerit, iam an. 1235 picta (3). — Alia exempla habes in MS. originali Matthaei Paris, Angli († 1259), qui Henrici nostri Abrincensis amicus dici potest (4). Ea edidit A. G. Little (5), nodorum tamen numerus clarus non apparet. Notandae sunt etiam variantes horum locorum in C et V, licet et ipsae ad contentiones supra fatas minime referantur. In V tropus latronum laqueo suspendendorum sublatus est una cum fune trinodi.

17. Uti in *Vita I,* 23, refertur, Franciscus praedicationes suas inchoabat salutatione: «*Dominus det vobis pacem*». Dictio haec biblica (6) etiam in *Testamento* S. Patris repetitur (7). Quam rem ita Henricus panxit, dictae salutationi alteram sufficiens, quae hexametro suo quadraret, V, 79-83:

Ingrediens quamcumque domum, praemittit in ipso
Introitu: «*Pax huic domui* (8)». Pax eius ad omnes.
Iste salutandi suus est modus, hanc et honestis
Et reprobis optat, hanc civibus et peregrinis
Nuntiat, hanc sexus utriusque fidelibus orat.

Levis haec est res. Salutatio a poëta alteri suffecta item biblica est et tam in *Regula I,* c. 16 quam in *Regula II,* c. 3 occurrit (9). Henricus, qui saepissime S. Scripturae textus ipse inseruit vel saltem ad eosdem allusit, salutationem suam genuine biblicam esse, certissime noverat.

Verum, visis aliis suis locis insertis aut mutatis, omnino dubitandum est, quin ullo modo curaverit, quod nova sua salutatio a S. Francisco in suis scriptis adhibita fuisset. Haec enim se cognovisse nusquam ostendit. Nova ergo salutatio ab Henrico huc invecta non

---

(1) Cf. infra, 49, num. **28**. (2) Cf. Domenichelli, ap. AFH I, 215-6.

(3) Cf. de ea et aliis Benv. Bughetti, ap. AFH XIX, 637 ss. et *tabulas* in fine, I-VII; XI, num. 2; XIII, n. 1 et 2; XXVII, 2 et 3. Numerus et dispositio nodorum variat; cf. praesertim tab. V, n. VII.

(4) Cf. supra, 4 et 7. Agitur de eius *Chronicis Maioribus*.

(5) *Br. William of England,* ap. *Collect. Francisc.* I, Aberdoniae 1914, 1-8 et tabula I et III. (6) Cf. II Thess. 3, 16; Ioh. 14, 27; Is. 26, 12.

(7) *Opuscula,* 80. (8) Luc. 10, 5. (9) *Opuscula,* 42, 67.

ipsius auctoritate fulcienda est, sed ex opusculis S. Patris. Poëta metri sui anxius, coniectura propria rem attigisse veram apparet, quin ullius testimonii novi auctoritatem constituat.

18. Etenim Abrincensis, poëta ut erat, ne *Canticum* quidem *Solis* S. Francisci ullo modo curavit, cuius allusionem sat perspicuam Celanensis praebuerat in n. 80, minus obviam in n. 58, 25-30, explicitam autem in n. 109, 16: « duos filios speciales ... iussit Laudes Domino decantare ». — Primum locum versificans, IX, 12-39, Henricus nonnisi *Cantici trium puerorum*, a Celanensi ibidem exempli causa allegati, metricam periphrasim effecit; alterum in prima recensione (1) praetermisit, IX, 1-4; tertium demum penitus neglexit.

Immo tertiam allegationem explicitam adeo parum Henricus intellexit, ut eius loco, prolixam allocutionem S. Patris iamiam ad extrema perducti confingeret, XIII, 88-112, antithesibus (quibus Henricus delectabatur) constantem et vagius desinentem: « *Christoque ... exsolvite laetum* | *carmen et hymnidicas pro me depromite laudes* ». | *Dixerat. Incipiunt adstantes psallere fratres* |, scilicet concinere Ps. 141, 2-8 (2).

19. Henricus, qui auctorem sibi versificandum obiter perlegit, peioris licentiae arguendus est quoad I Cel. 25, ubi de primis S. Francisci sociis cantat, V, 119-27. Ibi enim, ea quae Celanensis de quarto discipulo, nempe de Fr. Aegidio retulerat, Henricus tertio discipulo anonymo (3) et ante an. 1228 iam defuncto tribuit, contra textum factaque de hoc canens: « *tempore multo* | *constanter certans ...* | *vana relinquendi reliquis exempla reliquit* (4) ». Thomas de hoc socio, utpote an. 1228 iam diu defuncto, e contrario scripserat « *post modicum consummavit* ».

20. Sancto Patre orante, socii primum emissi in brevi iterum Assisium redierunt, aliique quatuor tunc Fratribus (qui octo numerabantur) « appositi sunt »; ita I Cel. 30-1 et Henricus, VI, 1-27. Hic vero solus tunc interserit ista, VI, 28-31:

Cum tot Apostolici numerum complente senatus
Francisco sociis (5), rumor diffunditur (6), et sunt
Tempora qui dicant instare *novissima* (7) mundi,
Cuius inauditus finem praenuntiat Ordo.

Quae insertio proculdubio e cognitione aliquali sive scriptorum sive longe verisimilius idearum Ioachim abbatis Florensis († 1202)

(1) Cf. supra, 13. (2) Cf. etiam 53, num. 32.
(3) Talis etiam ap. Henricum, V, 119, remansit.
(4) Haec negligentia poëtae, qui de iam mortuo, necessario dicere debuit « *exempla reliquit* », nos subsidio quodam utili criticae textualis privavit. Aegidius enim obiit tantum an. 1262. Vide variantes codicum notatas ad I Cel. 25, 6, ap. AF X, 21.
(5) Id est, ipso computato, duodecim erant.
(6) Haec sola habentur in *Vita I*, 31, 2-3, non sequentia. (7) Iudae 18.

provenit [1], quam Henricus ipse in Curia Romana sed etiam in Anglia [2] facile habere potuit.

21. Post confirmationem Regulae S. Franciscum discipulosque, ut poëta cecinit VI, 140-2: *Suscipit optatos vallis dilecta Spoleti.* | *Hic Paterinorum multos seduxerat error,* | *sed Christi Franciscus oves ad ovile reducit.* | — Quae e pera sua poëtica Henricus hausit [3]. Nam Celanensis hic, id est in n. 35, de haereticis nihil habet, sed tantum de peccatoribus convertendis. Alibi vero, n. 62, 14-20, Patarenorum nomine tacito, dixit in genere: « *Confundebatur haeretica pravitas... haeretici latitabant* », quia nemo Sancto praedicanti sese opponere audebat; de eorum autem conversione silet. — Poëta per antonomasiam et ob metrum *Paterinorum* posuit pro *haereticorum.* Sed iam apparet ex modo dictis et ex tota indole *Legendae versif.*, Abrincensem auctoritatem pro Patarenis in Valle Spoletana circa an. 1210-26 grassantibus non constituere. — Fr. Rainerius Sacconi, qui aliquando haereticus, dein O. Praed. factus est, an. 1250 in sua *Summa de Catharis* (sive Patarenis) refert, circa an. 1230 eorumdem « *ecclesiam de Tuscia et de Valle Spoletana fere centum* » solummodo asseclas habuisse [4]. — De Patarenis autem (nomen tunc erat genericum) in regionibus Vallis Spoletanae finitimis plura nobis tradita sunt [5]. — Quidam sine ratione asseverarunt Gerardum Giliberti potestatem Assisii, an: 1204, Patarenum vel haereticum fuisse, uti recte animadvertit A. Fortini [6]. Cuius rei fidem facit bulla Innocentii III, 6 iunii 1204 [7]. — De dictis, in sensu valde largo, circa « haereses » Italorum in VII, 155-60, v. infra, 49, num. **26.**

22. Ubi Franciscus Fratres orare docuit (I Cel. 45), Henricus non solum totum *Pater noster* a Fr. Thoma breviter memoratum (45, 6), in hexametra redactum praebet, VII, 23-9, sed etiam S. Franciscum suos *Ave Maria* docentem facit, VII, 9-12: « O pia mater, *ave Maria,* charismate *plena,* | sit *Dominus tecum, mulieribus* in *be-*

---

(1) Cf. eiusdem *Concordia Novi ac Veteris Testamenti,* Venetiis 1519, et praesertim alia opera eidem supposita; v. G. Bondatti, *Gioachinismo e Francescanesimo nel Dugento,* S. Maria degli Angeli 1924, 6 sgg.; H. Grundmann, *Studien über Joachim von Floris,* Leipzig 1927, 14 ff., 48 ff. — Utrumque auctorem *Legenda versif.* fugit.

(2) Cf. Bondatti, 36, 45 sgg.; Grundmann, 158 ff.

(3) Cf. ab Henrico dicta circa inquisitores haereticorum in Germania, supra, 4.

(4) Ed. J. Gretser, Ingolstadii 1614; ap. *Max. Bibliotheca Patrum,* 25, Lugduni 1677, 269b; ap. Martène et Durand, *Thesaurus nov. anecdot.* V, Parisiis 1717, 1767-8,

(5) Cf. F. Tocco, *L'eresia nel medio evo,* Firenze 1884, 110 sgg.; G. Volpe, *Movimenti religiosi e sette ereticali nella società medievale italiana,* Firenze [1922], 85 sqq. Cf. etiam Iordanus a Yano, *Chronica,* n. 5; ap. AF I, 3; ed. Boehmer, 5.

(6) *Nova Vita di S. Francesco,* 102-3.

(7) P. L. 216, 365-6; Potthast, n. 2237.

nedicta, | *tu, ventrisque tui fructus benedictus* [1] ». — Exinde a Thoma Celanensi longius adhuc discedens, addit S. Patrem *Ave Maria* orandum suis commendasse ex hac ratione, VII, 14-5:

Haec ut prima suae recolentes gaudia Matris,
Gaudia vos faciat perferre novissima Christus.

Quibus versibus Henricus recoluit devotionem tunc iam vulgatam circa Gaudia B. Mariae Virginis [2], insinuans etiam S. Franciscum eadem veneratum esse. Ast quoad hunc dictum hoc, omnibus Henrici additamentis ad *Vitam I* expensis, testimonium aestimari nequit. Sed testimonium valet quoad ipsum Henricum.

In codice enim C, plurima ipsius carmina exhibente, f. 190v reapse duo carmina brevia, alterum de quinque gaudiis, alterum de septem gaudiis B. Mariae leguntur [3].

Primum, sine auctoris nomine, inscriptum: « *Prosa de beata Virgine* » incipit: *Gaude, virgo, mater Christi,* | *que per aurem concepisti,* | *Gabriele nuntio* [4]. | *Gaude, quia, Deo plena,* | *peperisti sine pena* | *cum pudoris lilio.* | Explicit: *frui donet intercessio.* | *Amen.* Tamquam gaudia quinque memorantur annuntiatio, nativitas Domini, resurrectio, ascensio atque assumptio B. M. V. — Deinde sequitur « *Item de eadem* »; incip.: *Gaude, virgo, que de celis,* | *iuxta vocem Gabrielis, concepisti filium* [5]. Hic recoluntur septem gaudia, id est ultra praefata, Epiphania et Pentecostes [6]; explicit: *tecum gaudeamus* | *in terra viventium.* | *Amen.*

Henricus ergo suiipsius carmina [7] de B. Virgine hic recoluit in *Legenda* S. Francisci. Immo, quamvis in hoc loco *Vitae I,* n. 45, B. Maria Virgo nullo verbo recolatur, orandi exhortationem a S. Francisci inceptam fuisse refert, VIII, 4-8, monendo Fratres suos,

---

(1) Cf. Luc. 1, 28-9, 41. — Quae orandi formula seu *Salutatio angelica* ex Evangelio sumpta, dimidia ut ita dicam pars formulae modernae, iam saeculo XII communissima erat. Cf. St. Beissel, *Geschichte der Verehrung Marias... während des Mittelalters,* Freiburg i. B. 1909, 206, 228 ff.

(2) Beissel, l. c. 212 ff. Gaudia numeris variabant: 5, 7, 10, etc.

(3) Eorumdem tenorem Rev. A. C. Moule perhumane nobis exscripsit, pro quo debitas habeto gratias. — In eodem cod. C continetur etiam carmen, in lingua Anglo-Normanna, *Les IX joies Nostre Dame,* f. 45r-6v: probabilius ipsius Henrici; cf. Russell, 47, nota 5.

(4) Tali stropha, plura carmina alia de V, alia de VII gaudiis B. Mariae incipiunt; cf. Chevalier, *Repert. hymnol.* 7013-9, 27204-10, 37592. *Analecta hymnica,* 15, 96-7; 24, 57; 31, 176, 180; 42, 82-3; 46, 134. — Forma in quibusdam tantum similis recurrit in *Corona B. Mariae Virginis,* inter dubia S. Bonaventurae *Opera,* VIII (1898), 677-8.

(5) Cf. Chevalier, 7026.

(6) Textus idem fere est, quem edd. Mone, *Hymni lat. medii aevi,* II (1854), 164; Kehrein, *Lat. Sequenzen,* Mainz 1873, 187, si strophis IV et V duas alias inferius in C scriptas sive retractatas suffeceris.

(7) Allusio Henrici in *Legenda versif.* authentiam duorum fatorum carminum aliquomodo confirmat.

« supernorum patrociniis » orationem quamlibet fulciendam esse. Ideo Sanctus tunc addidisset: « ... *immo mediatrix Virgo beata | ad Christum, Christus ad Patrem sit mediator* ». — Quoniam etiam idea intercessionis S. Mariae iam diu tunc vulgatissima erat, elucet Henricum hic (1) quoad *Ave Maria* et quoad *Gaudia* S. Mariae novas quasdem inseruisse res probatissimas. Ast insertionem peregit e proprio penu hauriens, uti quoad *Gaudia* B. Mariae evidens est. Hinc auctoritate vere historica, quoad S. Franciscum, is qui hic quoque carmen suum mere exornavit, gaudere nequit.

23. Fr. Riccerius, caeterum humilis valde, timebat, « ne S. Franciscus eum occulto aliquo iudicio abhorreret, et sic » e dilectione sua speciali secluderet; I Cel. 49. Haec ultra rem auctoremque suum ita adauxit poëta, VII, 69-73: « *Attendens frater Richerus* (2), *quod neque fati | consilium, nec mentis eum secreta laterent, | excessus recolendo suos, quos et eum conscire timet* ». — Ita poëta facinora a Riccerio olim acta insinuat gratuite et ingrate valde, quae quo secretiora erant, eo magis Henricum latebant.

24. Iuxta Henricum, VII, 79-95, « Frater Antonius » in capitulo ad Fratres sermonem habens cernit S. Franciscum absentem. Revera Sanctus non Antonio tunc apparuit, sed Fr. Monaldo cuius nomen poëta penitus neglexit, sicque falsum cecinit, contra I Cel. 48.

Quoniam voces « *frater* | *Antonius* » a poëta e fonte suo assumptae sunt, licet metro suo adiectivum *sanctus* optime collimavisset, nihil ex hoc loco circa tempus quo *Legenda* versificata sit, colligi potest. S. Antonius Patavii mortuus 13 iunii 1231, canonizatus est iam 30 maii 1232 (3). Quoad sciatur, Henricus an. 1232 primum in Italiam venit (4). Postillator in A in rubrica scripsit hic: « *sancto Antonio* ».

25. Aliquando Sanctus aegrotus pullorum carnem gustaverat, cuius esus perquam liciti dein pertaesus, per Assisii vicos qua glutonem fune trahi ac improbrari se fecit; I Cel. 52. Cives tali visu compuncti recolebant suam 'vitam que tota versatur in luxuriis et ebrietatibus'. Poëta vero eos exclamare facit, VII, 105-11: « *Quid ergo | fiet de nobis qui sanguine vescimur omni | tempore nec cupimus praeter terrena?* ».

Fortassis docte sed ineptius ipse reminiscebatur Gen. 9, 4; Lev. 3, 17 atque Act. 15, 20, ubi de vetito sanguinis esu. Sane Henricus

(1) Cf. S. Francisci *Opuscula*, 121, 123, 127 ss. — *De S. P. Francisci cultu angelorum et sanctorum* egit Will. Lampen, AFH XX, 3-23. — Cf. I Cel. 21, 106; II Cel. 18-9, 198-200.

(2) Tale nomen posuit, minus, ut opinor, iuxta patriae morem, quam quod metro aptius fuerit. Nam *us* positione sua producitur. Cum ergo dactylus effici nequiret, sublato *i*, spondeus effectus est.

(3) Cf. AFH XXI, 480-1. — Cf. supra, 29. (4) Cf. 4.

auctorem fontemve suum, rectius: Assisienses, non intendebat hic corrigere, iuxta ea quae forsitan Assisii sibi narrari audivisset.

26. De S. Francisco ad « *Parthos* » perrecturo canens, contentiones civiles et religiosas tunc in Italia partium studiis divisa, non sine intemperantia, sed e proprio suo sumens, tangit, VII, 150-71.

Inter alia haec interserit: « *Fidei doctore diserto | plus Italus quam Parthus eget ... Fallacia Parthum | unica seducit, Italum non una sed omnis. | Parthus ab antiquo susceptum schisma tuetur* (¹) | ... | *Unius haereseos inventae tutor habetur | Parthus* (²), *adinventor Italus triginta duorum* ». — Quem numerum unde Henricus suxerit, nisi e sua imaginatione atque ex sui hexametri necessitate, prorsus non apparet. Alia quae Henricus ibidem contra Italos tunc factionibus divisos, quorum plures modo partes imperii, modo partes Ecclesiae tenebant, profert, ex inspectis chronologis plurimis saeculi XIII, veritate non carere apparent. Caeterum loci communes sunt.

27. Lepusculum apud Graecium (sive Grecium) cicuritum canens, apparenter docte addit: « *castrum cui Graecia nomen | imposuit* », etymologiam plene arbitrariam adinveniens. Dein lepusculo capto Sanctum illud monitum dantem facit, quod revera piscibus, aliis verbis dabat: « *Propria te reddat nunc experientia cautum* ». Demum fontem non corrigens, sed pro lubito immutans, de lepusculo illo qui, Sancto iubente, tandem in proximam silvam a Fratribus delatus est, cecinit e contrario: « *serviturusque iubenti | Francisco mavult regredi quam liber abire* ». Videsis comparando I Cel. 60-1 et *Leg. versif.* IX, 26-42.

28. Chorda S. Francisci in aqua intincta, « vel ex pilis ipsius [chordae] aliquid commiscens in ea » Gualfreduccius viros et mulieres sanasse narratur in I Cel. 64. Viris omissis, poëta, pedis metrici ratione diminutivo etiam demisso, Galfridum hunc dixit et solas mulieres sanatas esse panxit, sed chordae super eas impositae attactu; IX, 94-9: « *Saepe superponens illum* [scil. funem] *mulieribus, ampla | impendebat eis solo solatia tactu* ».

29. Rogitantibus multis, Sanctus precibus devictus, sed invitus, apud S. Geminum mulierem energumenam sanavit, vocans « tres fratres ad se, qui erant cum eo, et in singulis domus (³) illius angulis singulum fratrem constituens », quos secum angulum quar-

(¹) His sensum suum explicat. Henricus, uti plurimi eo aevo et diu adhuc postea, autumabat Mahumetem aliquando christianum Nestorianum exstitisse, itaque schismaticum fuisse. Cf. auctores in AF X, ad hunc locum citatos et v. gr. Fidentium Paduanum, O. F. M., ap. Golubovich, *Biblioteca*, II, 16-7.

(²) Dictio haec, nescio utrum levior an falsior, intelligenda est e subiectis in nota 1. Iam vidimus Abrincensem doctrinae Saracenorum plane ignarum fuisse; supra, 38, nota 1.

(³) Opinamur hic *domum* sumi pro *conclavi*.

tum occupante orare admonuit. Dein daemon a Sancto exire iussus, velocissime abscessit; I Cel. 69. — Dispositionem illam Fratrum suo modo sed, ut putamus, omnino apto, ita explicando hexametris Henricus tradit, IX, 128-32:

Tresque vocans Fratres: « Nullus vacet angulus », inquit,
« Unum quisque trium teneat, quartumque tenebo;
Sitque figura quasi contradictoria, quae nos
In cruce disponat, ne spiritus iste malignus
Confidat se posse manus evadere nostras ».

Crucis ergo signum a Fratribus Sanctoque ita dispositis effectum est, cuius virtute quodammodo coniuraretur et coërceretur diabolus; « *ne* », uti apud Celanensem dixit Sanctus: « *spiritus iste malignus nos fugere aut decipere valeat, quaerens diverticula angulorum* (1) ».

Poëtam laudamus quod, aevi sui morum gnarus, explicationem quamdam suam hic nobis obtulerit, licet haec non plene sensum monitionis illius S. Francisci de angulis occupandis attingere videatur. — Verbis « *figura quasi contradictoria* » simul ad illam figuram rhetoricam allusisse videtur, quae a litterae X forma Xiasmus (seu Chiasmus) dici solet.

30. Etiam poëtae nostro habilissimo difficultates facessere debebat descriptio « hominis interioris et exterioris » Francisci in *Vita I*, 83. Attamen, inverso ordine, versibus fluidis 'utrumque hominem' depinxit Henricus, XI, 46-79, in pluribus particularibus adiunctis libertate sua poëtica licentius usus. Quae singula in adnotationibus apud AF X quilibet inveniet, cui id libuerit.

« *Erectum sphericumque caput, subvecta brevisque | auris, defossa sinuosaque tempora* » erant iuxta Henricum, sic vertentem Celanensis locum: « *caput mediocre ac rotundum ... aures erectae, sed parvae ... tempora plana* ». Tempora seu timpora alia hic describuntur. Absit ergo, ut aliquispiam iuxta Henrici versus effigiem S. Francisci apud Celanensem alicubi corrigere vel emendare moliatur!

Opponere licet etiam haec. Celanensis: « *facies utcumque oblonga et protensa* »: Henricus, XI, 56-7: « *iucunda placensque | effigies* »; quod dictum in hoc casu nihil dicit nec depingit. — Cel.: « *collum subtile* »; Henricus, 60-1: « *laxis guttura fibris | marcida* ». — Cel.: « *humeri recti* »; Henricus: « *subvectis humeri cervicibus altis* ». — De genis in I Cel. nihil; apud Henricum leguntur, 58: « *exhaustae tenuesque genae* ». Quod induxit fortasse ex I Cel. 83, 19: « *caro paucissima* », vel potius e macie plerumque videnda in viris mortificatis. In Celanensi « *dentes coniuncti* » notantur; in Henrico: « *coniuncti niveique sedent ex ordine dentes* ». Epitheton « *niveique* » e suo Ovidio, *Heroid.* XVIII, 18, invexit.

Utraque descriptione versibus concinnata, Henricus eiusdem necessitatem utilitatemque edisserit, XI, 80-6, quamquam Celanensis talia proferre inutile duxerit. Hac ergo « brevi ... versu » completa, poëta addit:

(1) Dictum hoc cohaerere videtur cum Prov. 7, 8, 12.

Qualem Franciscum recolam vel imaginer in se
Continet expressum mentique relinquit idéas
Partim consimiles, etsi non prorsus easdem.

Confessio ultimo in hoc versu contenta, quo probior est et in se laudabilior, eo verior est in re, ideoque improbatior, quia poëta hoc in loco ultra multas quas vidimus licentias, omissionum quoque plurium obnoxius est, quas *Vitam I* legentes facile animadvertent.

31. Sacra stigmata recepta breviter ac sobrie narrat, XII, 37-62, absque ulla incitatione poëtica, caeterum in his I Cel. 94-5 secutus. Contra hunc qui biennio ante mortem Sanctum haec insignia recepisse dixit (I Cel. 94, 4), Henricus stigmatizationem ponit, cum Sancto iam 'instarent' « *novissima vitae tempora* », XII, 13. Attamen sic ex arbitrio proprio et contra fontem suum dicens, ea tacitus correxit (quin talis intentio adforet) quae in Prologo levior inaccuratiorque cecinerat: « *qui solus stigmata ... vivens in mente latenter | et moriens in carne palam, Francisce, tulisti* »; I. 16-8.

Ecquid, instabit forsitan aliquis, tales ob minutias eritne poëta obiurgandus? Minime quidem, respondemus, quippe qui partes suas egit. Verum improbandus videtur is, qui muneris poëtici oblitus, e quibusdam in ipso repertis adiunctis libertatem poëticam pro fide venditare vellet historica. Transeant incastigatae minutiae mox tactae; res maiores paulo superius expositae vituperationis indignae certo non sunt, ni dicas licentias quaslibet vatum etiam facta historica tractantium immunes esse, atque concedas ideo poëtas auctoritate historica carere, quia fidem neque factorum neque adiunctorum adstruant.

---

32. Eiusdem generis, dummodo recte considerentur innocui, aestimari possunt libertates quibus in numeris ponendis poëta indulgere maluit.

Quia, ait ex sese Henricus, X, 116-9, S. Franciscus pietate erga bruta movebatur « *quoties animal vidit miserabile* », « exemplum referam *de millibus unum* », nempe narratum in *Vita I*, 79. Qui numerus revera poësim sonoram sonat, licet verum longissime superiaciat. Nam Henricus huius speciei ea sola noscebat, quae apud Fr. Thomam legerat. Haec omnia versificavit, esto quod relata in I Cel. 65-7, quia similia, in paucos versus suos, IX, 100-7, contraxit.

Eadem vatum licentia fruens, de navi e Dalmatia Anconam redeunte cantat: « *videbatur leucas peragrasse ducentas* », cum (evidenter in Mari Adriatico) turbine stridenti ventorum frementium conquateretur. — Mox inferius, VIII, 59, « *tredecim sportas* » Evangelii non recoluit, sed e duodecim largus auxit, pedis metrici necessitate adactus (1).

(1) Cf. supra, 37, nota 3.

Tenorem sermonis a S. Francisco coram Papa Cardinalibusque recitati (I Cel. 72), praeter Thomam pluribus thematibus adornavit, IX, 171-98. Franciscus, ait, tunc etiam: « *unam | de mediis texit vigintiquatuor artem* ». Quem artium numerum nullibi reperire datum est. Has inter 24 artes, de quibus S. Pater neque tunc neque uspiam praedicando, ut existimamus, disseruit, fuisset certo etiam ars poëtica, Francisco minime ignota. Haec ergo pangens, vates aliquantulum oblitus erat eorum quae in l. V, 54-5, non pleno, ut opinamur, iure cecinerat de Sancto: « *Res licet ignotae sint illi fons Pegasaeus, | Parnassusque biceps, summo fit dogmate summus* | »[1]. — De « 32 haeresibus » Italorum v. 49, num. **26.**

33. Aliae res minutiores a vate non correcte dictae cantataeve hae sunt, ut aliqua exempla colligamus.

Cum, ait, Sanctus iam transiturus ad supera, Fratribus benedicere vellet, XIII, 81: « *circa se convocat omnes* » Fratres. Ubi in I Cel. 108 legis: « *vocatis ad se Fratribus quos volebat* ».

Postquam S. Franciscus avibus praedicavit, medius per easdem ibat, quas « *et immotas attrectarique ferentes* | *prolixae gaudet tunicae contingere limbo* »; VIII, 222-3. Ubi adiectivum « prolixae » Sancti tunicae meliore et pulchriore metro quam veriore appositione applicatur.

In Marchia S. Pater duos agnos balantes, dato mantello, emit a viro quodam, cui « *praecepit* », ne illos venderet, neve eis noceret; I Cel. 79. Multo sollemnius haec Henricus expressit: « *lege statuta* | *et iuramento intervenientibus, ut de* | *compedibus vinctos edúcat et éducet agnos* »; X, 137-8.

Anno 1226 Sanctus iam gravissime aegrotans Senis morabatur « *pro infirmitate oculorum curanda* », ait sine ullo fuco, medicum supponens sed non exprimens, Celanensis. Sed audi vatem canentem ac ludentem circa medicum, XIII, 33-4: « *qui laesis solitus oculis succurrere prudens* | *urbanusque senex habitabat in urbe Senensi* ». | Medicus ergo a poëta paronomasia audaciore duplici « *urbanusque senex* » dicitur, quia « *in urbe Senensi* » erat! — In VI, 143-55, de Ordinis initiis agens iuxta I Cel. 36-7, ubi dicitur: « Ceperunt multi ad S. Franciscum accedere », Henricus ita rem nimium auxit: « *Ordo* | *crescit in immensum* ». — Qua occasione Abrincensi in mentem revocare lubet illud sui Ovidii distichon: « *Exit in immensum fecunda licentia vatum:* | *Obligat historica nec sua verba fide* »; v. *Amor.* III, XII, 41-2.

34. Quae fides historica laesa est compluribus temporis adiunctis, in quibus Abrincensis facta sua posuit, eadem inter se transitionibus arbitrariis colligando.

Praedicationem aviculis « *iuxta Bevanium* » factam, in *Vita I,* 59, subsequitur altera ad hirundines Albiani habita « *die quadam* ».

---

[1] Nam S. Franciscus poëta erat, licet Henricus hoc plene ignoraverit; cf. dicta supra, 45, num. **18.**

Hanc vates cum praecedenti isto stricto nexu coniunxit: « *Propositum pedes explet iter, quam meta diaetae | excipit Albianum* »; IX, 5-25. Dictum « *meta diaetae* », id est: finis itineris unius diei, soli poëtae debetur, praedicationem utramque connectenti, quin cognitionem topographicam Umbriae prodat, ut ex statim secuturis elucet. — Poëta prosequitur, IX, 26: « *Inde petens aliud castrum cui Graecia nomen* ». Sed in I Cel. 60, Sanctus hoc adivit « *tempore quodam* ». Inferimus proin nexum inter Albianum et Graecium a vate inductum ostendere hunc topographiae Umbriae ignarum fuisse. — Prosequitur dein: « *Accidit inde fide maius* », IX, 47, de pisce iuxta S. Patrem in undis ludente (I Cel. 61), atque statim vinum in S. Urbani eremo subnectit ita, IX, 65: « *Inde recedentem gravis infestatio morbi | Franciscum cogit decumbere* ». Utrumque factum Fr. Thomas accidisse similiter notaverat « *tempore quodam* ».

Omnibus ergo rite pensitatis, liquet Henricum Abrincensem in *Legenda versificata* S. Francisci non solum facta nova non addidisse *Vitae I,* sed etiam factorum adiuncta nova, fida ac certa nullibi (¹) in carmine suo memoriae prodidisse, quippe qui haec non ad historiae fidem narravit, sed poëtarum more exornavit atque versibus suis canoris est prosecutus (²).

P. Michael Bihl, O. F. M.

(¹) Excipe nomina situsque locorum circa Nilum; v. supra, 140.

(²) Recte ergo dixit P. Grosjean, ap. AB 43, 99: « nimiam hucusque fidem Vitae metricae S. Francisci esse habitam ». Iudicium proximum vero tulerat A. G. Little, *A guide*, 12: « *Apart from classical allusions it follows I Cel. closely, but contains some new statements, based perhaps on oral tradition* ». Ne huius quidem traditionis oralis intererat poëtae, dum unice *Vitam I* numeris adstringebat.



DOCUMENTA

L'ORDINATION SACERDOTALE

DU Bx. JEAN DUNS SCOT

Document du 17 mars 1291 (a)

Duns Scot a été prêtre dignement selon l'idéal de sainteté sacerdotale qu'il a tracé ([1]), au point que la première épitaphe inscrite sur son tombeau à Cologne porte ces mots: *Dux fuit hic cleri* ([2]). Ses écrits sont imprégnés d'une dévotion solide envers l'Eucharistie. Dans une page souvent citée, il voit la vie de l'Eglise toute orientée vers le Sacrement de l'autel ([3]). Plus encore que les maîtres franciscains antérieurs, Alexandre de Halès et S. Bonaventure, il s'applique à pénétrer la métaphysique de l'Eucharistie; c'est à lui surtout que le Moyen Age doit sa conception la plus élaborée des fruits du sacrifice de la Messe ([4]). A ce titre Duns Scot est vraiment le disciple de François d'Assise dont l'histoire sait la révérence pour le Corps du Christ ([5]); il continue aussi S. Bonaventure dont les ardeurs séra-

(a) SUMMARIUM. — E regestis Oliveri Sutton, episcopi Lincolniensis, editur integer elenchus omnium ab eodem ordinatorum die 17 martii 1291, quo ordines sacros celebravit in ecclesia S. Andreae O. S. B., Northamptoniae. Inter « presbyteros religiosos » ibi ordinatos comparet: « *Fr. Iohannes Dons* », cum aliis quatuor Fratribus Minoribus. Inter subdiaconos tres alii Fratres Minores tunc ordinati sunt, itemque tres inter diaconos. Quoniam in causa est B. Iohannes Duns Scotus, cuius vitae factum sic quoad diem accurate stabilitur, visum est integrum documentum hic in lucem proferre.

[NOTA DIRECTIONIS].

([1]) *Ox.* 4, d. 33, q. 2, n. 4 (*Opera*, XIX, 377); *Ox.* 4, d. 37, q. 1, n. 4 (XIX, 474).

([2]) Cf. Wadding, *Annales Min.*, 1308, n. 35 (VI², 117).

([3]) *Ox.* 4, d. 8, q. 1, n. 3 (XVII, 7-8); *R. P.* 4, d. 8, q. 1, n. 3 (XXIV, 10).

([4]) *Quodlib.* q. 20 (XXVI, 298-331). La doctrine de D. Scot a inspiré profondément W. Woodford, O. F. M., dans son grand traité contre Wyclef, *De sacramento Eucharistie*, q. 69; au British Museum, Ms. Harley *42*, f.° 78r-84v.

([5]) S. Francisci *Opuscula*, Ad Cl. Aquas 1904, 22-3, 78, 91, 100-5, 112, 113-4.

phiques ont inspiré le *Sermo de Corpore Christi* (1), le traité le plus complet de la mystique eucharistique qu'ait donné le XIIIe siècle. Ce qui est non moins important, Duns Scot n'a pas oublié les serments de son sacerdoce. Mis dans l'alternative de choisir entre le S. Siège et Philippe le Bel, alors que l'immense majorité du clergé de France et même des religieux de nationalité étrangère signaient en masse des actes d'appel schismatique contre la Papauté, il est demeuré fidèle et pour ce motif il a souffert la rigueur des lois et la proscription (2).

Prêtre, Duns Scot l'a été dix-sept ans. Le fait est maintenant acquis. Le Docteur Marial en effet a été ordonné à Northampton (3), le 17 mars 1291 (4) par Olivier Sutton, évêque de Lincoln (5). La cérémonie d'ordination eut lieu au prieuré de S. André de l'Ordre de Cluny (6). L'acte officiel, publié ci-dessous, se trouve dans le Registre d'Olivier Sutton (1280-1299), rédigé par son secretaire, Jean de Schalby, et conservé aujourd'hui à l'Alnwick Tower de l'Old Palace à Lincoln, avec les registres analogues d'Hughes de Wells, de Robert Grossetête et de Richard de Gravesend, les prédécesseurs d'Olivier Sutton.

Le Registre épiscopal d'Ol. Sutton, f.o 367r-413v, ne donne pas la liste complète des ordinations faites par lui durant son épiscopat, 1280-1299: il ne commence qu'en 1290. Dans les trois ordinations faites par l'évêque de Lincoln, le 27 mai 1290 à Hertford, le 23 sept. 1290 à l'église de Léonard près de Stamford et le 23 déc. 1290 à Wycumbe, le nom de Duns Scot n'apparaît pas; la date et l'endroit de sa promotion aux autres ordres restent donc à fixer.

Olivier Sutton repose aujourd'hui à la cathédrale de Lincoln dans ce « chœur des Anges » qu'il a en grande partie construit en l'honneur

(1) *Opera omnia*, Quaracchi 1896, V, 553-74.

(2) E. Longpré, *Le B. Jean Duns Scot: Pour le Saint Siège et contre le gallicanisme*, dans la *France Franciscaine*, Paris 1928, XI, 137-162. Voir AFH XXI, 418-9.

(3) Sur le couvent des Franciscains de Northampton, voir M. Serjeantson, *A history of the six houses of Friars in Northampton*, Northampton 1911, 1-25 (publié d'abord dans *The Northamptonshire Natural Hist. Society and Field Club*, 1910, XV, 280ss.). En 1258, lorsque l'Université d'Oxford se retira à Northampton, les Franciscains y bâtirent une école importante. M. Serjeantson, l. c.; A. G. Little, *The Grey Friars in Oxford*, Oxford 1891, 64, n. 5.

(4) A cette époque l'année commençait, en Angleterre, avec le 25 mars (*mos Anglicanus, stilus Annuntiationis*); A. Giry, *Manuel de diplomatique*, Paris 1894. 108. 124-5. — Cf. p. 56.

(5) G. Parry, *Medieval bishops of Lincoln. Oliver Sutton 1280-1299*, dans *The Lincoln Diocesan Magazine*, Lincoln 1887, n.o 13, 4-6; n.o 14, 21-4.

3. Item quod in electione discreti predicti servetur constitutio Farinerii, videlicet quod Guardianus teneat Capitulum cum inquiritur de factis patris Provincie (2). Postea Guardianus alium constituens qui loco sui teneat Capitulum, exeat de Capitulo et querat[ur] publice de eius defectibus (3). Et nihil portetur ad Capitulum Provincie quod non sit [*166 v*] approbatum a maiori parte Capituli loci (4).

4. Item quod de defectibus publicis ad Capitulum mittendis et aliis huiusmodi servetur Constitutio Farinerii, videlicet quod ea que fuerint importantie, ferantur in scriptis de consensu maioris partis fratrum loci (5), hoc modo prout determinatum est in Capitulo Papie anno 1482 (6); intelligatur verum, quod non portetur nomine Capituli nisi probatum a maiori parte ut supra. Videlicet si quis vult mittere aliquid nomine proprio mittat libere, vel in voce commitendo discreto id quod vult. Si quis aliquid falsum scienter et dolose miserit vel correptum publice, puniatur acriter, sicut ille de quo dixit veniret puniendus (7). De secretis vero si mere essent preiudicativa, scribat Vicario eligendo soli. Si non reserventur Vicario, publicanda [sunt] in visitatione.

5. Item quod omnes professi colocati per P. Vicarium in aliquo loco admittantur ad vocem activam et passivam ad electionem discreti quantumcumque per modicum tempus ibi steterint (8).

6. Item quod die sabbati electo Vicario, post prandium examinentur discreti locorum, ut scriptis que proponuntur postea melius possint proponenda proponi.

III. — De monialibus 3ii Ordinis.

1. Primo quod confessiones fratrum et sororum 3ii Ordinis solum audiantur in solemnitatibus Nativitatis Domini, Resurrectionis, Pentecosten, Adventus et Quadragesime, Assumptionis Domine et beati Francisci (9).

---

(1) *Tusc.* 162, 44; 165, 9; *Tusc.*2 (1456), 2; (1458), 2; (1467), 3-4; cf. etiam (1482), 1, 3; (1506), 2.

(2) *Farin.* Chrl. 82a; Gub. 69b; BF 652b. *Narb.* Ehrle, 130; *Op.* 461 b. *Tusc.* 161, 17; *Tusc.*2 (1461), 2-4.

(3) *Farin.* l. c. *Tusc.* 161, 18; 165, 4. *Tusc.*2 (1461), 6.

(4) *Farin.* ib. *Tusc.* 161, 21; 164-5, 3. *Tusc.*2 (1461), 9.

(5) *Farin.* l. c.

(6) Agitur de Capitulo provinciali, cuius statuta nos latent. Conventus Papiae pro Observantibus erectus est an. 1421; Wadding, X, 53-4, n. 12; Gonzaga, 335. Cf. infra, num. 8 et Capitula Papiae celebrata.

(7) *Assis.* 296, 18; 510, 13. *Tusc.* 165, 8. *Tusc.*2 (1461), 4.

(8) *Narb.* Ehrle, 129; *Op.* 461a-b. *Assis.* 518, 3. *Farin.* Chrl. 82a: Gub. 69 b; BF 652b. *Capist.* Chrl. 103a; Gub. 96a; *Tusc.* 165, 5. *Cap. Mant. 1467,* Chrl. 136a et AFH 105.

(9) Bon. (1460), 7. ubi: « sex vicibus possint audiri confessiones illorum tertii Ordinis et bizocharum ». *Tusc.*2 (1503), 3: semel in mense. — De Ter-

2. Item quod mulieres 3ii Ordinis non possint absolvi nisi a suis Visitatoribus vel de licentia eorumdem. Alias absolutio sit nulla. Et predicte sorores vel dismise (1) que confitentur aliis sacerdotibus seu quibuscumque aliis religiosis, nisi in casu necessitatis extreme, de cetero nullo modo audiantur a fratribus in confessione, sed in totum expellantur a cura nostra.

3. Item quod sorores 3ii Ordinis Morani et Iridini audiantur ter in anno, scilicet in Pascate, Nativitate Domini et Assumptione Domine. Et ille Morani in terra Casalis; similiter ille Iridini. Alias habeant patientiam.

4. Item non recipiantur munuscula a monialibus et nullus loquatur cum ipsis, nec dent eis aliquid ad laborandum (2).

5. [*167 r*] Item quod di[s]misse confiteantur Guardiano loci vel alteri confessori de mandato Guardiani, nec possint mutare confessorem sine eiusdem Guardiani licentia.

6. Item quod mulieres 3ii Ordinis in congregatione viventes non admittant servitrices, nec di[s]missas, nec quascumque alias in domo sine Capituli provincialis assensu.

7. Item quod mulieres 3ii Ordinis vestite a Conventualibus recipiantur vel non, ad arbitrium Ministri et Guardiani illius loci pro tempore existentium con consensu congregationis 3ii Ordinis.

8. Item ordinatum est in Capitulo Papie (3) in presentia R. P. Vicarii Generalis Fr. Petri de Neapoli (4) de consensu totius Capituli quod nemo fratrum tam prelatorum quam subditorum quorumcumque consentiat alicui congregationi sororum 3ii Ordinis directe vel indirecte sub poena privationis actuum legitimorum quam incurrat ipso facto et quod etiam Capitulum provinciale nulli tali congregationi fiende licentiam concedere possit (5) sine expressa licentia R. P. Vicarii Generalis et quod si alique presumpserint se congregare qualitercumque, ipso facto dimittatur earum cura et nullus fratrum possit earum audire confessiones sub pena predicte privationis quam incurrat ipso facto.

9. Item quod illa congregatio Novarum et Sallarum et ... [*vacat*] extingui permittatur, nec Capitulum provinciale possit licentiam dare recipiendi aliquam. Et quod si aliquam receperint, ipso facto dimittatur earum cura, nec aliquis possit eas in confessione audire sub pena predicta quam ipso facto incurrant. Nec Capitulum provinciale possit li-

---

tiariis Ianuensibus saec. XIV-XVI quaedam notata et edita sunt a Dom. Cambiaso, *S. Francesco e il Terz' Ordine in Genova e in Liguria*, II ediz., Genova 1916, 55sgg., 232sgg.

(1) Id est: Sorores humiles; haec vox etiam ap. *Bon.* occurrit, 50, 55, 66. Sunt mulieres devotae in saeculo viventes.

(2) *Capist.* Chrl. 109a-b; Gub. 103b. *Cap. Neapol. 1475,* Chrl. 139a-b; Gub. 123b. *Tusc.* 174, 4; *Tusc.*2 (1508), 4.

(3) Hic agitur de quodam Capitulo provinciali.

(4) Vicarius generalis exstitit 1475-78 et 1481-84.

(5) *Cap. Romae 1446,* Chrl. 115a. *Bon.* (1460), 7.

centiam dare, ut aliqua recipiatur; et quod quicumque prelatus vel subditus consensum dederit, ut aliquam recipiant, ipso facto actibus legitimis sit privatus et idem de omnibus preterquam de illa Cunei, Iridini, Casalis et Clavari.

10. Item prohibetur sub prefacta pena omnibus fratribus ne aliquis ad earum domum vadat (1), vel eas aut aliquam earum ad domum alterius advocet ad coloquendam, nisi causa infirmitatis vel alterius necessitatis (2) ex qua earum Visitator con socio maturo per Guardianum assignando vel si ipse Guardianus est Visitator cum socio assignando sibi per suos discretos solummodo accedere possit (3).

11. Item quod nulla recipiatur mulier ad 3m Ordinem (4) nisi prius proponatur congregationi [*167 v*] illorum 3ii Ordinis. Quibus consentientibus, postea proponatur fratribus in Capitulo provinciali, nec etiam pater Vicarius possit viros recipere ad 3m Ordinem nisi primum proponatur dicte congregationi.

IV. — De Guardianis.

1. Primo quod offitium Guardiani non extendatur ultra biennium in eodem loco et ultra triennium continuum non extendatur (5).

2. Item quod Guardiani quantum possibile est, non recedant de locis suis sed vitent superfluos discursus, maxime con (*sic*) possunt per alios fratres exteriora negotia expedire.

3. Item quod Guardiani cum discreto electo et duobus fratribus inquirant debita loci et in scriptis ad Capitulum portent (6).

4. Item quod Guardiani non possint promovere subditos ad ordines quando habent licentiam a Vicario in generali, nisi de consilio discretorum et asensu maioris partis.

5. Item quod Guardiani faciant registrum librorum suorum (7) et non concedant aliquos in Ordine vel extra nisi faciant scriptum vel notam et (8) hoc cum consilio discretorum (9) et in fine cuiuslibet libri scribatur: Iste liber est talis loci.

6. Item quod omnes Guardiani per obedientiam teneantur mittere libros locorum ad propria loca sub pena unius discipline (10).

---

(1) *Capist.* Chrl. 108 b; Gub. 103 b. *Aux.* 10 et 25. *Tusc.*2 (1466), 3; (1482), 8; (1499), 5; 1503, 1-7.

(2) *Capist.* ibid. *Bon.* 6.

(3) *Capist.* Chrl. 109 a; Gub. 103 b. *Tusc.* 172, 5.

(4) *Aux.* 39. *Cap. Mant. 1467,* ap. AFH 104. Cf. *Tusc.*2 (1482), 10; (1505), 1. *Bon.* (1511), 129.

(5) *Bon.* (1460), 7. *Tusc.* 166, 14; *Tusc.*2 (1482), 2; (1492), 10.

(6) *Narb.* Ehrle, 94; *Op.* 452 b. *Assis.* 280, 5. *Farin.* Chrl. 67 b; Gub. 52 b. *Bon.* (1497), 101-2; (1507), 168; *Tusc.* (1457), 159, 9; 210, 1. *Tusc.*2 (1457), 9.

(7) *Benedicti* c. 12; Chrl. 53 b; Gub. 36 a; BF 33 b.

(8) Cod. *ut.*

(9) *Tusc.* 171, 2; *Tusc.*2 (1456), 4-6; (1458), 5-6. Cf. *Aux.* 18-21.

(10) *Tusc.* ibid. 3; *Tusc.*2 ibid.

7. Item quod Guardiani assignent predicatoribus et confessoribus socios prudentes et exemplares.

8. Item quod Guardiani audiant novicios suos ad minus semel in mense.

9. Item quod Guardiani fratrum qui mittuntur ad balnea, portari faciant ducatum unum pro quolibet absque medicinis.

10. Item quod Guardiani debeant vestire fratres ad loca eorum inhabitanda destinatos, quando a primo loco moventur et mittuntur ad eos, ante vel citra festum sancti Luce. Si vero removentur post dictum festum, Guardiani locorum a quibus fratres ipsi removentur teneantur dictos fratres induere sic removendos et similiter si removerentur infirmi, Guardiani a quibus fratres infirmi removentur illos induere debent, etiam si levarentur ante dictum festum (¹).

11. Item quod Guardiani non sint magistri noviciorum vel professorum usque ad triennium [*168r*] sed provideatur eis de magistro idoneo et devoto (²).

12. Item quod Guardiani locorum teneantur aptare gratusias in confessoriis cum tellis bonis et undique clavatis.

V. — De predicatoribus et confessoribus.

1. Primo quod confessores non audiant confessiones secularium in cellis ubi evitari poterit bono modo, nec confessiones mulierum in cameris secularium, nisi ratione infirmitatis (³).

2. Item servetur constitutio Farinerii circa confessiones audiendas videlicet quod nullus frater pro confessione audienda sive quacumque alia causa iuxta mulierem stet vel sedeat, nisi ipse et eius socius possint mutuo se videre, et caveant a prolixijs coloquiis mulierum; et quicumque culpabilis fuerit a sociis acusetur (⁴).

3. Item quod predicatores non predicent in claustro vel viridiario locorum nostrorum (⁵).

4. Item quod recusantes audire confessiones confessorum fratrum, totiens quotiens recusaverint, irremissibiliter teneantur unaquaque vice ieiunare in pane et aqua, nisi sciant allegare causam quare non teneantur. Idem etiam servetur circa recusantes audientiam confessionum fratrum cum Guardianus eis imponit.

5. Item quod quilibet habeat suum confessorem de conscientia guar-

---

(¹) Cf. infra, Cap. Cherii, 1491, 2; Cap. S. Mauritii, 1510, 4; Ordinata per Francisc. Lichetum, 1; Cap. S. Mauritii, 1521, 1.

(²) *Narb.* Ehrle, 89; *Op.* 450-1. *Assis.* 278. *Apul.* 101, 15. *Tusc.* 168, 3. Cf. *Tusc.*² (1482), 14; (1499), 3 et *Aux.* 33.

(³) *Capist.* Chrl. 108b; Gub. 102b. *Declarationes Capist.* Chrl. 111b; Gub. 106a. *Bon.* (1482), 14-5. *Tusc.* 174, 1; *Tusc.*² (1493), 7.

(⁴) *Farin.* Chrl. 71b; Gub. 57b. *Narb.* Ehrle, 105-6; *Op.* 456a. *Assis.* 289, 5. *Capist.* ibid. Infra, Cap. S. Mauritii, 1510, 6.

(⁵) *Capist.* Chrl. 108b; Gub. 102b. Cf. *Tusc.*² (1499), 5.

diani ([1]) Quem si non inveniret, poterit alteri confiteri dummodo hoc dolose non fiat.

6. Item quod predicatores non comedant in locis nostris cum secularibus nisi cum consensu Guardiani et discretorum loci, nec etiam alii fratres comedant in locis nostris cum secularibus ubi fieri poterit sine scandalo ([2]).

7. Item quod predicatores et confessores qui tempore quadragesimali mittantur extra loca possint eligi a fratribus in discretos in locis ubi prius colocati fuerant de familia ([3]).

8. Item quod nullus confessor vel quicumque alius frater possit se intromittere de eleemosynis quibuscumque dispensandis quibuscumque personis ([4]) nisi de licentia Guardiani sui et discretorum loci, nec idem possint Guardiani sine licentia discretorum loci sub pena proprietatis.

9. Item quod fratres confessores non audiant confessiones tempore quo fratres comedant ([5]).

10. [*168v*] Item quod confessores aliquid ([6]) non procurent maxime pro secularibus sine scientia Guardiani ([7]).

11. Item quod confessores non ponantur in mensa patrum et quod non fiant eis ordinarie specialitates sed solum secundum qualitatem et necessitatem et laborem audiendi confessiones eis provideatur secundum discretionem guardiani.

12. Item ordinatum in Capitulo Novarum ([8]) a toto Capitulo nemine contradicente quod de cetero nullus confessor etiam abilitatus per P. Vicarium Provincie possit audire confessiones mulierum usque ad quinquennium completum ab eius approbatione et abilitatione, nisi per capitulum Provincie pro alicuius maturitate et ydoneitate ei fuerit specialiter concessum ([9]).

13. Item quod predicatores sive studentes non fiant exempti ab officio divino ([10]) sed tantum ab officio *Gratie*, excepto tempore quando actualiter predicant.

14. Item de cetero tempore Congregationis provincialis in primo Capitulo propona[n]tur confessores et predicatores et nihil de eis determi-

---

([1]) *Narb.* Ehrle, 100; *Op.* 454a. *Assis.* 284, 15. *Farin.* Chrl. 69a; Gub. 54b. *Capist.* Chrl. 105b; Gub. 99a.

([2]) *Narb.* Ehrle, 101; *Op.* 454b. *Assis.* 286, 7. *Farin.* Chrl. 70a; Gub. 56a. *Cap. Romae 1446*, Chrl. 115a; Gub. 108a. *Bon.* (1482), 73.

([3]) *Tusc.*[2] (1482), 4.

([4]) *Narb.* Ehrle, 92; *Op.* 452a. *Assis.* 279, 2. *Bon.* (1480), 70; 1507), 168. *Tusc.* 170, 14; *Tusc.*[2] (1456), 9; (1458), 7; (1491), 4-5; (1493), 1; (1499), 7.

([5]) *Bon.* (1460), 7; (1507), 170.

([6]) Cod. repetit *aliquid*.

([7]) Cf. *Aux.* 40.

([8]) Huius Capituli provincialis Statuta adhuc latent. De hoc conventu nihil aut parum scitur; cf. Gonzaga, 336.

([9]) *Cap. Romae 1458*, Chrl. 124a; Gub. 114b.

([10]) Cf. *Benedicti*, Chrl. 47a; Gub. 28b; BF 26b.

netur tunc, sed in ultimo Capitulo antequam legatur tabula, immediate per P. Vicarium et diffinitores (1).

VI. — De sacerdotibus, clericis et laicis.

1. Primo quod sacerdotes dicant tres missas propria[s] vel appropriatas pro quolibet fratre moriente nostre Provincie; clerici vero tria offitia mortuorum et Laici CCC Pater Noster.

2. Item non dicantur misse in domibus secularium ubi evitari poterit bono modo.

3. Item non dicantur misse super barchis vel navibus.

4. Item quod fratres venientes ad Ordinem sint comuniter sub magistro (2) usque ad triennium, et vitentur ludi et actus leves a fratribus et se alterutrum non percutiant.

5. Item quantum possibile est, evitetur dormitio iuvenum associata sive fratrum sive secularium personarum, ut omnis sinistre opinionis tollatur occasio.

6. Item quod clerici non promoveantur ad ordines nisi discant cantare et alia necessaria.

7. Item quod fratres laici nullo modo studeant (3) et Vicarius eis omnes libros, exceptis [*169r*] libris receptarum et regula [auferat], et qui sciunt aliquod officium dicant in notte sine lumine si volunt, alias imponitur eis ne dicant.

8. Item quod fratres nullo modo vigilent super infirmos sive mortuos in domibus secularium de nocte.

9. Item quod fratres tempore comunionis dicant simul culpam.

10. Item quod dicatur miraculum in sero post cenam vel disputetur de casibus.

11. Item quod Conventuales qui volunt intrare Familiam non retineantur in locis nostris sed habeant patientiam usque ad Capitulum (4).

12. Item quod fratres nostri nullo modo associentur Conventualibus in processionibus et huiusmodi, taliter quod unus frater Conventualis associetur uni ex nostris (5).

13. Item quod fratres similiter se habeant in refectorio quemadmodum in choro, et hoc quantum ad ordinem eorum uniformem.

VII. — De famulis.

1. Primo quod famuli locorum non possint licentiari a Guardianis vel aliis fratribus, nisi de consensu P. Vicarii et discretorum loci.

---

(1) Cf. infra, Cap. Papiae 1496, 4; Cap. Ast. 1509, 8.
(2) Cf. supra, c. IV, n. 11.
(3) *Regula*, II, c. 10, ap. *Opuscula*, 72.
(4) *Apul.* 13. *Bon.* (1479), 66; (1480) 69; (1482), 73-4; (1483), 76-7. *Tusc.* 167, 1.
(5) Cf. *Tusc.* 167, 18.

2. Item quod famuli locorum non hospitentur nec comedant in domibus devotorum Centali [1] et Villenove et huiusmodi sine magna necessitate, sicut etiam constitutum est pro fratribus.

3. Item quod nullus secularis et 3ii Ordinis teneat claves porte principalis, nec claustri, nec alicuius loci nostri.

4. Item quod loco Ripe [2], Alexandrie [3], Saviliani [4] concedatur famulus et mulus, similiter loco Casalis [5]. P. Vicarius precipiat omnibus famulis sub pena expulsionis quod non deferant aliquas litteras nec ambasiatas nec res aliquas fratribus nec secularibus sine licentia suorum Guardianorum.

5. Item quod fratres non mittant diebus festivis famulos ut lucrare[n]tur aliam diem.

6. Item quod famuli locorum non recipiantur nisi cum pacto in scriptis. Quod si non se bene gerant [6], abiciantur a nobis. Et Guardianus teneatur eos audire vel audiri facere in confessione semel in mense, et ad minus septies [in] anno suscipiant corpus Domini.

VIII. — [*169v*] De paupertate servanda.

1. Primo quod fratres nec per se nec per alium conveniant [7] aliquem in iuditio pro re aliqua vel iniuria corporali, nec sollicitent legata vel relicta ad pias causas, ut [ab] omnibus servetur puritas altissime paupertatis ut continetur in Constitutionibus Guliermi Farinerii, cap 4 [8].

2. Item quod nullo modo fratres faciant aut fieri faciant aut procurent coronas de gnacara iuxta prohibitionem factam per P. Fr. Angelum de Clavassio tempore sui vicariatus, quam totum presens Capitulum confirmavit [9].

3. Item dicitur de tacijs et cupis curiosis ut nullo modo fieri possint, et contrafacientes puniantur, et habentes priventur eis.

4. Item quod figure Beate Virginis Ultramontane nullo modo emantur et procurentur et contrafacientes puniantur et eis priventur.

5. Item quod fratres possint ter tantum in ebdomada carnes comedere, scilicet die dominico, Martis et Iovis. Ceteris autem diebus pos-

---

(1) Cod. *cētali*. Nomen legi posset *Certali;* sed vix non agitur de « *Centallo* » prope Cuneum.

(2) Conventus Ripae vetustissimus a Gonzaga, 337, dicitur. De anno quo ad Observantiam transierit, non constat.

(3) Etiam de hoc conventu nescitur quando ad Observantes transierit; Wadding, V, 225, n. 49; Gonzaga, 338.

(4) Pro Observantibus erectus an. 1453; Wadding, XII, 182-3, n. 42; Gonzaga, 331, conventum erectum esse an. 1565 dicit. Cf. infra, Constitutiones 1493-94, 4; Cap. Saviliani, 1.

(5) Erectus an. 1463; Wadding, XIII, 330, n. 131; Gonzaga, 333.

(6) Cod. *gregant.* (7) Cod. potius *conveniatur.*

(8) *Farin.* Chrl. 67b; Gub. 53a. *Narb.* Ehrle, 96; *Op.* 453a.

(9) Hic agitur de Capitulo provinciali: *Capit. gen. Obs. Florentiae 1493,* infra. *Bon.* (1474), 51; (1475), 55; (1507), 168. *Tusc.* 170, 13.

sint habere pitansam de aliis rebus et quando habent pitansam in mane illa carent in sero, et quando non habent in prandio possint habere aliquid in sero, prout ordinatum est in Capitulo Sancti Mauritii 1452, die 21 aprilis (1).

6. Item non dentur panni noviciorum, nec in parte nec in totum extra Ordinem nisi post factam eorum professionem (2).

7. Item quod nullus frater habeat corporalia, nisi qui ex officio haberet ire extra domum.

8. Item quod nullus habeat lucernam (3), sed Guardiani provideant ut loca sint fulta.

9. Item quod nullus habeat proprium sigillum nisi pro loco, et qui haberet, servet (4) constitutionem Farinerii (5).

10. Item quod nullus portet claves in domo super privatis rebus eorum nisi guardianus solum capsetam (6) ubi tenere possint litteras (7).

11. Item quod remissio legatorum non possit fieri, nisi quando immineret litigium vel alias haberi verisimiliter non possunt.

12. Item quod in locis non fiant fenestre, nec scale, nec aliquid aliud quantumcumque minimum sine licentia P. Vicarii (8).

13. Item quod fratres habentes eleemosynam intra biennium teneantur expendere in rem deputatam, alias ea sint [77*0r*] privati et non possint eam expendere nisi in rem deputatam, nec aliis possint concedere eam (9).

14. Item quod nullus frater quacumque ex causa pecuniam apud aliquem deponi substineat vel servari sine licentia speciali P. Vicarii in scriptis obtenta et semper con scientia Guardiani loci et unius discreti, ubi procuratur pecunia dicta. Et hoc nulli concedatur nisi pro determinata necessitate, nec in aliam causam possit dictam elemosynam expendi facere sine licentia ut supra et quicumque in huiusmodi inventus fuerit vitiosus tanquam proprietarius puniatur (10).

15. Item quod Fratres non faciant mutuari pecunias vel alia pro consanguineis vel affinibus vel aliis personis sub pena que videbitur P. Vicario.

---

(1) Sermo est de Capitulo quodam provinciali. — *Farin.* Chrl. 68; Gub. 54a; BF 643b. *Tusc.* 159, 6; *Tusc.*[2] (1457), 6; (1458), 1; (1461), 11; (1482), 20.

(2) *Capist.* Chrl. 103-4; Gub. 97a.

(3) Cf. *Capist.* Chrl. 107b; Gub. 101b.

(4) Cod. *servetur constitutio.*

(5) Non habetur in Constitutionibus Farinerii statutum speciale, sed passim de sigillo in eis sermo fit. *Cap. gen. Obs. Florentiae, 1493,* infra.

(6) Id est parvam capsam.

(7) Infra, Capit. Papiae, 1508, 14. *Bon.* (1485), 81.

(8) *Tusc.* 159, 10; *Tusc.*[2] (1457), 10.

(9) *Narb.* Ehrle, 92; *Op.* 452a. *Farin.* Chrl. 66b; Gub. 51b; cf. *Tusc.*[2] (1456) 11; (1458), 9.

(10) *Narb.* Ehrle, 93; *Op.* 452a-b. *Assis.* 279, 2. *Farin.* Chrl. 66b; Gub. 51b. *Cap. Ferrariae 1509,* Chrl. 215a; Gub. 218b. *Bon.* (1474) 51-2; (1517), 144. *Tusc.* 169, 11; *Tusc.*[2] (1491), 1, 4, 5.

16. Item quod nullus frater deponat vel deponi faciat tascas vel alia apud seculares sub pena proprietatis, sine licentia prelati, prout in constitutionibus Farinerii continetur (1).

17. Item quod fratres non faciant mantellos de panno de quo fiunt habitus et tunice nisi P. Vicario videretur dispensandum.

18. Item quod queste grani, vini, olei et huiusmodi non fiant nisi pro infirmis fratribus et induendis et pro necessitate urgente quando aliter provideri non potest (2).

19. Item quod nullibi fiat congregatio vini per annum, ubi aliter haberi potest comuniter secundum determinationem Clementine (3). Ubi vero secundum iuditium patrum aliter necessitas vel sufficientia haberi non potest, tunc de quantitate procuranda et pro quanto tempore debeat haberi considerando de consilio discretorum loci et P. Vicarii Provincie, si comode adesse poterit et secundum conscientias eorum debeat ipsa quantitas determinari. Et si Guardianus contrafecerit aut ultra determinatam quantitatem scienter procuraverit, privetur in Capitulo per 4or annos, nec possit fieri Guardianus aut Prelatus. Que privatio nullo modo valeat relaxari (4).

20. Item quod nullus incidat arbores locorum nisi Guardianus de consilio discretorum si arbor est modice reputationis, alias non sine licentia P. Vicarii (5).

21. Item quod nullo modo fiat aliqua oblatio in locis nostris in funeralibus et huiusmodi (6).

22. Item quod servetur privilegium quod fratres non permittant deferri funus ad ecclesias nec ullam ibi facere oblationem intuitu funeris, quando sepelitur in ecclesiis nostris (7).

23. Item quod nullo modo fiant sermones pro mortuis vel de mortuis in exequiis (8).

[*170v*] 24. Item quod in ecclesiis nostris non fiant sepulture nisi notabilium personarum tantum et bone fame (9), nec etiam eo casu nisi fiant in volta (10) et cum consilio Guardiani et discretorum loci (11).

25. Item quod omnes fratres habentes libros aliquorum locorum eis concessos per quoscumque Prelatos vel qualitercumque, teneantur sub pena proprietatis eos assignare locis quorum sunt (12).

---

(1) *Farin.* Chrl. 66b; Gub. 51b. *Tusc.*2 (1456), 11; (1458), 9. Cf. etiam not. praec. (2) *Tusc.*2 (1482), 16.

(3) Bulla *Exivi* (1312), ap. BF V, 83b. *Textus orig.* 247.

(4) Cf. *Farin.* Chrl. 68a-b; Gub. 53b. *Tusc.* 169, 10. *Bon.* (1476), 58; (1488), 86.

(5) *Tusc.* (1457), 159, 10; 176, 12; *Tusc.*2 (1457), 10.

(6) *Bon.* (1462), 12.

(7) Cf. infra, Capit. Papiae, 1508. 3; Cap. S. Mauritii, 1511, 3; ibid. 1515, 14.

(8) Cf. infra, Cap. S. Mauritii, 1510, 8.

(9) *Narb.* Ehrle, 96; *Op.* 453. (10) Id est crypta.

(11) Infra, Cap. S. Mauritii, 1511, 3; ibid., 1515, 14. *Bon.* (1462), 12; (1472), 42; (1479), 101.

(12) *Tusc.* 171, 4; *Tusc.*2 (1456), 5.

26. Item quod de libris ad loca pertinentibus concessis ad usum eorum, determinatum est quod omni anno fratres predicti quibus concessi sunt teneantur ipsos libros per se vel per discretos locorum in quibus habitant presentare vel per scriptum denunciare per Vicarium et diffinitores ([1]).

27. Item quod nulli fratri liceat confectiones in cella tenere ([2]) sine licentia speciali Guardiani, nec ipsi Guardiani similiter tenere debeant in cella nisi pro infirmis et quando aliter conservari non possunt.

28. Item cum Capitulo incombat dare licentiam donandi aliquid in Ordine vel extra et declarare quantum, determinatum est quod Guardiani vel eorum Vicarii in absentia Guardiani possint dare in Ordine vel extra usque ad valorem medii floreni secundum cursum patrie; ultra vero dictum valorem nisi de consilio discretorum, aliis autem fratribus concedere ut possint dare in Ordine tantum coronam de Pater Noster vel disciplinam aut croxetam ([3]) et similia minima sine alia licentia; pretiosiora autem predictis non sine licentia Guardiani, vel eius Vicarii in eius absentia, quam licentiam Guardianus vel eius Vicarius non potest dare, nisi de tanto quantum ipse potest et secundum eum modum ([4]). Extra vero Ordinem, nec minima nec magna ulli fratrum liceat dare nisi de licentia sui Guardiani vel eius Vicarii in absentia et secundum eum modum quo ipse potest ([5]).

29. Item limitetur constitutio de Benedicta in duobus. Primo quod collatio fiat post completorium; secundo quod detur eis panis cum fructibus et caseo et reliquis secundum discretionem P. Guardiani; et ipsi Guardiani directe vel indirecte non prohibeant volentes eam facere ([6]).

30. Item quod tangens denarios, etiam posito quod ibi nullam habeat affectionem vel proprietatem, debeat facere disciplinam. Idem de deferendo pecunias ([7]).

IX. — De honestate servanda.

1. Primo quod nullus fratrum sive sit Guardianus sive subditus possit visitare aliquas [*171r*] mulieres in terris apud quas sunt loca nostra sine licentia Guardiani loci et cum socio per eumdem deputando, cui socio declaretur quam et quas debeat visitare. Si autem contingeret casus quod aliquam aliam mulierem visitaret pro aliquo inopinato casu emergenti, teneatur tam visitans quam socius statim in regressu suo hoc Guardiano loci revelare vel suo Vicario in absentia Guardiani. Nec

([1]) *Cap. Assisii 1447*, Chrl. 115b. ([2]) *Farin.* Chrl. 66a; Gub. 51a.

([3]) Id est parva crux.

([4]) Cf. infra, Cap. Papiae, 1496, 21; Cap. S. Mauritii, 1515, 2. *Martin. comp.* Chrl. 128a. *Tusc.* 168, 4; *Tusc.*[2] (1459), 9; (1458), 7.

([5]) *Bon.* (1474), 51; (1475) 55; (1476), 60; (1507), 68. *Tusc.* 170, 18; *Tusc.*[2] l. c.

([6]) Cod. *finire.* — Infra, Cap. Papiae, 1508, 7. *Bon.* (1482), 75; *Tusc.* 170, 8; *Tusc.*[2] (1482), 22.

([7]) *Farin.* Chrl. 66b; Gub. 51a. *Capist.* Chrl. 104b; Gub. 98a.

hoc fiat in fraudem sub specie visitationis virorum (1). Ista tamen constitutio est limitata in Capitulo Novarum celebrata 1488 (2) ubi sic determinatum est: quod si quis frater aliquam mulierem visitaverit scienter et studiose absque Prelati licentia contra constitutionem istam predictam, teneatur publice facere disciplinam in refectorio coram fratribus tam ipse quam socius, si revellare Guardiano noluerit (3). Quod ut diligentius observetur V. P. Vicarius quando facit preceptum includat et de hoc specialem mentionem faciat precipiendo per obedientiam. Quod si quis de huiusmodi visitationibus notitiam habuerit, eidem V. P. Vicario dicere et revelare teneatur; vel a tali in obedientia nullus inferior Vicario provinciali eum possit absolvere, ipse vero pater Vicarius tenetur ex impositione totius Capituli taliter visitanti et sibi denuntiato fieri facere disciplinam publice coram fratribus. Et ex tunc ipsum privare a visitatione qualibet mulierum sub pena que per constitutiones debetur inobedientie contumacibus (4). Si vero ipse P. Vicarius in visitatione aliquem invenerit qui nimis frequentet vel ad confessorium vel ad portam loci cum aliqua muliere suspecta, etiam si non sit aliqua sequestratio, tamen eum admonere canonice teneatur ne habeat de cetero tale consortium (5). Quod si contrafecerit vel eum invenerit P. Vicarius contrafecisse, si sit predicator vel confessor, ipso facto privet eum tali officio; si Guardianus, in sequenti Capitulo privetur perpetuo officio Guardianatus et cuiuslibet Prelationis (6). Et cui hec pena non conpetit probationis caputio irremisibiliter puniatur (7). Et hec eadem observentur de his qui sequestrantur a socio (8). Et predicte punitiones fiant etiam si non sit nisi unus solus testis fide dignus. Ista tamen constitutio sic intelligenda est quod tamen non obligat ad peccatum mortale.

2. Item quod nullus frater litteras dirigat mulieribus quibuscumque nec aliquo modo eis scribat sine licentia Guardiani vel Vicarii in eius absentia. Cui (9) Guardianus [*171 v*] non possit hanc licentiam dare, nisi prius ab eo huiusmodi littere legantur (10).

3. Item ista constitutio de litteris scribendis mulieribus modificata est nunc, quod exceptio fiat de consanguineis usque ad tertium gradum inclusive (11) et similiter de visitatione ipsarum fiat talis exceptio.

---

(1) *Capist.* Chrl. 108b; Gub. 102b: *Declar. Capist.* Chrl. 111b; Gub. 106a. *Bon.* (1474), 50-1; (1482), 74-5. *Tusc.* 174, 1. Supra, III, 10.

(2) Huius Capituli provincialis statuta adhuc latent.

(3) *Bon.* (1474), 50; (1475), 55.

(4) *Farin.* Chrl. 73a; Gub. 59b. *Martin.* Chrl. 97b; Gub. 90b.

(5) *Farin.* Chrl. 70a; Gub. 55b. *Capist.* Chrl. 108b; Gub. 103b.

(6) *Bon.* (1474), 50; (1482), 76.

(7) *Farin.* Chrl. 70a; Gub. 55b.

(8) *Capist.* Chrl. 108b; Gub. 103b. *Bon.* (1474), 51; (1507), 170. *Tusc.* 174, 4.

(9) Cod. *qui.*

(10) *Capist.* l. c. *Tusc.* 172, 4; *Tusc* [2] (1503), 4. *Bon.* (1515), 187.

(11) *Cap. Neapoli 1457,* Chrl. 139a-b: Gub. 123b. Infra, Cap. Ast. 1509, 5. *Bon.* (1482), 76.

4. Item quod nullus frater mittat litteras viris vel recipiat ab eis nisi de consensu et voluntate Guardiani ab eo legendas, si voluerit, nisi de litteris mitendis ad Prelatos maiores et consanguineos ut supra, vel recipiendis ab eis (1). Quod si quis contrafecerit, teneatur comedere in terra sine pitancia et cum littera apensa ad caputium.

5. Item quod nemo fratrum conversetur cum mulieribus, nec eis loquatur sine licentia Prelati loci cui etiam exponat causam quam cum eis habet tractare, sive loqui.

X. — De insolentiis et discursibus fratrum evitandis.

1. Primo quod fratres non possint exire pro negotiis parentum sine speciali licentia P. Vicarii.

2. Item quod nullus Guardianus mittat Cuneum (2), Binascum (3) vel ad partes Riperie (4) pro questis casei, butiri vel olei nisi de licentia P. Vicarii; ymo etiam ordinatum est ad evitandos discursus quod non mittantur fratres nec seculares ad partes Riperie sine licentia dicti P. Vicarii et nullus procuret [ire] in dictis partibus Riperie sine licentia, ut supra, nisi consanguineis infra tertium gradum. Et tunc pro scandalo evitando notitiam faciant Guardiano. Similiter nec dicti Guardiani valeant mittere fratres suos extra questas loci sui sine consilio discretorum (5), nec ipsi Guardiani possint exire similiter sine predicto consilio.

3. Item quod omnes clerici et laici professi teneantur dicere culpam suam in refectorio vel capitulo ter in ebdomada, scilicet die Lune, Mercurii et Veneris; sacerdotes autem feria sexta et aliis diebus si quid commiserint propter quod solet dici culpa (6).

4. Item quod fratres non vadant ad conventum sive ecclesias religiosorum sive sacerdotum in diebus festivitatum eorum nec ipsi similiter quoscumque recipiant quacumque causa in solemnitatibus nostris (7).

5. Item quod non ducantur seculares nec presbiteri in refectorio ad comedendum cum fratribus quoquo modo (8).

---

(1) *Bon.* l. c. *Tusc.* 176, 9.

(2) Cunei duo erant conventus, primus S. M. Angelorum, erectus pro Tertiariis, quibus recedentibus, ab Observantibus sumptus est. Wadd. X, 228-9, n. 14; Gonzaga, 330; cf. infra, Cap. Saviliani, 1495, 7. Alter S. Antonii; de anno transitus huius ad Observantes nihil scitur; Wadd. I, 370, n. 4; II, 161, 63.

(3) Pro Observantibus contructus fuit conventus 1387; cf. supra, 114s. Gonzaga, 336.

(4) Gonzaga, 337, conventum hunc dicit vetustissimum.

(5) *Narb.* Ehrle, 101; *Op.* 454b; *Assis.* 285, 2; *Farin.* Chrl. 70a; Gub. 55b. *Capist.* Chrl. 107b; Gub. 101b. *Cap. Romae 1469,* Chrl. 137a; Gub. 119b. *Bon.* (1461), 10; (1462), 12; (1507), 168, 173. *Tusc.* 170, 15.

(6) *Narb.* Ehrle, 117; *Op.* 458a-b. *Assis.* 300, 35: semel in hebdomada. *Benedicti,* Chrl. 58a; Gub. 41-2; BF 39-40.

(7) *Capist.* Chrl. 107b; Gub. 101b. *Bon.* (1461), 8; (1507), 108, 173. *Tusc.*[2] (1482), 21. (8) *Capist.* l. c.

6. Item quod in locis habentibus forestarias non recipiantur religiosi aliqui in refectorio nisi Ordinis nostri (1).

7. [*172r*] Item quod femine non intrent claustrum tempore processionis, nec alio tempore (2), nec tempore mandati, nec laventur fratres in loco ubi videri possint a mulieribus.

8. Item quod fratres non dent pannos mense ad lavandum secularibus.

9. Item non fiant matres in missis novis.

10. Item quod fratres non dormiant in terris ubi sunt loca nostra (3), maxime in terra Salarum (4) et Novarum (5) sub pena privationis vocis active et passive.

11. Item quod fratres insolentes omni anno ducantur ad Capitulum provinciale per suos Guardianos et ibi in pleno Capitulo puniantur secundum exigentiam (6) suorum defectuum (7).

12. Item quod fratres irrogantes iniurias fratribus vel eos irritantes ad impatientiam, teneantur irremisibiliter facere disciplinam (8), et si Guardiani circa hoc fuerint negligentes, teneantur ipsi facere in refectorio coram fratribus (9); et hoc intelligitur dummodo sint duo testes, etiam si apud alios fratres res ipsa foret ignota. Unde si essent duo testes super eodem genere peccati qui dicerent aliquem fratrem dixisse iniuriam sive verba iniuriosa alicui fratri maxime Prelatis, talis debet a P. Vicario puniri pena iam dicta (10), vel potest artare eum ad veritatem dicendam. Idem de comminantibus.

13. Item quod fratres se abstineant a verbis sonantibus divisionem fratrum aut Provincie (11). Contrafacientes sine remissione faciant disciplinam.

14. Item quod recedentium a Provincia, nullus recipiatur sine Congregationis consensu et cum bavaroli (*sic*) et privationis vocis vel alia consimili penitentia puniantur iuxta qualitatem fratris admittendi.

15. Item quod fratres delinquentes extra loca incurrunt easdem penas ac si in loco fecissent, et contraria (12) dogmatizantes vel aserentes puniantur pena carceris. Et eadem pena puniantur asserentes quod si quis frater qui sit contritus de aliquo crimine, quod socius hoc sciens

---

(1) *Bon.* (1460), 6; (1473), 46.

(2) *Farin.* Chrl. 70a-b; Gub. 56a. *Capist.* Chrl. 108b; Gub. 102b.

(3) *Tusc.* (1523), 216, 6.

(4) Pro Observantibus constructus est Salarum conventus circa 1452; Wadd. XII, 153, n. 54; Gonzaga, 337.

(5) Cf. supra, V, 12. (6) Cod. *exigentium*.

(7) *Martin. comp.* Chrl. 133a. Infra, Cap. Papie, 1508, 11.

(8) *Assis.* 297, 20. *Martin. comp.* Chrl. 131b. *Bon.* (1474), 51; (1475), 55; (1476), 60; (1486), 82; (1507), 171. *Apul.* 101, 9. *Tusc.* 175, 2; 177, 17; *Tusc.*² (1491), 14-5.

(9) *Tusc.* (1523), 217, 2. (10) Ibid. 177, 19. *Bon.* (1486), 82.

(11) *Narb.* Ehrle, 116; *Op.* 458a. *Martin. comp.* Chrl. 132b. Infra, Cap. Claraschi, 1516, 2. (12) Cod. *talia*.

vel alius non tenetur eum denuntiare Prelato etiam per obedientiam requisitus; et eadem puniantur asserentes quod si Prelatus non procedit secundum caritatem, quod frater non tenetur eo casu sciens crimen revelare Prelato etiam (1) per obedientiam requisitus: cum hoc speciem habeat mali, nec ad subditum pertineat de suo iudicare Prelato.

16. Item quod fratres penitus caveant a quibuscumque iuramentis sive afirmationibus iuramento equipolentibus et similiter a quibuscumque scurrilitatibus et proverbiis iam dudum [*172v*] inter ipsos introductis, nec dicant cognomina fratribus non decentia (2).

17. Item quod si quis ausus fuerit afirmare quod quilibet sacerdos possit absolvere a peccato super quo non habet commissam auctoritatem, maxime de casibus reservatis Ministro, quod correctus revocare noluerit, tanquam errans subversor omni actu legitimo privetur; nichilominus eius pertinacia denuntietur Capitulo ut in septimo capitulo Constitutionum familie continetur (3).

18. Item innovatur constitutio casuum ministrorum tam de privatis quam publicis.

19. Item declaratum est per R. P. Fr. Angelum de Clavassio, Vicarium generalem, quod omnia brevia seu gratie fratribus concesse tam per Summos Pontifices quam per Legatos ut absolvi possi[n]t a casibus Ministrorum sunt revocate (4) sub quacumque verborum forma concesse; et de cetero nullus audeat absolvere a predictis casibus virtute cuiuscumque concessionis vel gratie Summorum Pontificum seu Ministri generalis vel provincialium sub penis que debentur absolventibus a casibus Ministri (5). Et prefatus R. P. Vicarius declaravit quod virtute indulgentie nove cruciate nullus fratrum possit accipere predictam indulgentiam. Et qui acceperunt, nullo modo virtute (6) dicte indulgentie se absolvi faciant nisi ex speciali gratia eis concedatur per prefatum P. Vicarium generalem vel per Vicarium Provincie.

20. Item quod fratres tempore Capituli discurrentes hinc inde puniantur ad arbitrium suorum Guardianorum.

21. Item quod qui procurant aliquid sine licentia Prelatorum eisdem rebus ipso facto sint privati (7).

22. Item quod servetur constitutio facta de silvis, videlicet quod nemini seculari dentur ligna (8).

23. Item quod constitutio facta et totiens confirmata super silentio sancto a fratribus custodiendo inviolabiliter observetur, videlicet quod

---

(1) Cod. *et*.

(2) Infra, in istis constitutionibus, 28. *Bon.* (1486), 82. *Tusc.* 219, 20.

(3) *Martin.* Chrl. 94a; Gub. 87a-b. *Martin. comp.* Chrl. 129b. Infra, Ordinata per Francisc. Lichetum, 1520, 9.

(4) Cod. *renovatis;* item paulo antea *absolvi.*

(5) *Cap. Urbini 1490,* Chrl. 145b; Gub. 133b. *Cap. Aquilae 1495,* cf. infra, additiones.

(6) Cod. repetit *virtute.*

(7) *Tusc.*² (1491), 5. (8) *Tusc.*² (1482), 24.

qui fregerit dictum silentium ultra spatium unius *Miserere*, teneatur dicere culpam et imponantur penitentie transgressoribus iuxta delinquentium qualitatem et frequentationem (1). In qua quidem re si Guardiani negligentes extiterint a R. P. Ministro acrius puniantur.

24. Item quod fratres hyemali tempore non ferant saltem in die calcetos sive stofonos nec birretos super caputium nisi necessitate imminenti; que necessitas competat Guardiano et discretis (2) discernenda.

25. Item quod nullus fratrum teneat libros vel receptas alchimie vel recipiat aut tribuat secularibus, vel alio modo se (3) de huiusmodi arte impediat directe vel indirecte [*173r*] sub pretextu faciendi aurum potabile vel quintam essentiam aut huiusmodi, sub pena statuta per Constitutiones generales contra facientes artem archimie quam incurrat ipso facto (4).

26. Item quod non fiat multiplicatio procuratorum vel procuratricum nisi in necessitate (5). Et tempore interdicti non admittant ad missas nisi qui sunt vere et non ficte procuratores vel procuratrices (6).

27. Item quod nullus debeat equitare sine consilio discretorum sicut de non portandis calciamentis (7).

28. Item qui dixerit chapasangue (8), aut corpus Domini etc., puniatur disciplina.

(Continuabitur).

P. ANASTASIUS VAN DEN WYNGAERT, O. F. M.

(1) *Narb.* Ehrle, 99; *Op.* 453-4. *Assis.* 283, 7. *Apul.* 101, 5. *Tusc.* 204, 5; *Tusc.*[2] (1457), 5.

(2) Cod. *discretorum*.

(3) Cod. sic.

(4) *Farin.* Chrl. 76a; Gub. 62b. *Martin. comp.* 132b. Cf. etiam *Assis.* 293, 29 et AFH XVIII, 21-2.

(5) Cf. infra, Cap. Papiae, 1496, 10; Cap. S. Mauritii, 1515, 4. *Tusc.* 211, 14.

(6) Sixtus IV, *Regimen universalis ecclesiae*, ap. Wadding, XIV, 106.

(7) *Regula II*, c. 2, ap. *Opuscula*, 65.

(8) Vox vulgaris; etymologice: qui sanguinem alicui elicit vel subtrahit. Cf. etiam num. 16.



FR. JERÓNIMO DE JESÚS

RESTAURADOR DE LAS MISIONES DEL JAPON

SUS CARTAS Y RELACIONES (a)

(Conclusión) (1).

« Despedido (2), pues, del hermano Fr. Gómez con harto sentimiento, dejándole en Meaco, me partí a Fuxíme, que es puerto de mar, para embarcarme en un navío de un mercader de Ussaca, que estaba fletado para Manila en el puerto de Firando; y para llegar con tiempo, me embarqué en Fuxime en una embarcacion ligera, en la cual me vine a Firando, al qual llegué en pocos días y juntamente un Padre de la Compañía, que venía de Nangasaque o le traía el capitan del navío en que yo había de venir, para que oyese de confesion a toda la gente de su navío, que eran christianos y estaba cerca de la cuaresma, para que también, con esta ocasion, pudiese confesar aquellos cristianos que estaban en aquellos puertos escondidos.

Como yo acerté a llegar de Meaco y el Padre de Nangasaque, juntos a un tiempo, y le dijesen cómo yo llevaba la Embajada a Manila del Emperador y juntamente le avisasen del Padre de la Compañía y le pidiesen licencia al Tono o señor de Firando, para que el Padre pudiese en aquella necesidad confessar aquella gente, dió, bien de mala gana, de plazo tres días, mandando al huesped adonde aposentaron al Padre, so graves penas, que solos tres días pudiese confesar la gente del navío, los cuales le señaló de plazo, dentro de los cuales, sin que otro ningun cristiano del pueblo ni comarca entrase a verle, se fue a Nangasaque. Con este rigor, sabiendo el Padre lo llevaba el

(a) Summarium. — Prosequitur documentum XIII: Relatio Fr. Petri de Burgillos, anni 1602. — Deinde subsequuntur plures Epistolae circa res diplomaticas politicasque, circa etiam negotia conficienda mercaturasque promovendas inter gubernatores Hispanos Insularum Philippinarum atque Iaponiae principes, utrimque datae et acceptae; docum. XIV-XVIII, XXI, XXIII. — Documenta XIX et XX sunt gubernatorum Philippinarum ad regem Hispaniae missae Epistolae. — Documentum XXII Epistola est, quam P. Didacus Bermeo ad laudatum gubernatorem de religiosis aliisque rebus Iaponiae scripsit. [Nota Directionis].

(1) Véase AFH XVI, 507-544; XVII, 98-117; XVIII, 90-113, 559-584; XIX, 385-417; XX, 575-588; XXI, 304-330.

(2) Prosigue el documento XIII: *Relacion de Fray Pedro de Burgillos.*

Tono tan a mal y recelando algun daño suyo y de los cristianos por su causa, se fue dentro de los tres días, dejándolos a los cristianos bien desconsolados, porque aún no quiso bautizar los niños de personas cristianas por recelo, aunque se lo pidieron, no le sucediese algun daño, segun estaba de enconado el Tono con los Padres; del cual supimos que a no llegar yo, como me lo afirmaron los capitanes, no le dejaran estar una sola hora, ni poner pie en tierra, y enfadado, porque había llegado allí el Padre de la Compañía, no dió lugar a que fuésemos a visitarle a su casa por entonces.

Ido, pues, el Padre, como yo quedé con libertad, ni recelo de entrar a verme y tratar conmigo los que querían, por no prohibirlo el señor de la tierra, pidiéronme aquellos cristianos les bautizase los niños, por que no muriesen sin bautismo los niños, como me dijeron habían muerto algunos, a todos pues, aunque fraile lego, por no haber sacerdote que lo hiciese, los bautizé, compliendo con la devocion de sus padres cristianos, y aunque estándome yo aprestando para la jornada, la mujer del hijo heredero que, como dije, es cristiana, parió una niña, y como la tenían con tantas guardas, no teniendo libertad para que la bautizara, ni yo [para] ir allá a verla, envióme a decir con un cristiano de su casa, escudero suyo, que pues yo no podía ir a vella y ella envialla, me pedía le enviase un nombre para ponelle en la primera ocasion que se le ofreciese a propósito, que una cristiana que tenía en su casa la bautizaría, que era la que había bautizado a otras y lo sab'a hacer. Yo, por cumplir con su deseo, le envié a Santa Clara, contando su vida al que llevaba el nombre para que se la refiriese. De lo uno y de lo otro recibió grandísimo consuelo, y con el mismo escudero envió las gracias, enviándome cierta limosna de plata, la cual yo no recibí, por ser contra nuestro estado de pobres evangélicos el no recibir plata ni oro, y así se volvió, quedando ella muy espantada de que no se le recibiese, edificada de ello.

Procuré ver, antes de partirme, al Tono y a su hijo, y [no] me dieron lugar, por haber estado allí el Padre con los cuales estaba tan enconado; pero dijéronme que a la vuelta nos veríamos, que fuese enhorabuena y tuviese buen viaje, recibiendo alegremente cinco candelas de cera que envié a cada uno de los dos, por ser cosa nueva en aquella tierra. Confío en Dios que a la vuelta, que es este año y mes en que estamos, nos ha de recibir con mucho contento, como se nos dieron esperanzas, que nos dará licencia para estar en aquel puerto, del cual todos los años vienen navíos a esta tierra y es muy a propósito y importante para la continuacion de este viaje.

Aprestado, pues, el navío, nos hicimos a la vela por los últimos de Febrero (de 1602), y antes de partirme supe cómo el hermano Fr. Gómez iba al Quanto donde estaba el Emperador, cosa de que me alegré grandemente. Hechos a la vela en aquel navío de los mercaderes de Ussaca, con buen viaje llegamos a Mariveles, isla de Manila, donde está la centinela, y por ser grandes las corrientes, una tarde dió fondo nuestro navío allí cerca, y al amanecer, descubri-

mos cuatro navíos de Castilla, que así fue para nosotros vista alegre. No fue menos alegre la nueva que esta ciudad y tierra recibió con ellos y con el gobernador D. Pedro de Acuña tan deseado, que venía en ellos, del cual el año pasado habíamos tenido nueva. Estuvímonos quedos para certificarnos, si era así. La capitana y otro navío llegó junto adonde estábamos, la cual por un viento contrario surgió junto a nosotros, y descubriéndonos, mandó a la centinela de Mariveles, que iba a reconocer qué gente era: reconociendo ser el Gobernador, sin dejarle subir a la capitana, le mandó que nos reconociese y siendo japones, fuésemos allá a la capitana con las cartas y recaudos que traíamos. Llegó a nuestro navío, y como supimos lo que era y lo que nos mandaba por la centinela. no pudieron darme nueva más alegre.

Embarcamos y fuimos yo y los capitanes, que eran tres, con otros principales, a besar las manos al Gobernador; el cual nos recibió en la popa alegremente con algunos caballeros, mandándonos entrar a solos los japones y a mí, y como tan cristiano caballero, para edificacion de los japones, viendo el hábito de nuestro Padre San Francisco, aunque en pobre fraile lego descaperuzado, hizo una profunda inclinacion, casi de rodillas, besando el hábito, abrazándome a mí después y luego a los japones mis compañeros; a los cuales, con palabras de mucho amor y edificacion, por un *naguatato,* les dió a entender que se había holgado de verlos y el gran deseo que traía de favorecerlos y a todas las cosas de Castilla, y que mostrasen a los japones toda la nao, las armas, piezas de artillería, y para regocijarlos más, mandó se disparase una pieza gruesa con bala horadada, y al dispararse, pareció haber caido un gran rayo y la bala fue a dar a parte bien lejos de allí, de que se espantaron mucho los japones; porque su artillería y municiones es de poca fuerza y no alcanzan tanto.

Mientras mis compañeros se entretenían en mirar el navío, me quedé yo con el Sr. Gobernador, dándole cuenta muy en particular de las cosas de Japon y de mi Embajada, dándole juntamente la carta que traía al cuello, del recelo que no me la tomasen por fuerza, como tengo dicho, suplicándole me perdonase no entregársela con la autoridad y en la forma que se debía a la persona de Su Señoría y al Emperador que la enviaba y de la suerte que me la habían entregado con su caja dorada, diciéndole la causa por qué; a lo cual, como tan discreto caballero, respondió que no importaba, que de cualquiera manera la recibía muy bien, pues yo la traía, y que en todo procuraría dar gusto al Emperador y favorecer con muchas veras este viaje y conversion. Lo cual, como quien es, cumplió, como todos saben; pues por el mes de Mayo pasado, despachó en los navíos de Japon la respuesta de la carta y envió con muchos favores y regalos para el Emperador y religiosos de nuestra Orden y de Santo Domingo y San Agustín. De la nuestra, dos hijos legos y tres sacerdotes; de los cuales va por cabeza y comisario Fr. Agustín Rodriguez, predicador compañero de los Mártires, y Fr. Juan de Noguera, Lector de Teología, y Fr. Juan Bautista, confesor; los cuales van derechos a

Fuxime y Meaco([1]). Los Padres de Santo Domingo, de los cuales va por cabeza el P. Prior del convento de esta ciudad [de] Manila, persona de muchas prendas y satisfaccion, con otros cinco compañeros, destinados al reino de Saxima y a peticion del mismo reino, que les hizo embajada propia a estos reinos, pidiéndoles ([2]). Los Padres de San Augustín van donde les cupiere; de los cuales van tres y por cabeza el P. Prior recien electo de este convento de Manila, personas, asimismo, de mucha satisfaccion ([3]); a los cuales todos embarcó y dió avío el señor Gobernador con mucho amor y cumplimiento de todo lo necessario.

Y últimamente, para cumplir con los deseos del Emperador, envía un navío a los reinos del Emperador, del Quanto, en el cual vamos tres religiosos de nuestro hábito, dos sacerdotes, y yo el tercero, cosa que para el Emperador ha de ser la mayor lisonja e mayor favor y presente que puedan enviarle de estas Islas; porque sobre toda pretension o interés, desea la comunicacion de los españoles en aquellos reinos suyos del Quanto; en los cuales, en lo mejor que les pareciere a los españoles, dice, les dará tierra y seguro en que vivan, como en Manila.

(L. S.). Al. Card. Barnabò, Praefectus m. p. — A. Capalti, Secretarius m. p.

2. Dalla Propaganda, 12 luglio 1866 (n. 20). Al ... Card. Nicola Clarelli Paracciani, Segretario dei Brevi. Con dispaccio gli si trasmette il premesso decreto della P. f.

3. Roma, 1866. 17. VII. (l. c. n. 148).

Venerabili Fratri Paschali Vuicic, O. M. S. Fr. de Obs., Episcopo Antiphellensi.

Pius PP. IX. — Venerabilis *etc.* Quum Ecclesiae universae ... te ... ad Vicariatum apostolicum Bosniae transferimus teque Missionis eiusdem Vicarium apostolicum constituimus.... — Datum S. P., die 17 iulii 1866, anno XXI.

Placet. I. M. — N. Card. Paracciani-Clarelli.

4. (Arch. Brev. 1858, Pius IX, iunius, pars utraque, n. 162).

Con decreto della P. f. 16. V. 1858 viene notificato alla Segreteria di Stato che la P. f. ha proposto il Fra Paschale de Imocski per la chiesa Pulatense ciocchè il Papa ha approvato nell' udienza del 2. V. 1858. — Fu nominato con Breve del 1. VI. 1858.

5. (Arch. Brev. 1860, Pius IX, Diversorum Lib. XI. Sept.-Dec. n. 131).

Con decreto della P. f. 25. VIII. 1860 fu prevenuta la stessa Segreteria che Fra Paschale Vuicic fu proposto per la traslazione « ex Pulatensi sede in Albania ad Vicariatum apostolicum latini ritus ... pro orientalibus Aegypti et Arabiae », ciocchè il Papa approvò nell' udienza del 12. VIII. Perciò gli fu spedito il Breve dd. 7 sett. 1860: « Quum de spirituali universi dominici gregis ».

XIX.

1. Roma, 1880. 24. I. (Arch. Brev. 1880, Leo XIII, Ianuarius, pars utraque). — [cf. 590].

(f. 387). Decretum. — Cum per obitum R. P. D. Angeli Kraljevic, Episcopi Metellopolitani, officium Vicarii apostolici in Herzegovina vacaverit, Emi. Patres S. C. fidei propagandae negotiis praepositae in generalibus comitiis habitis die 22 elapsi mensis et anni, censuerunt supplicandum Smo., ut munus huiusmodi cum facultatibus opportunis et necessariis committere dignetur R. P. D. Paschali Buconjic,

ex O. Min. Obs., prudentia, probitate ac doctrina apprime commendatum, Philosophiae ac Theologiae lectorem emeritum, iam parochum et custodem Franciscalis familiae Herzegoviensis; supplicandum insuper ut idem ad gradum episcopalem cum titulo in part. infid. ea de causa promoveatur.

Hanc vero Emorum. Patrum sententiam S. D. N. Leoni PP. XIII. relatam per infrascriptum Secretarium in audientia diei 11 currentis ianuarii, S. S. benigne quoad utramque partem probavit, litterasque apostolicas in forma Brevis expediri iussit, contrariis quibuscumque non obstantibus. — Datum Romae ex aedibus S. C. de P. f. die 24 ianuarii 1880.

(L. S.). Ioannes Card. Simeoni, Praefectus m. p. — Ignatius Masotti, Secretarius m. p.

2. (f. 377). Dalla P. f. 24. I. 1880. Il Card. Prefetto trasmette al Card. Teodolfo Mertel, Segretario dei Brevi il premesso « Decretum ».

3. (f. 354). Ufficio dell' Uditore di S. S. — Roma, Vaticano, 26 gen. 1880. — L' Uditore trasmette al card. Mertel la notifica che « può assegnarsi con Breve Pontificio il titolo vescovile in partibus di « Magida » al R. P. Pasquale Buconjic, prescelto a Vicario apostolico dell' Erzegovina ».

4. « Magida civitas Carmaniae in secunda Pamphylia sub Archiepiscopo Pirgiensi ».

5. Furono spediti due Brevi dd. 30 ian. 1880, e cioè:

a) con la nomina al vescovato di Magida: « Apostolatus officium » (f. 353 v).

b) con la nomina al Vicariato Erzegovese: « Pastorali cura et sollicitudine » (f. 376).

XX.

Roma, 1881. 3. VII. (Leonis XIII ... Acta. Vol. II, Romae 1882, pag. 288-312): « Litterae apostolicae quibus Hierarchia Episcopalis in Bosnia et Herzegovina instituitur ».

Espone per summa capita le peripezie della chiesa romano-cattolica in quelle parti, facendo menzione (p. 301) dell' istituzione del Vicariato apostolico per la Bosna il 5. XI. 1735, e continua: « At cum, Deo favente, laeti fructus .. extarent ... a. 1852 ... Pius IX ad christianum nomen latius propagandum et fovendam unitatem spiritus in vinculo pacis inter operarios, qui in vinea Domini laborant, peculiarem et proprium religionis rebus in Herzegovina curandis Vicariatum apostolicum constituit ».


Con la presente poi « primum a territorio, iurisdictione, administratione, regimine Episcopatus Bosniensis, qui a f. r. Clemente XIV apostolicis litteris, die IX iulii an. MDCCLXXIII datis, instante Maria Theresia ... finitimae ecclesiae Sirmiensi ... unitus, omnes regiones et loca citra Savum existentia, quae politicis Bosniae finibus comprehenduntur, auctoritate apostolica in perpetuum seiungimus, distrahimus, separamus,

item apostolicos Vicariatus in Bosniensi et Herzegovinensi districtibus constitutos ... supprimimus, exstinguimus ac suppressos declaramus. Deinde in eodem territorio novam provinciam ecclesiasticam constituimus, quae quatuor tantum dioecesibus ... constabit, donec Nobis datum fuerit, ut sedes numero plures instituamus.... Sedem Seraiensis urbis, Werhbosnensem ei titulum tribuentes in archiepiscopalem et metropolitanam sedem ... instituimus ... eidemque sedes episcopales tres, nempe duas quas novas erigimus in civitatibus Banialuco et Mandetrio, vulgo *Mostar* et aliam iam erectam Mercanensem et Tribunensem ... tamquam provinciales adsignamus ... earum vero Episcopos ... in Archiepiscopi Werhbosnensis suffraganeos ... accensemus.... — Datum Romae apud S. Petrum, anno Incarnat. dominicae 1881, III nonas iulii, Pontificatus nostri IV.

MIROSLAV PREMROU.



CODICOGRAPHIA



DIE HANDSCHRIFTEN DES SENTENZENKOMMENTARS

DES FR. HUGO VON SCHLETTSTADT, O. F. M.[a]

Die Prolegomena zum ersten Band der Bonaventuraausgabe ([1]) enthalten wertvolle Angaben über die literarische Wirkkraft des Seraphischen Lehrers auf die Theologie der folgenden Jahrhunderte. Als treuer Bonaventuraschüler des 15. Jahrhunderts wird auch Hugo von Schlettstadt erwähnt. Doch konnten die Patres Editores keinerlei Handschriften seines Sentenzenkommentares ausfindig machen ([2]). Sie beschränkten sich daher auf die Angaben bei Trithemius und Fabricius.

Stanonik fasste die Nachrichten über Hugo zusammen ([3]), und wir erfahren von ihm, dass Hugo um die Mitte des 15. Jahrhunderts lebte und im Geiste des hl. Bonaventura über die Sentenzen schrieb, dass ferner das Verzeichnis der Paulinischen Bibliothek zu Leipzig ([4]) diesen Kommentar enthält.

Wir lesen daselbst: S. 179, Nr. 21: *Hugo Sletstadiensis super I. Sententiarum.* Nr. 22: *Idem super II. Sententiarum.* — S. 183: Nr. 24: *Hugo in libros IV Sententiarum.*

(a) Summarium. — Describuntur duo codices Bibliothecae Universitatis Lipsiensis, quorum alter commentarium in librum I, alter commentarium in librum II Sententiarum continet. Opus hoc saeculo XV exaravit Fr. Hugo Sletstadiensis, O. F. M., Provinciae Germaniae Superioris, doctrinae S. Bonaventurae sectator et assecla. [Nota Directionis].

([1]) Quaracchi 1882, pag. LXIV-LXXXIII.

([2]) Ib. LXXI.

([3]) *Allgemeine deutsche Biographie,* Leipzig 1881, XIII, 320. — Siehe auch K. Eubel, *Geschichte der oberdeutschen (Strassburger) Minoritenprovinz,* Würzburg 1886, 35, 258. Feste Lebensdaten über diesen Elsässer sind nicht bekannt.

([4]) L. J. Feller, *Catalogus codicum MSS. bibliothecae Paulinae in Academia Lipsiensi,* Lipsiae 1686, 179, 183.

Die Angabe auf S. 183 beziehen wir nicht auf Hugo von Schlettstadt, sind vielmehr der Auffassung, dass es sich hier um den jetzt als Cod. *573* bezeichneten Kommentar des Hugo von St. Cher zu I. II. III. IV. Sent. handelt. Die beiden auf S. 179 erwähnten Handschriften jedoch begegnen uns in dem neuen Katalog (1), wo wir in einer Anmerkung zu Cod. *152* lesen: « Jedenfalls weder Hugo de Slettstadt, wie der Vergleich mit den Leipziger Codices *571*, *572* zeigt, welche dessen Quaestiones in Sententias enthalten, noch... ».

Das gütige Entgegenkommen der Leipziger Universitätsbibliothek ermöglichte es, diese beiden Handschriften in der Handschriftenabteilung der Münchener Staatsbibliothek genauer zu untersuchen und dabei folgendes festzustellen.

Cod. 571. Pergament, XV. Jahrhundert, 40 cm hoch, 30 cm breit, 145 Bll.; von Bl. 12 die anscheinend unbeschriebene Hälfte herausgeschnitten; 2 Kolumnen zu 34-48 Zeilen; rote und blaue Initialen, gelblicher Ledereinband mit Holzdeckel; Beschläge, Schliessen, Kette abgenommen. Auf dem vorderen Einbanddeckel ein aufgeklebtes Pergamentstück 16×8 cm mit der alten (die Zeit ist schwer bestimmbar) Aufschrift: *Hugo Schletzstadiensis super primum sententiarum.* Auf Bl. 14v-15r, steht unter dem Text, mit roten und schwarzen verschnörkelten Buchstaben: *Liber Celle Sancte Marie.* Auf Bl. 70v-71r und Bl. 143v-144r mit ebensolchen roten und blauen Buchstaben: *Liber Veteris Celle Sancte Marie* (2).

Bl. 1v findet sich von etwas späterer Hand ein Quästionenverzeichnis aus Bonaventura, I. Sent., beginnend bei Dist. 30. Es schliesst mit der Bemerkung: *Explicit Registrum super primum librum sententiarum Bonaventurae. Principium Registri quaere post primum sexternum; verte X folia.* In der Tat steht der erste Teil des Verzeichnisses, Dist. 1-29, auf Bl. 12v. Die gleiche Hand hat die Nummern der Distinktionen im Verlauf des Textes eingezeichnet.

Bl. 1v steht inmitten des Quästionenverzeichnisses noch ein 7 Zeilen langer Prologus, von anderer Hand, beginnend: *Quoniam secundum illud Apostoli Col. 4: Si verbum Dei habitat,* endigend mit einer Anrufung der seligsten Jungfrau Maria.

Bl. 2r beginnt der in der schönen grossen Bücherschrift des Codex geschriebene Prologus Hugos: *Fluvius egrediebatur de loco voluptatis.* Little (3) notiert dasselbe Incipit für den Lukaskommentar des Thomas Docking, O. F. M. (4) und für die *Lectura Theologiae* des Ric. Snetesham.

---

(1) *Katalog der Handschriften der Universitätsbibliothek zu Leipzig,* Leipzig 1926, IV Abteilung, I. Band, S. 168.

(2) Ueber den Zusatz « Veteris » vgl. *Katalog der Univ. Bibl. Leipzig,* IV, I, 188, Anm. 1. Altzelle war ein Zisterzienserkloster in Sachsen.

(3) *Initia Operum Latinorum quae saeculis XIII, XIV, XV attribuuntur,* Manchester 1904, 97.

(4) Ueber Docking, s. nun Little, AFH XIX, 846-50.

In den Prolegomena der Bonaventuraausgabe (¹) begegnet uns dieses Incipit. Hier lesen wir: « Viennae in Austria, biblioth. Palatina, cod. chart. in fol., miscell. saec. XIV. XV. et XVI, sign. *3872*. Fol. 209r (charact. saec. XVI) habet: Ex primo Sententiarum secundum Doctoris Seraphici palestram ac subtilissimi Scoti annotatio compendiosa. Incipit: Fluvius egrediebatur de loco voluptatis... ». — Durch gütiges Entgegenkommen der Wiener Nationalbibliothek konnte die Handschrift in München eingesehen werden. Die Hoffnung, hier ein neues Exemplar von Hugos Kommentar zu finden, erfüllte sich aber nicht.

Bl. 3r-12r unserer Leipziger Handschrift enthält die Divisio textus für das ganze I. Sentenzenbuch. Was Bonaventura auf die einzelnen Distinktionen verteilt, hat Hugo hier zu einem Stück zusammengezogen, wodurch eine Art Abbreviation des Lombarden entstand. Dabei hält er sich zum Teil wörtlich an Bonaventura, zum Teil kürzt er dessen Divisio textus und formt sie selbständig neu.

Bl. 13r beginnt mit den Quästionen zum Prooemium der eigentliche Kommentar. Die Darstellungstechnik weicht von Bonaventura ab. Hugo gliedert den Stoff der einzelnen Distinktionen fortlaufend in Quaestiones. Deren Ausführung nähert sich der Technik des hl. Thomas von Aquin in der Summa theologica. Wir hoffen bei Gelegenheit die eine oder andere Quaestio mitteilen zu können und verzichten hier auf eine eingehende Beschreibung der Darstellungstechnik.

Bl. 145v schliesst I. Sent. wie folgt: *a quo est omne principium, medium et finis, quo etiam mediante ad finem liber iste perductus est. Ideo sit ei omnis honor et gloria in saecula saeculorum. Amen. Explicit compilatio super primum sententiarum, quam compilavit frater Hugo dictus de Sletzstat, Parisius tunc studens, de diversis scriptis et lecturis magistrorum. Quicumque usnm eius habueris, ora pro eo.* Die letzte Bemerkung wirft ein Licht auf die Methode und Quellenbenützung unseres Autors. Es wird Aufgabe einer genauen Textanalyse sein, hierüber weitere Aufschlüsse zu geben.

Im XIV. und XV. Jahrhundert wurden die Autoren vielfach mit Namen zitiert. Peter von Candia (²), Matthias Doering (³), Johannes Bremer (⁴), Nikolaus Lakmann (⁵), u. a. geben durch

---

(¹) I, LXIX, num. 48.

(²) Cf. Franz Kard. Ehrle, *Der Sentenzenkommentar Peters von Candia*, Münster i. W., 1925, 58-73.

(³) Sein Kommentar zu I. III. IV. Sent. im Cod. lat. Monacensis [clm] *8997*. Eine Arbeit darüber ist in Vorbereitung.

(⁴) Ludg. Meier, *Der Sentenzenkommentar des Johannes Bremer*, in *Franzisk. Studien*, XV (1928), 161-9.

(⁵) Sein umfangreicher Sentenzenkommentar in Ms. *941* der Stadtbibliothek zu Trier. Anonym in Ms. Fol. *413* der Staatsbibl. zu Augsburg, I. und II. Buch; ferner, gemäss Vergleichung der Incipit und Ex-

solche Zitate Rechenschaft über ihre Quellen. Hugo von Schlettstadt dagegen hält sich hierin ganz an seine hochscholastischen Vorbilder. Er arbeitet durchweg mit dem traditionellen « Quidam ». Dabei hat er die knappen Darlegungen im corpus articuli schön ausgearbeitet und stilisiert. Man merkt ihnen äusserlich die « compilatio » nicht an. Die Quellenanalyse wird auch insofern nicht leicht sein, als unter Umständen die ganze Fülle des ungedruckten Materials aus dem XIV. Jahrhundert herangezogen werden muss.

Cod. 572. Pergament, XV. Jahrhundert; 44 cm hoch, 32 cm breit; 125 Bll., von Bl. 9 die anscheinend unbeschriebene Hälfte herausgeschnitten; 2 Kolumnen zu 40-45 Zeilen, rote und auf den ersten 8 Bll. einige blaue Initialen; gelblicher Ledereinband mit Holzdeckel; Beschläge, Schliessen, Kette abgenommen. Auf dem vorderen Einbanddeckel ein aufgeklebtes Pergamentstück 17 mal 8 cm mit der alten (die Zeit ist schwer bestimmbar) Aufschrift: *Hugo Schletzstadiensis super secundum sententiarum.* Auf Bl. 11v-2r mit roten und schwarzen verschnörkelten Buchstaben: *Liber Celle Sancte Marie.* Auf Bl. 54v-5r und Bl. 122v-3r mit ebensolchen roten und blauen Buchstaben: *Liber Veteris Celle Sancte Marie* (1).

Bl. 1r findet sich ein Prologus, beginnend: *Fundamentum primum iaspis, secundum saphirus, tertius calcedonius, quartus smaragdus,* endigend: *Amen dico vobis, nescio vos.* Little (2) teilt einen ebenfalls mit *Fundamentum primum iaspis,* beginnenden Prologus dem Oseaskommentar des Simon Henton zu Ebenso beginnt der Sentenzenkommentar des Lsndulphus Caracciolo, O. F. M. (3).

Bl. 1v-7v haben wir die zu einem Stück zusammengezogene Divisio textus. Bl. 8r steht ein Prooemium. Inc.: *Numquid nosti ordinem coeli...* Little (3) verzeichnet dieses Incipit auch für das *Alphabetum vitae religiosae* des Iohannes Wallensis (4) und für II. Sententiarum des Petrus de Tarantasia. Das Prooemium endet: *infelix ego homo. Quis me liberabit de corpore mortis huius, et sequitur: Gratia Dei, per Iesum Christum Dominum nostrum, cui Domino Iesu Christo propter haec et alia sit omnis honor et gloria per infinita saecula saeculorum. Amen.* — Für diese Hinzufügung fremder Prologi zu einem Sentenzenkommentar haben wir eine Parallele bei Dionysius Carthusianus (5),

---

plicit, in Ms. Th. *81* der Staatsbibl. zu Bamberg, Bl. 2v-226v, I. und II. Buch. — Hier sei noch hingewiesen auf die *Quaestiones in II. Sent.* des Wiener Magisters Jodocus Gartner, O. F. M., in Ms. *D 33* der Landesbibl. zu Fulda, Bl. 380r-466v. Das Incipit gibt über die Quellen genaue Auskunft: *Circa secundum sententiarum consequuntur quaestiones excerptae ut in plurimum ex Alexandro de Hallis, Bonaventura ac Scoto interdum.*

(1) Vgl. Anm. 6. (2) L. c. 101.

(3) Cf. Ant. M. Iosa, *I codici manoscritti della biblioteca Antoniana di Padova,* Padova, 1886, 71.

(3) L. c. (4) Ueber diesen s. nun auch Little, AFH XIX, 845-6.

(5) *Opera omnia,* Tornaci 1896sqq.; XIX, 43s.; XXI, 32s.; XXIII, 25s.; XXIV, 30s.

der in dieser Weise Prologi von St. Thomas, St. Bonaventura, Petrus von Tarantasia, Richard von Mediavilla, Albertus Magnus, Alexander von Hales und Thomas von Strassburg grossenteils beifügt.

Bl. 9r steht ein Verzeichnis der Quästionen von Dist. 1-13. F. 10r beginnt der eigentliche Kommentar, wiederum mit einer Einleitung: *Nomen secundi fluvii Gyon.*

Bl. 125 ist noch liniert, aber nicht mehr beschrieben. Der Text endet Bl. 124v mit folgendem Epilogus, der fast wörtlich übereinstimmt mit Bonaventuras Schlusswort zu III. Sent. [1]: *Multa dicimus et in verbis deficimus, consummator autem sermonum ipse est sc. Dominus noster Iesus Christus. Cui immensas gratias ago, quia adiuvit me pervenire ad consummationem huius libri, miseratus paupertatem scientiae et ingenii, quem etiam rogo propensius et obnixe, ut faciat mihi pervenire ad obedientiae meritum et ad finem perfectum* [Bonav.: fratrum profectum], *propter quae duo labor iste a principio fuit assumptus. Ipsi ergo, de quo factus est sermo, Domino nostro Iesu Christo, sit omnis honor et gloria per infinita saecula saeculorum. Amen.*

Dieser Epilogus passt offensichtlich nicht zu II. Sententiarum. Wie er an diese Stelle kommt, bleibt zu untersuchen. Paläographisch ist zu beachten, dass er nicht mit der gleichen grossen Bücherschrift geschrieben ist wie das Vorhergehende.


Cod. *571* und *572* sind prachtvolle Handschriften mit einer Ausstattung, wie sie sonst nur für hochgeschätzte Bücher verwendet wurde. Sie hebt sich auffallend ab von den armen Papierhandschriften, auf denen uns die Sentenzenkommentare anderer Franziskaner des 15. Jahrhunderts überliefert sind. Dass noch dazu das Cisterzienserkloster Altzell sich diesen Kommentar zugelegt hat, spricht für die hohe Wertschätzung, die man ihm entgegenbrachte. So darf er auf das Interesse aller Freunde der scholastischen Theologie rechnen.

Quaracchi. P. Ludger Meier, O. F. M.

(1) III, 896 b.



BIBLIOGRAPHIA



Léon, Achille, O. F. M. — *Saint François d'Assise et son œuvre. Histoire de l'Ordre des Frères Mineurs des origines à nos jours.* — **Paris, P. Lethielleux, 1928. — In-8º min., 395 pp. — (20 Fr.).** — *(Bibliothèque d'Etudes Franciscaines).*

Non critici disquirentis sed expositoris faceti narratorisque gratiosi munus sibi assumpsit P. A. Léon, vastiori publico Franciae cognitionem Ordinis subministrare satagens. Quod optimo modo proficuaque methodo assecutus est. Manualium scholasticorum schemata copiosiora, ideoque aridiora derelinquens, adnotationibus eruditis praetermissis, lepido calamo conspectum historiae Ordinis exaravit, saepe locos longiores sive fontium sive aliorum auctorum, ubi vividius res depingere maluit, interserens. De singulis ergo, visa operis indole, hic tractandum non est. Sufficit libri tenorem paucis expandere.

Narratio inauguratur vita S. Francisci (7-45). In parte II Ordinis vicissitudines usque in an. 1517 delineantur (47-71); deinde Conventualibus dimissis, - Capuccini nonnisi obiter tanguntur (82-4), Clarissae et Tertius Ordo nullibi tractantur, - conspectus quidam generalis usque in nostra tempora deducitur (71-100). Ubi tamen e statutis particularibus quarumdam « reformationum franciscanarum » Galliae praesertim aliqua notata non indigna depromuntur.

Pars III scientiis in Ordine excultis dicatur (101-46) atque artibus influxu vario S. Francisci suorumque novis conceptibus ditatis et promotis (147-70). — Pars IV: « *Apostolatus Franciscanus* » (171-219) praedicationem Fratrum inter catholicos Europae adumbrat, pars V (221-95) Missiones apud nationes exteras totius terrarum orbis. — In parte VI: « *Vitalité de l'Ordre du XIIIe au XXe siècle* » (297-349), auctor dicit de extensione geographica Ordinis (297-307), et quomodo Fratres Minores sive variis pietatis christianae devotionibus ansam dederint, sive eas promoverint (308-28). — Dein constitutionem Ordinis explicat (329-44), fructus sanctitatis brevioribus comprehendens (344-9). — Subnectitur Appendix specialis de Provinciis Ordinis Fr. Min. in Gallia saec. XIX restitutis (350-76). Etiam alibi auctor Franciam speciali quodam modo, idque merito, respexit. — Finem compluribus forte inopinatum, sed librum lecturis et consulturis gratum, copiosus Index analyticus conficit (377-91).

P. Michael Bihl, O. F. M.

Gratien, P., O. Min. Cap. — *Histoire de la fondation et de l'évolution de l'Ordre des Frères Mineurs au XIIIe siècle.* — Paris, Société et librairie S. François d'Assise; Gembloux (Belg.), J. Duculot, éditeur, 1928. — In-8° min., xxiv, 699 pp. Illustr. — (40 Fr.).

Summa diligentia indefessoque calamo P. Gratianus in hoc grave volumen ea compegit quae rerum Franciscanarum chronologi antiqui retulerant, quae docti et sequiorum saeculorum et ultimorum decenniorum ediderant ac discusserant circa fata Ordinis Fratrum Minorum primo ipsius saeculo decurrente. Nullum lapidem sedula manu non movit, ut opus suum vastum solidumque construeret, quod titulo non obstante ultra saeculum XIII usque in annum 1318 pertingit. Opus sincere laudandum venit, laudesque abundae in eius auctorem promptae audentiae et firmitatis assiduae virum redundant.

Historiam suam, quam 18 capitulis evolvit (3-510) in quatuor periodos dispertivit, inscriptas: I) *De fundatione Ordinis 1209-19* (3-60; cap. 1-2); II) *de evolutione primisque huius consequentiis, 1219-57,* (63-249; cap. 4-7); III) *de actione S. Bonaventurae, 1257-74 et de bulla Exiit, 1279* (249-333; cap. 8-10); IV) *A bulla Exiit in Concilio Viennensi (1312) data usque in Spiritualium ruinam, 1318,* (337-499; cap. 11-18). Sequitur *Epilogus* (501-9). — Dein subnectuntur tres *Appendices,* sic inscriptae: I) *Diffusion géographique de l'Ordre,* (513-29); II) *Les Frères Mineurs dans l'organisation ecclésiastique* (530-617); III) *Les Frères Mineurs et les affaires politico-religieuses de la chrétienté* (618-76). — Tabulam materiarum seu capitum (677-9) et pauca *Errata* (680) denique subsequitur Index rerum nominumque utilissimus (681-99).

Ex illo schemate evolutionis plura delibanda sunt. In cap. I (3-27) S. Francisci vita adumbratur; in cap. II (28-60) primae « transformationes » instituti sui eruuntur usque in an. 1219, quo proposita nova seu novi fines ei accesserint. — Cap. III inscribitur (63-110): « *Prima phasis evolutionis, 1219-26* », quae ' progressa et absoluta ' sit iam an. 1226-44 (cap. IV, 111-55), praesertim actione Haimonis Angli, Ministri generalis, 1240-44 (149-55). — In cap. V (156-99) iam qua « consequentiae evolutionis transformationes novae in vita regulari an. 1244-57 » digeruntur, nempe translationes *locorum* in medias civitates (157-64), horum *conventuum* ampliationes (164-7), institutio *procuratoris* (183-6) etc. — Caput VI (200-21): *La lutte pour la vie,* i. e. luctamen pro exsistentia Ordinis, iam rem externam concernit: contentiones cum clero (200-5) atque luctam Parisiis agitatam contra Ordinem Praed. et O. Min. (205-14) et pro « ideali franciscano » adversus eosdem magistros Parisienses (215-21), usque scilicet 23 oct. 1257. — In cap VII (222-46) auctor regreditur in annos 1244-57, agens de Ministris generalibus Crescentio Aesino et Iohanne Parmensi, ab Ordinis maioritate seu *communitate* electis Ordinisque evolutioni consentientibus (239), non secus, illico addimus, ac statim eis succedens S. Bonaventura, 1257-74.

Sub illis iam « *partes* » in Ordine efformatae essent: zelantium atque largiorum. Sed notitiae certae de his pauciores sunt quam auctori videntur [cf. infra, p. 191], et rectius quam « *partes* », tunc adhuc « *tendentias* » inter se concertasse dixerim. In Capitulo generali Metensi (1254) Ordo bullam *Ordinem vestrum,* diei 14 nov. 1245, suspendit et bullae *Quanto studiosius,* diei 19 aug. 1247, procuratores concedenti renuntiavit (243).

Visis praemissis, auctor circa S. Bonaventuram sententiam in priore sua parte novam proponit (cap. IX, 266-320). S. Bonaventura neque Ordinem organizavit, neque eiusdem organizationem absolvit — res istae iam perfectae fuissent, — sed explicationem et observantiam Regulae cum progressibus Ordinis consonam propugnavit ac reddidit, eosdem ab intentionibus S. Francisci [logice evolutis] non discordare probans. Ordinem iuxta medium quoddam rectum voluit moderari (567). Ita alter Ordinis fundator praedicari potest, qui ideale franciscanum omnibus Minoribus accessibile fecerit, quique istud cum sua evolutione historica contra adversarios internos et externos [inter se penitus dispares], invicte defenderit (319). Hi erant magistri Parisienses (cap. VIII, 249-65), illi Fratres in laxamenta proni. — Bulla *Exiit,* data an. 1279, Bonaventurae, iam an. 1274 defuncti, ideis pluribusque etiam dictis imbuta est (321-33; iuxta AFH II, 3-21).

« Evolutiones » sic descriptae legentibus novae non sunt, earumque lineamenta ab aliis auctoribus iam eruta, neque dextrorsum neque sinistrorsum multum ullibi transducuntur, sed sensim tantummodo hinc inde dimoventur et aliter terminantur. Eiusmodi in aestimationibus tot factorum, horum adiunctorum, ipsorumque virorum in eis agentium vix unquam scriptores plene consonabunt. P. Gr. lineam quamdam mediam tenere recte sategit, unde consideratae mutationes plures, non iam dramatum tragicorum instar scenice complicatae, viribus quibusdam improvisis explodendo exsolvuntur, sed res naturali quodam processu evolutae proponuntur. — Iam hic tamen notamus, quod circa controversias toto aevo (immo omni in aevo) actitatas in paucis e multis regionibus, in paucis tantum reapse partibus seu provinciis diffusissimi Ordinis longe plures nobis notitiae suppetunt quam circa modum vivendi quotidianum Fratrum innumerorum, humilium, sincerorum, assiduorum, qui maiore et frequentiore attentione novi historiographi digni fuissent. — A clero, rectius a parte cleri, in Gallia praecipue, Fratribus circa an. 1255, 1280-5, 1310 exprobrata, certe intra veri limites non continebantur, non secus ac accusationes *Spiritualium,* quae solas 5 provincias Ordinis e 34 impingebant, quemadmodum *Communitatis* defensores recte urgebant (462). — Econtra constitutio Ordinis an. 1239 elaborata, non proprie ob Ordinis defectus, sed propter Fr. Heliae excessus, caesura violentior aestimari potest quam P. Gr. appareat (144-9).

Auctor certe summe studuit res 'obiective' referre et proponere, sed inde a bulla *Exiit,* quae revera Bonaventuriana dici potest, licet iste iam an. 1274 obiisset (321-3), abusus in Ordine alio modo aestimare incipit. Eousque abusus paucorum fuissent, sicque eos S. Bonaventura in Epistolis et scriptis suis aliis denuntiabat (290-320). Deinde vero omnes

abusus modo generaliore in Ordine grassatos esse supponit, dicta de eis non iam uti antea (277ss.) critice referens, sed facilius acceptans (343, 344, 355, 356, 357, 362, 366, 367-74, 374-405).

Cap. XII (370-77) inscribitur: « *Le déclin de l'observance régulière* (an. 1274-1312). Cui « phaenomeno » explicando (361) duas causas assignat: 1° successionem rapidam Ministrorum generalium, 2° bullam *Exultantes in Domino,* 18 ian. 1283 a Martino IV datam, qua *procurator* seu *syndicus* a Fratribus nominandus concessus est. Haec bulla, ait P. Gr. (373-4): « *ruinait l'idée même de la pauvreté franciscaine; elle transformait, suivant l'expression si juste du Cardinal Ehrle, le procureur-syndic en une 'simple marionnette' et le domaine souverain de l'Eglise sur les bien des Frères en une pure fiction juridique* ». Edictum primum probatum non est a P. Gr., qui cum controversias his de rebus olim actas ignorare non possit, saltem moderatiorem sententiam hic edicere potuisset. Card. Ehrle vero, ap. ALKG III, 595, edictum secundum non illo sensu largo dixit, sed solummodo de illa « fractione Communitatis », quae laxior erat, et postquam expressis verbis monuerat (593-4) in *Communitate* plane distinguendam esse partem remissiorem et probam. Quae monitio et distinctio a P. Gr. saepius et gravius recolenda erat (cf. 360). Ad tertium dictum P. Gr. allegat K. Balthasar, *Geschichte des Armutsstreites,* Münster 1911. 44, [v. AFH VI, 557-9]. Ast auctor iste ibi loquitur non de bulla Martini IV, sed Innocentii IV, diei 14 nov. 1245, et quidem alio in sensu, scil. iam an. 1245 aliquos Fratribus obiecisse ipsorum paupertatem « fictionem iuridicam » esse. Attamen K. Balthasar hanc obiectionem nonnisi indirecte et obiter ex huius bullae dicendi modis (BF I, 401a) induxit. — Abusus ex *Statutis* allegati (367s., 375s.) in his supprimendi esse statuuntur; neque scimus quantum reapse invaluerint isti, quorum numerus facillime augeri posset. Sed iam sic dicta *Statuta Narbonensia an. 1260,* quae P. Gr. ferme integra in an. 1239 referre vult (146-7, 152-3), plures abusus recensent, quin iste circa eos tali methodo utatur.

Hoc in capitulo solidioribus probationibus firmando *Spiritualibus* ita non sine studio viam praeparavit, statim de eorum ducibus dicturus (378-92; cap. XIII) ac dein de 'ideis invicem concertantibus': « *Les idées en présence* (393-418; cap. XIV) disserturus, scilicet de « *Communitate Ordinis* » et de « *Spiritualibus* ». 'Communitatis' ait « correctissima et pulcherrima effigies » fuerat S. Bonaventura (316), qui inspirabatur magis ideis [probe evolutis] quam praxi S. Francisci (320). Econtra Spirituales magis intentionibus primis S. Francisci inhaerere volebant, declarationes Regulae a Summis Pontificibus respuentes. Hae metamorphosim Ordinis adulteram effecissent (394-418). Spirituales contra ius vigens et indubium Pontificum Romanorum insurgebant etc., sed haec zelantium zelotypia ab auctore rarius (404-5) critice spectatur. Etiam censura Ioachimismi extremi Spiritualium, quantumvis erroribus dogmaticis expurgati (386-8), a P. Gr. vix attemptatur (414-6). — Animus Spiritualibus aperte favens etiam in cap. XV, ubi de eorum repressione (419-31), et dein de disputatione Viennensi inter Spirituales et Communitatem, an. 1309-12, (cap. XV-

XVII, 432-81) optime quoad chronotaxim factorum disseritur. Hic etiam parvum fragmen responsionis Communitatis (ab Ehrle, ALKG III, 136, omissum), P. Gr. edit, censens in eo statuta anni 1302 et 1307 a Communitate allegari « *malgré leur inefficacité patente* » (461). Quod tamen nuspiam probavit (v. 376-7). — Conicit (529-31), sed non probat *Epistolam encyclicam* Fr. Gonsalvi contra abusus emanasse propter Commissionem a Clemente V institutam « *vers le mois de septembre* » an. 1309. De hoc tempore autem non satis constat (cf. ALKG III, 138ss.) et *Epistola* praefata a Gonsalvo in longinquis partibus data est, Pisis, iam 27 oct. 1309 (sic P. Gr. recte, ut videtur, non 1310, uti ap. Wadding, VI, 172-3) et denuo, ibidem 12 febr. 1310 (ap. AF II, 117). — Finis Spiritualium (cap. XVIII, 483-9) decretus est bullis Iohannis XXII, an. 1317 et 1318. — Quoniam P. Gr. hucusque expositionem suam deduxit, aestimamus disputationem theoreticam de Christi paupertate an. 1322-23 Avenione actam et dein aliis in adiunctis continuatam, 1324-29, saltem instar Appendicis ei hic tractandam fuisse.

Auctor diligentissimus historiam Ordinis Fr. Min. compegit magis internam quam externam, exclusa tamen historia litterarum et scientiarum. Partes quaedam evolutionis seu propagationis et actionis externae in Appendicibus supplentur. — Fontes ubique copiose et accurate in imis paginis indicantur, non vero omnes discussiones circa eosdem actae. De selectu facto nullam movebimus contentionem. Forma libri, si paulo maior esset, melius disponendarum adnotationum, omnino non omittendarum (cf. p. xx, nota 17), campum ampliorem creasset. — Expresse de S. Francisco hic memoramus, quod vitae evangelicae imitandae deditus (28-30, 45-7, 77-81) atque simplici praedicationi poenitentiae addictus (49-51, 81-3), scientia qua actionis suae auxilio expresse carere voluit, utpote inutili et periculoso pro vita Christi humili imitanda. Solius scientiae sacrae studium discipulis suis clericis concessit (83-96). — Sic P. Gr. relationes quas S. Franciscus ad scientiam habuerit, severius quam alii auctores circumscribit, verum, ut censemus, S. Francisci conceptum melius assecutus (cf. AFH II, 135; XVII, 436 s.; XIX, 271 s.). — Inter primas vero « transformationes » quas Ordo subierit (40-5), « receptio ordinata sacramentorum », recte: solius confessionis Fratribus faciendae, exteris non exclusis (*Regula I*, c. 20), computari non potest (44 s., 63) sine quadam exaggeratione.

Haec quaedam minuta, e plurimis, adnotare iuvat. — P. XVI inter scripta authentica Fr. Leonis reputatur expresse « capitulum unum codicis S. Isidori », quod ed. L. Oliger, AFH XII, 371, n. 31. Sed agitur de codice S. Antonii et hoc caput reapse e *Legenda aurea* (v. AFH V, 233, n. 42) exscriptum est; cf. AFH XX, 507. — Privilegia an. 1222-26 obtenta Cardinali Protectori adscribuntur (106-7), cuius munus fuisset ea impetrare. — P. 63-6 de Ministris dicta e fontibus erui nequeunt. — Dicta de S. Ignatio de Loyola (81) in authenticis documentis non innituntur, quare melius omittenda erant. — Locus *Testamenti* (84) ex hoc ipso allegandus erat, non e *Legenda* quacumque, praesertim non indu-

biae authentiae. — Edicta de domo Bononiensi (87) sic stare nequeunt. — Dicta 98, nota 1, repetuntur e 17, nota 1. Res tamen firma non est. — S. Antoninus *Chronicam 24 Gen.* exscripsit; v. 140, nota 68. — De auctore libri: *Manus quae contra Omnipotentem* vide etiam AFH XIX, 881-6. — Lites Parisiensium adversus Mendicantes valde perite exponuntur (200-21, 252-65) bullaeque *Etsi animarum*, 20 nov. 1254, gravitas iustos in limites reducitur (211-2). Sed in divisione ista materiae actuositas S. Bonaventurae nimium forte dispertitur. — « Formatio partium » sive factionum in Ordine (222-38) plura adhuc dubia importat. Ita relata et laudata (234-5) de « *tertia persecutione* » Spiritualium iuxta Clarenum, tenore bullae brevissimae *Provisionis nostrae* (7 febr. 1246: BF I, 410) vix confirmari possunt. Nam haec bulla similis est aliis pluribus contra apostatas Ordinis (BF I, 19, 28, 349, 453), quibus in hac accedunt « *et insolentes* ». Addimus eam repetitam esse 24 april. 1250 et sub Bonaventura, 17 sept. 1259; BF I, 542; II, 362. — Devotio post Completorium (memorata, 308) iam ante S. Bonaventuram exstabat; cf. Golubovich, *Biblioteca,* I, 146; AFH I, 157. — Fr. Bartholomaeus Bononiensis iam cognitus est; v. E. Longpré, ap. *Studi franc.* IX (1923), 365-84. Vide etiam Bonav. Giordani, *Acta Franciscana ... Bononiensia,* ap. AF IX, 789b. Quod volumen auctori in pluribus utile fuisset. — Abusus pertinaces stabiliri non possunt modo adhibito p. 365 et 374. Hic in causa est *Epistola* Cardinalis Vitalis a Furno, quam P. Gr. denuo ediderat ap. *Estudios Franc.* XIII (1914), 127; cf. AFH VII, 803 (v. etiam 478, 484). Ibi vero de Matthaeo Aquaspartano non sufficiebat dicta a Waddingo (V, 210) repetere, sed haec e fontibus eruenda et probanda erant, quos inter caute tantum computari potest Dantes (*Parad.* XII, 124-6) a Waddingo allegatus. — De *Spiritualibus* Tusciae apostatis in Siciliam aufugentibus, circa quos P. Gr. modo blandiore dixit (486-7), alia documenta ediderat Nic. Papini, *Notizie sicure della morte ... di S. Francesco*², Fuligno 1824, 244-66 (ed. I, 226-44).

Saepe accidit quod loci in notis a P. Gr. citati dicta in textu non probant. P. 30 nota 3, qua probatio allegatur I Cel. 28, 9-13. Ast sensus: « *Sed ultimo sic eveniet* etc. » nonnihil mutatur in versione: « *Il faudra faire comme le* etc. ». P. 97 ad eamdem fere ideam aptius allegatur II Cel. 70; sed hoc dictum posterioris est temporis. — P. 31 legis: « *le soin des lépreux constituait leur occupation principale* », iuxta I Cel. 39. Sed hic habes: socios primos manibus laborasse « *in domibus leprosorum vel in aliis locis honestis* » etc. — Cf. etiam 234 et nota 18. — P. 251 dicitur: « *Bonaventure n'a rien à réformer* » et allegatur eius prima Encyclica (*Opp.* VIII, 467-9) in qua, ultra protestationem se nova vincula superinducere nolle, decem abusus sibi in Ordine reformandos specificat. De his revera sermo postmodum occurrit (290 s.). — Cf. dicta p. 395 et nota 3. — P. 406-7 et nota 27. — Animadversio (408 s.) circa locum Bernardi de Bessa, qui S. Bonaventurae sensum sequebatur, incongrua est.

Nostrae laudes etiam Appendices contingunt, messem uberem notitiarum exhibentes, quae fortasse partim aptius corpori historiae ipsius insertae fuissent. — Appendix I revera nihil novi exhibet post auctores pro singulis regionibus ibi citatos. *Statistica Provinciarum* (522-6) compendiat dicta a P. H. Golubovich, *Biblioteca,* II, 214-74, 514-8. Adnotatur vero (522) solas 12 Provincias tempore S. Francisci exstitisse, non 13; nam Provincia et Aquitania unum corpus tunc constituebant iuxta AFH IV, 619-21.

In Appendice II (530-617) agitur de Fratribus Min. directe Papae subiectis (530-2); de Cardinalibus Protectoribus (532-6); de « functionibus Fratrum Min. in servitio Paparum », quatenus eorum fuerint « agentes in negotiis ecclesiasticis » (537-40) et Inquisitores (540-51). Tunc compendiosus fit sermo de eis « in hierarchia ecclesiastica » (551-8); recoluntur « aliqua servitia ab eis Ecclesiae reddita » (558-64), scilicet qua militibus expeditis Romani Pontificis atque in clero saeculari reformando. Hinc aliqui « amici Fratrum Min. » recensentur (564-71), nempe praelati Ecclesiae; tunc de relationibus Fratrum Min. cum Benedictinis et Cisterciensibus (571-9) atque cum Fratribus Praedicatoribus (579-91) agitur; pauca de aliis Mendicantibus subduntur (591-3). — In his paragraphis plerisque complures notitiae congeruntur, quarum non paucae facile alibi ad manus non sunt. Quae laus minus convenit paragrapho 8: *De Clarissis* (593-617) de quarum praesertim Regulis variis fuse denuo discurritur. — Tertius Ordo nullibi tractatus est et nonnisi obiter aliquando tangitur.

Succedit Appendix III, in qua dicitur de Fratribus Min., iussibus Summorum Pontificum actitantibus in contentione cum stirpe caesarea Hohenstaufen (619-22), in Sicilia sub Andegavensibus (623-7), in lucta Bonifatii VIII adversus Philippum Pulchrum (628-34); etiam de pacificatione civitatum et principum Italiae, tantum annis 1300-2, 1317, (635-6), regum Franciae et Castiliae, 1276-8, (637-8), regum Franciae et Angliae, 1259 et 1299 (638-40), Hungariae, 1307-11, (640-2) aliqua delibantur. — Dein haec capita item non nova, immo notiora ibi habes: Fratres Min. crucem praedicant (642-6), expeditionibus cruce signatorum militum intersunt (646-9), ad Tartaros proficiscuntur (649-55); de expeditionibus cruciatorum theoretice scribunt (655-65: ubi praecipue de Fr. Fidentio), pro Graecorum unione agunt, 1274-1300 (669-74), pro aliis schismaticis Orientis Romae uniendis, 1245-1307 (674-6). Sic Missiones, qua tales, praetermissae sunt. — Volumen plures tabulae e veteribus MSS. depromptae exornant, quin earumdem significatio explicetur.

Longum esset alios locos, aliave dicta, aliasque aestimationes hic in examen vocare. Maximae autem est laudi, quod P. Gr. tot textus, notitias, documentorum tenores studiosissime coadunavit ac suis quibusque in locis collocavit.

P. Michael Bihl, O. F. M.

1. **Grosjean, Paulus,** S. I. — *Henrici Abrincensis carmina hagiographica. I. Vitae S. Francisci exemplum Cantabrigiense,* apud *Analecta Bollandiana,* tom. XLIII (1925), 96-114.
2. **Idem.** — *Magister Henricus de Abrincis, Archipoeta,* apud *Studies. An Irish Quarterly Review,* vol. XVII, n.º 66, June 1928, p. 295-308. — Dublin, The Educational Company of Ireland, 1928.
3. **Cox Russell, Josiah.** — *Master Henry of Avranches as an International Poet,* apud *Speculum. A Journal of Mediaeval Studies,* vol. III, 34-63. — Cambridge, Mass., The Mediaeval Academy of America, 1928.
4. **Idem.** — *Three Short Studies in Mediaeval Intellectual History,* apud *Colorado College Publication. General Series,* n.º 148. *Social Science Series,* vol. III, n.º 2, p. 47-69. — Colorado Springs, Col., December 1927.
5. **Hilka, Alfons.** — *Eine mittelalterliche Dichterfehde: Versus Michaelis Cornubiensis contra Henricum Abrincensem,* apud *Mittelalterliche Handschriften. Palaeographische, kunsthistorische, literarische und bibliotheksgeschichtliche Untersuchungen. Festgabe zum 60. Geburtstage von* Herm. Degering, p. 123-54. — Leipzig, K. W. Hiersemann, 1926. — In-4º, vi, 327 pp.; cum 17 tabulis. — (RM. 53).

Henricus Abrincensis circa quem ultimis annis plures viri docti discussiones instituerunt, antea parum cognitus fuerat. Quamquam Frater Minor non fuit, hic de eo ideo dicendum est, quia *Legendam versificatam* S. Francisci, universim 2585 hexametris constantem, ab Ant. Cristofani an. 1882 Prati primum typis editam concinnavit. Hoc in carmine non novam Legendam S. Francisci versibus heroicis condidit, sed tantummodo *Vitam I* S. Francisci a Fr. Thoma Celanensi an. 1228, Gregorio IX iubente exaratam, numeris adstrinxit, nullum factum novum hexametris suis pangens, immo plura a Celanensi narrata praetermittens. Quae cum aliis rebus supra, p. 3-53, a nobis exposita et discussa sunt.

1. P. Grosjean, qui sibi proposuit omnia carmina hagiographica Henrici Abrincensis in laudato periodico paulatim edere, initium sumpsit a *Legenda vers.* S. Francisci, quoad hoc carmen, iam typis cusum, contentus accuratam collationem inter codicem C (de hoc aliisque MSS. v. supra, 5-10) et editionem Cristofanianam instituere (100-14). Hexametra in cod. C solo exstantia integra hic edidit; inter quae eminent quaterna hexametra singulis libris XIV *Legendae vers.* qua argumenta eorumdem ab Henrico praemissa, atque quattuor variationes maiores inter A et C; cf. dicta p. 12-6. Accurate definivit codicem C olim Matthaei Paris (alias Parisiensis), O. S. B., celebris chronographi Angli, an. 1259 defuncti, fuisse (97-8). Codicem integrum aliquando se descripturum esse dicit. Adnotavit sibi carmina hagiographica Abrin-

censis e C exemplanti « propemodum liquido » patuisse in C « *contineri Henrici opera ex ipsius Henrici scriptis desumpta, vel etiam ipso moderante exarata, ne dicam retractata* » (98). Quoad hoc ultimum auctori plane assentimur (v. 7); quoad alterum plures errores manifesti et lacunae in mediis versibus in C exstantes (supra, 17-20) assensum vetant. Accuratiores disquisitiones circa relationes inter A, C atque V aliis ab ipso relinquuntur (97, 98). Quas quilibet supra, 10-22, inveniet. Circa authentiam duorum hexametrorum in fine *Prologi* in solo cod. V contentorum (99) aliter iudicandum esse censuimus (supra, 10). — Quoniam P. Grosjean etiam alia carmina hagiographica Henrici Abrincensis iam e codicibus exscripsit, hic quoque (v. supra, 82) futuri editoris de eorum valore historico plane negativo iudicium recolimus: nempe Henricum *Vitas Sanctorum* iam ab aliis conscriptas « portentosa quadam profluentia condendi versus numeris astringere; neque usquam comperimus ullos novos fontes ab eo esse apertos » (99). Quod iudicium inquisitiones in *Legendam vers.* S. Francisci (supra, 29-53) plene confirmarunt. Unde P. Grosjean omnino recte censuit « nimiam hucusque fidem Vitae metricae S. Francisci esse habitam » (99).

2. In hoc commentariolo lingua Anglica scripto idem auctor modo generali de Henrico Abrincensi dicit, qua « archipoëta ». Qui tali titulo honorifico insignitus fuisset ab Henrico III rege Angliae (298). Dein de hoc poëta praeclaro et vago pro clericis atque saecularibus hexametra sua facile adulatoria profundente loquitur (299-308), item de contentione polemica et poëtica inter Henricum atque Michaelem Blaunpayn, alias Cornubiensem (v. supra, 4-5). Plura hexametra narrationi interseruntur. De *Legenda vers.* S. Francisci nonnisi obiter mentio occurrit (298), sicque obiter Henricus dicitur circa duodecim carmina hagiographica condidisse (298). In adnotatione 2 (p. 299) P. Grosjean inutiliter corrigere sategit « errorem » suum (ap. *An. Boll.* 43, 98), quod Henricus non saltem an. 1272 obiisset (v. num. **3**), sed adhuc an. 1273 inter vivos degisset, quemadmodum e *Prologo* in cod. V eluceret. Videsis dicta supra, 4-5 et 8 nota 3.

3. Usus inquisitionibus quas perfecerat, cum dissertationem suam hucusque typis nondum cusam: *Master Henry of Avranches* pro gradu Dr. Phil. (alias: Ph. D.) apud universitatem Harvardiensem (Stat. Unit. Americae) assequendo componeret, J. Cox Russell curriculum vitae Henrici Abrincensis longe accuratius et copiosius quam alii auctores contexit (34-55), documenta quibus Henricus III Angliae rex « *magistro Henrico versificatori* » suo aulico certas pecunias an. 1243-45 et 1250-59 assignavit, e tabulario regio extrahit (55-8), demum quam brevissime Henrici carmina edita ac inedita recenset (58-63) iuxta MSS., in quibus, pleraque inedita, conservata sunt. Universim 162 carmina Abrincensis condidit. Maxima eorumdem collectio in codice C exstat. Videsis dicta supra, 4-5, 7-8, 12-22. — Iam adnotavimus (27, nota 2), nullum locum *Legendae vers.* S. Francisci quomodolibet innuere, hoc carmen a Gregorio IX, cui dedicatum est, expostulatum fuisse (Russell, 40). Eiusdem *Legendae* versus, I, 21-3, allegati (45) duobus mendis metrum deva-

stantibus laborant; in vers. 22: *Gregori None* pro *None Gregori* et vers. 23: *tanti mensuram novam imples* pro *t. m. nominis imples* (v. supra, 11, num. 1). — Quoniam auctor eruditus etiam fragmenta poëmatum Henrici, ubicumque edita essent, recensuit (68-9), addimus hexametra complura *Legendae vers.* S. Francisci iam an. 1822-27 a Nicolao Papini in lucem fuisse prolata; v. supra, 5-6.

4. Eiusdem auctoris « tria studia brevia circa historiam intellectualem medii aevi » inscriptiones peculiares sequentes prae se ferunt. I) *An ephemeral university at Angers, 1229-34* (46-9). Plures magistri universitatis Parisiensis an. 1229 ob tumultus Lutetiae ortos Andegavum migrarunt novumque studium in hac urbe inaugurarunt. Ast an. 1234 Ludovicus IX Andegavum ab Anglorum dominio eripuit studiique novelli finem attulit. — II). *Literature at Croyland abbey under Henry Longchamp, 1191-1237* (49-59). Henrico de Longo Campo abbate monasterii Croylandiae postulante, Petrus Blesensis [*Blois*], tunc archidiaconus Bathoniensis [*Bath*] « *vitam S. Guthlaci heroico stylo et magister Henricus metrico stylo venustissime dictaverunt* », uti refert *Chronicon Angliae Petriburgense,* ed. J. A. Giles, London 1845, 135. Hac notitia nonobstante, plures auctores *Vitam metricam S. Guthlaci* cuidam Willelmo de Ramesio [*Ramsey*] attribuerunt; sed revera est Henrici Abrincensis, cui Russell eam vindicat (53-6). In hac probatione Russell extrema hexametra plurium carminum hagiographicorum H. Abrincensis profert (54). Inter haec duo ultima *Legendae vers.* S. Francisci in cod. C [cf. supra, 14, num. 5], una voce dempta, plene consonant cum duobus quibus Abrincensis carmen suum de s. corona Redemptoris Parisios translata conclusit. — Dein Prologi *Legendae metricae* S. Guthlaci, S. Oswaldi, S. Birini et S. Francisci inter se conferuntur (55), sicque ostenditur eosdem dispositionem similem prae se ferre: breve exordium, invocationem Sancti atque encomium patroni, cui singulae dedicantur. In quolibet etiam Prologo aliis verbis Sancti canuntur gesta Alexandri et Iulii Caesaris superasse; cf. *Leg. versif.* S. Francisci, I, 11-5. — III). *The English court as an intellectual center. 1199-1227,* (60-9). Probatur in aula regia Angliae, dicta in periodo, sub rege Iohanne « sine terra » agnominato (1199-1216) et sub Henrico III (1216-72) litteras varie promotas esse.

5. A. Hilka hic iuxta quatuor MSS. edit poëma acre et saevum, maledicum ac probrosum, hexametris leoninis 1275 constans, quo Michael Blaunpayn seu Cornubiensis in Henricum Abrincensem invehit. Aliquot hexametra protulimus supra, 5.

P. Michael Bihl, O. F. M.

1. **Hintz, Helmuth.** — *Mittelalterliche Geschichtsanschauung und Eschatologie in einem Apocalypsekommentar aus dem 13. Jahrhundert. Scriptum super Apocalypsim, cod. Prag. ed. 1873. Inaugural-Dissertation zur Erlangung der Doktorwürde der philos. Fakultät der k. Universität zu Greifswald vorgelegt.* — — Greifswald, H. Adler, 1915. — In-8°, 94 pp.

2. **Gilson, J. P.** — *Friar Alexander and his historical interpretation of the Apocalypse,* ap. *Collectanea Franciscana,* II, Manchester 1922, 20-36. — (*British Society of Franciscan Studies,* vol. X).
3. **Kleinhans, Arduinus,** O. F. M. — *De commentario in Apocalypsim Fr. Alexandri Bremensis, O. F. M., an. 1242,* ap. *Antonianum,* II, Romae 1927, 288-334.
4. **Prausnitz, Gotthold.** — *Eine Bilderhandschrift des XIII. Jahrhunderts in der Staats- und Universitätsbibliothek Breslau,* ap. *Zentralblatt für Bibliothekswesen,* XXXVIII, Leipzig 1921, 241-7; XXXIX (1922), 173-84; XL (1923), 538-46; XLII, (1925), 61-76.
5. **Idem.** — *Die Urschrift zum Kommentar des Alexander Stadensis in der Landesbibliothek zu Wolfenbüttel,* ibid. XLIV (1927), 321-37.
6. **Grundmann, Herbert.** — *Ueber den Apokalypsen-Kommentar des Minoriten Alexander,* ibid. XLV (1928), 713-23.

De Fr. Alexandro Stadensi sive Bremensi, O. F. M., Provinciae Saxoniae, qui circa an. 1242, vel potius an. 1235-48, *Commentarium in Apocalypsim* conscripsit, apud antiquiores bibliographos nonnisi paucissimae eaeque vagae notatiunculae legebantur. Quoniam ultimis deceniis tantum apud viros doctos innotuit, de eo sparsim prolata hic utiliter colligimus.

An. 1873, cum ecclesia metropolitana Pragensis iubilaeum noni ab erecto episcopatu centenarii celebraret, Ant. Frind, arte phototypica exprimi fecit e cod. *Cim. 5,* in 4°, ff. 151 Capituli Pragensis [= **P**]: *Scriptum super Apocalypsim cum imaginibus,* Pragae 1873, in-4°, XVI, 301 pp. — Post indicem capitulorum, Prologus incip.: *Sanctus Iohannes apostolus et evangelista propter verbum Dei quod predicabat, missus est in exilium;* expl.: *donec dominus Iesus Christus amplius eos certificet. Alia expositio qua nos etiam interdum utimur, sic incipit: Apocalypsis.* — Commentarius incip.: *Apocalypsis grece, latine dicitur revelatio; cum dicit Apocalypsis, subaudiendum est: hoc est. Sed iste modus locutionis;* expl.: *cetera intelligantur, ut superius dictum est.* In praefatione Frind exposuit codicem Avinione saec. XIV scriptum esse pro Cardinali Luca Fieschi (de Flisco, Ianuensi), arguitque auctorem anonymum Fratrem Minorem fuisse, qui scripsisset an. 1244; cf. infra, 197, nota 2.

E. Bernheim, *Das Wormser Konkordat und seine Vorurkunden (Untersuchungem zur Deutschen Staats- und Rechtsgeschichte, 81 Heft),* Breslau 1906, 84-8: *Exkurs II, Das Scriptum super Apocalypsim des Franziskanermönches Alexander vom Jahre 1244,* nomen Fratris eruit (1),

(1) Celatur enim in verbis (ed. Pragens. 3b): « *Sicut nos accepimus de agno, qui est rex regum ... attendimus allevare sive alleviare tenebras et obscuritatem ... allevans tenebras interpretatur namque nomen expositoris* ». Hoc significaret vox Alexander, iuxta S. Hieronymum, *Interpret. Hebraic. nomin.* ap. P. L. 23, 815b; ap. Lagarde *Onomastica sacra*², Gottingae 1887, 78, n. 17.

adnotans non Nicolaum Lyranum, O. M. († 1340), primum Apocalypsi applicuisse expositionem historicam usque ad sua tempora, sed hunc Fr. Alexandrum, cuius *Scriptum* Lyranus adhibuit. — E. Bernheim etiam pervidit Alexandrum schemati sive systemati S. Augustini philosophico-historico de pugna et lucta continua inter *civitatem Dei* et civitatem diaboli inhaesisse. Cuius systematis S. Augustini in medii aevi historicos influxum permaximum E. Bernheim primus perspexit et in lucem posuit: *Lehrbuch der hist. Methode und Geschichtsphilosophie*, 5-6 Aufl., Leipzig 1908, 686 ss.; *Mittelalterliche Zeitanschauungen in ihrem Einfluss auf Politik und Geschichtschreibung.* I: *Die Zeitanschauungen,* Tübingen 1918, 10 ss.

1. Laudati E. Bernheim discipulus H. Hintz ideo in dissertatione sua accurate exposuit Alexandrum systema illud S. Augustini, qui Deum et mundum, civitatem (modernis: statum) et Ecclesiam, singulorumque hominum partem bonam et malam, luctae universae et continuae instar considerat, secutum esse (cap. I, 17-37). Deinde explicat, quomodo Alexander « *secundum ordinem historiarum* » dicta Apocalypseos rerum dein gestarum seriei applicuerit (cap. II, 47-82) usque in sua tempora, Friderici II imperatoris « tyranni et bestiae » contentiones cum Romanis pontificibus interpretans, e parte sua Papae strenue adhaerens (78-80). Tempus Antichristi post 70 circiter annos inchoandum foret, in quo Ordines Minorum et Praedicatorum miro sanctoque modo praecellent (80-2). — Tunc eschatologia temporis Antichristi iuxta Alexandrum describitur (cap. III, 82-91). Demum exposita comprehenduntur (91-4). In introductione (7-17) de systemate Augustiniano eiusque influxu disseritur et allegatur (12) locus iuxta quem Alexander intellectum suum Apocalypseos desuper accepisset [1].

2. De hoc studio v. AFH XVI, 224-5. — Paucis recolimus J. P. Gilson niti in codice *Mm. 5. 31* bibliothecae universitatis Cantabrigiensis [= **C**], saec. XIII, ff. 205, in Anglia scripto. Ex eo plura folia evulsa fuerunt; nihilominus textum pleniorem continet quam P. — Hexametra quatuor *Scripto* in C praemissa nomen auctoris produnt: « *Frater Alexander Fratrum collega Minorum* », qui illud scripsit: « *mille ducentis, septem sex vicibus* », i. e. an. 1242. Fol. 180 idem annus omnibus litteris exprimitur [2], et in *Proemio* opus tribuitur « *Fr. Alexandro viro simplici*

---

[1] Ed. cit. 3a: « *Quodam vero die dominico, cum nos, prout potuimus, preparassemus ad communicandum, quedam nobis apparuerunt obscure. Cum autem circa hec noster fluctuaret intellectus, factum est die tertia, cum corpore Domini nostri Iesu Christi communicaremus, ... ut ipse nos in tantum instrueret, quod eodem die partem libri maximam intelligeremus repletam secundum ordinem hystoriarum; aliaque postea nos docuit* ».

[2] C f. 180r: « *Anno domini millesimo ducentesimo quadragesimo secundo, quando cessavit episcopatus, sunt hec scripta, antequam eligeretur dominus Innocentius papa quartus, quamvis ante pene totus liber fuisset consummatus* ». Liquet ergo saltem hanc notitiam additam seu insertam esse (cum aliquibus praecedentibus rebus) post 25 iunii 1243, quo die Innocentius IV electus est. Eius praedecessor Celestinus IV, electus 25 oct. 1241, iam 10 nov. 1241 obierat. In G¹ hic locus

et laico ». Loci a Gilson e C editi probant commentatorem adhibuisse *Chronicam Saxonicam,* Helmoldi *Chronicam Slavorum* et Fr. Alberti Stadensis, O. S. B., dein ab anno 1240 Ord. Minorum, *Annales Stadenses* (21-5), item Pseudo-Ioachim *Interpretationem in Ieremiam.* De S. Francisco plures breves locos e *Vita I* Celanensis exscripsit (26-34), unum e bulla *Cum qui recipit* (BF I, 127-8). Adde (33) S. Francisci *Epistolam ad Capitulum* generale; v. AFH XVI, 225. Vicissim Albertus Stadensis *Scriptum* hoc Alexandri allegavit. Gilson conicit (34-6) expositorem qui certo Saxo erat, eumdem fuisse cum: « *Alexandro de Bekeshovede* », scholastico (ludimagistro) Bremensi an. 1237-1241 iuxta documenta. — In nota (35) A. G. Little addit etiam « *Fr. Adamum de Bechesoveres* » alias « *de Hekeshovre* », O. Min. in Anglia et celebrem physicum, i. e. medicum, ex eodem oppido ortum esse; cf. *The Grey Friars at Oxford,* ibid. 1892, 187; *Monum. Franc.* I, (London 1858), 137, 320, 333.

3. P. A. Kleinhans codices P et C atque W et D [iuxta num. **4**] describit (291-5), de auctore tunc e iam dictis (in num. **1** et **2**) cognita colligit (295-8), recte arguens Alexandrum fratrem laicum permanere voluisse (298 s.). Eum *Bremensem* vocat e munere scholastici; subdens eum forte in urbe Stadensi Ordini Min. nomen dedisse, unde etiam *Stadensis* agnominari possit (299 s.). — Addimus circa hoc: si expositor idem est cum scholastico, verum cognomen eiusdem esset de *Bekeshovede.* Quod oppidulum tamen non est hodiernum *Buxtehude,* sed *Bexhövede* prope *Beverstadt,* haud longe a Brema, uti Grundmann (in num. **6**) notavit. Caeterum non constat Alexandrum conventum Stadensem incoluisse, quia scripta Alberti etiam Bremae nosse poterat, quae parum a Stade distat. Conventus O. F. M. Stadae certo ante an. 1240 exstabat; conventus Bremae item certo ante an. 1241; cf. Hoogeweg, *Klöster Niedersachsens,* Hannover 1908, 19, 120; v. AFH III, 152 s. — Dein A. Kl. de indole Commentarii agit (300-5), de fontibus in eo adhibitis (305-7) et de eius influxu in Petrum Aureoli, *Compendium sensus litt.,* ed. Ph. Seeböck, Ad Cl. Aquas 1896, et in Nicol. Lyranum, qui ambo *Scriptum* Alexandri adhibuerunt (307-10). — Sequuntur textus quidam e *Scripto* selecti (310-34), iuxta P, adhibito interdum C (e num. **2**). Ex his nobis notandi sunt loci de S. Francisco, de S. Dominico et horum Ordinibus (318-34). Praeter fontes iam sub num. **2** notatos, Alexander adhibuit etiam *Regulam II,* Iacobi de Vitriaco, *Historiam Oriental.,* et de S. Dominico *Legendam* a Petro Ferrandi scriptam. — Addimus ad 323, notam 7, hunc textum legi ap. I Cel. 88, 17-8. — Ad 326, notam 2, cf. I Cel. 37, 10-6. Sed hic etiam resonare videtur antiphona III ad Laudes festi S. Francisci.

4. G. Prausnitz accuratissime codicem bibliothecae universitatis Wratislaviensis [= **W**] *I. Q. 19,* saec. XIII, ff. 136, uti praecedentes pluribus imaginibus illustratum describit. Post tabulam capitulorum ante

tantummodo usque *scripta* pertingit. — In aliis 7 MSS [de quibus infra] idem locus adest, nisi quod in P (p. 236 b) et Ch pro *1242* legatur *1244.* Qui annus ex ipso tenore loci huius erroneus apparet. Ch post *quartus* inserit: *qui modo sedet.*

Praefationem in W adest rubrica: « *Incipit prefatio fratris Alexandri de ordine fratrum minorum in expositionem apocalypsis, qui anno [M]CCLXXI obiit* ». Olim monasterii S. Michaelis Bambergensis, O. S. B. codex fuisse videtur. Pr. praesertim imagines respicit (241-7), tenorem quoque commentarii expandit (173-84). — Exin codicem Dresdensis [= **D**] bibliothecae *A. 117*, saec. XIV in Thuringia, uti videtur, scriptum, 109 ff., brevibus describit, cuius delineationes recensitae et partim editae sunt ap. R. Bruck, *Die Malereien in den Handschriften des Königreiches Sachsen*, Dresden 1906. — Etiam codicem C commemorat (539 s.). *Scriptum* hoc ab aliis in Apocalypsim editis discernit; v. gr. ab eo quem Ioh. de la Haye sub nomine Alexandri Halensis edidit Parisiis 1647 (541). — Qua de re (addimus) cf. S. Bonav. *Opp.* VI (1893), IX-XIV; ubi etiam codd. C et W notantur. — Tunc Pr. etiam Lyrani commentarium recolit (542-3), et relationes personales inter Alexandrum et Albertum Stadensem exponit (544-6). — Demum minutius de scriptura et picturis horum codicum sermo artisticus et formalis fit.

5. Hic duo novi codices *Scripti* nostri panduntur in bibliotheca Guelferbytana *(Wolfenbüttel): 3583 August. 55, 4.º* [= **G**[1]] saec. XIII, ff. 122 et *3347 August. 4º*, saec. XV, fol. 1-116 [= **G**[2]]. In illo *Scriptum* anonymum est; sed desinit: « *an. dom. MCCXXXV est primo hec expositio super apocalypsim scripta* ». In G[2] hic adest titulus: « *Expositio vel interpretatio super Apocalypsim fratris layci de ordine Minorum sibi divinitus revelata* ». In G[1] et G[2] imagines sive delineationes aliorum MSS. deficiunt, sed litterae initiales capitulorum in eis miniatae sunt. In utroque codice nova forma, et quidem prima recensio *Scripti* exhiberetur. Alii quatuor codices secundam recensionem constituerent. Immo ex anno praedicto *1235* Pr. inducere vult G[1] autographon Fr. Alexandri esse (325). Haec vero illatio pluribus firmanda erat, nam in G[1] legitur etiam, sicuti in aliis, annus 1242 [cf. 197, nota 2] et insuper in solo G[1] legitur locus: « *Hoc etiam in alio loco in libro isto designavimus, in quo scripsimus: quamvis episcopi a tyrannis huius mundi multum affligantur etc.; scripta sunt hec an. dom. MCCXLVIII* ». — Ex hac ultima particula potius colligendum est Alexandrum etiam posteriore tempore *Scriptum* suum in aliquibus retractasse et breviasse, unde in G[1] potius recensio tardior (saltem partim) exstaret, quae in G[2] denuo a quodam — amanuensi potius quam ab auctore — mutata esset, vel non fideliter transscripta. Caeterum Pr. de his rebus internis *Scripti* modo confuso loquitur; rebus technicis artis delineandi et palaeographiae in codicibus nimis inhaeret. Hae res indolem *Scripti* minus illustrare possunt quam Pr. opinatur. Is quoque non recte censuit (332) *Scriptum* hoc fuisse « manuale doctrinae religiosae et chronicam ». Neutri enim fini *Scriptum* tale obvolutum inservire umquam poterat.

6. Grundmann duos alios codices *Scripti* manifestat, Vaticanum lat. [= **V**] *3819*, saec. XIV, ante an. 1334, potius ante 1369 scriptum, forte in Italia vel Gallia meridionali. In coetu quodam Spiritualium O. Min. seu potius his faventium, scil. stirpis Romanae de Columna collectus, V cum aliis scriptis eschatologicis et Pseudo-Ioachiticis, f. 19-131 continet: « *Ioachim super Apocalipsim* ». Sed reapse

est *Scriptum* Alexandri, non ipsius Ioachim opus authenticum: *Expositio in Apocal.* Exordium et finis cum P consonant, estque textus communis, ut ita dicam MSS., solis G[1] et G[2] exceptis. In V in initio adsunt delineationes, quae postea deficiunt, spatiis pro eisdem vacantibus (713-5). — Idem textus communis *Scripti* adest in MS. Cabillonensi [= **Ch**] *68*, in bibliotheca municipii *Châlons-sur-Marne,* scriptus saec. XIV iisdem forte in regionibus in quibus et V. Codex Ch antea fuerat conventus Eremitarum O. S. Aug. Cabilloni. In simili collectione Pseudo-Ioachitica continet, f. 1-61c: *Postillam Ioachim super Apocalypsim;* avulso folio uno, pars Prologi deficit. Ch delineationibus caret (715-6). Gr. textum codicum V et Ch accurate non inspexit. — Coniecturat tamen plures redactiones *Scripti* Alexandri exstare, quod diversis temporibus pedetentim exaratum esset. In C (non in Ch) caeteris codicibus antiquiore redactio ultima et completior adesset (716, 718-9). E supradictis elucet *Scriptum* non iam simpliciter anno 1242 affigi posse. Cf. 197, nota 2. — Interim accessit etiam annus 1248 in G[1] (cf. num. **5**). — Praeterea Pseudo-Ioachim, *Interpretatio in Ieremiam* ab Alexandro exscripta, iuxta Salimbene, *Cronica,* 236-40, iam an. 1248 exstabat. Cum autem (arguit Gr., quin res pateat), *Interpretatio* illa vix diu ante an. 1248 composita sit, redactio ultima *Scripti* in C circa an. 1248 effecta esset (718-9). — Ast in eumdem annum iam G[1] nos deduxit, et si redactio partim prior *Scripti* in G[1] hunc annum praesupponit, eo fortius id dicendum erit de redactione ultima quae in C exstaret. Liquet vero tempus quo *Scriptum* compositum fuerit, tantummodo post accuratam codicum inter se magnopere variantium collationem decisum iri. Idem valet circa varias redactiones *Interpretationis in Ieremiam,* cuius Salimbene et Alexander recensionem antiquiorem quam editam Venetiis 1516, 1525 et Coloniae 1577, adhibebant. — Fatemur annum illum 1248 et alia quaedam (717) aliquatenus afficere ea quae Gilson (num. **2**; eadem in num. **3**) adduxerat, ut Alexandrum nostrum eumdem cum scholastico Bremensi coniceret; res tamen adhuc probabilis est. — *Scriptum* postea (uti notavimus) ipsi Ioachim tributum est, quamvis decursum Apocalypseos aliter quam abbas Florensis exposuisset (720-1); litteraturae Pseudo-Ioachiticae influxum subiit, *Interpretationem* supra dictam adhibens; postmodum *Scriptum* ipsum eidem litteraturae accensitum et cum ea propagatum est in coetibus Spiritualium et horum fautorum (721-3). — Probabile est *Postillas Ioachim abbatis in Apocalypsim,* quae in catalogis librorum Benedicti XIII (1394-1424) et Gregorii XII (1406-17) recensentur (715, nota 1), revera *Scriptum* Alexandri designasse. — Addimus opus hoc probabilius comparere in Catalogo bibliothecae Carthusiae Erfurtensis, saec. XV exeunte colleeto: « *nº 91. Super Apokalipsim b. Iohannis magistralis postilla vel pocius lectura cuiusdam fratris ordinis Minorum* »; ap. P. Lehmann, *Mittelalterliche Bibliothekskataloge Deutschlands,* II, München 1928, 292. Ibidem (460) aderat quoque Ioachim *Expositio Apocalypsis.* — Gr. etiam adnotat (720) in cod: Assiensi *442,* brevem partem Prologi *Scripti in Apoc.* exstare.

P. Michael Bihl, O. F. M.

1. **Bondatti, Guido,** O. F. M. — *Gioachinismo e Francescanesimo nel dugento.* — S. Maria degli Angeli, tip. Porziuncula, 1924. — In-8°, XII, 174 pp. — (L. 12).
2. **Grundmann, Herbert.** — *Studien über Joachim von Floris.* — Leipzig (und) Berlin, B. G. Teubner, 1927. — In-8°, IV, 212 pp. — (RM. 8). — *(Beiträge zur Kulturgeschichte des Mittelalters und der Renaissance herausgegeben von* W. GOETZ, *Band 32).*
3. **Aegerter, Emmanuel.** — *Joachim de Flore. L'Evangile éternel. Première traduction française, précédée d'une biographie par* E. A. — I: *Vie de Joachim de Flore.* — Paris, Les éditions Rieder, 8 place Saint-Sulpice, 1928. — In-8°, min., 245 pp. — (20 Fr.). — II: *L'Evangile éternel.* — Ibidem, 1928. — In-8° min., 174 pp. — (20 Fr.). — *(Les textes du christianisme, vol. III, IV).*

1. Paulo post medium saeculum XIII in lucta vehementi quae Lutetiae Parisiorum a magistris cleri saecularis contra duos Ordines Mendicantes contentiose mota est, scripta Ioachim, quondam abbatis Florensis, vehementissime improbata fuerunt. Anno enim 1254 Fr. Gerardus de Burgo S. Donnini, O. M., Parisiis libellum inscriptum *Introductorius in Evangelium aeternum* edidit, qua introductionem scilicet in tria opera Ioachim inscripta: *Concordia Novi et Vet. Testamenti, Expositio in Apocalypsim* atque *Psalterium X chordarum.*

In his Ioachim theoriam suam de tribus statibus mundi ample exposuerat. Primus status sub Patre fuerat coniugatorum et laicorum; secundus sub Filio erat clericorum; tertius sub Spiritu Sancto futurus esset, circa an. 1260, novorum monachorum, virorum spiritualium, contemplativorum, perfectorum. Tertius status secundo seu evangelico iam substituendo perfectior foret, sed sine doctrina scripta etc. Titulus ergo ipse operis Fr. Gerardi sensui Ioachim contrarius erat, pleraeque doctrinae Ioachim a suo commentatore Fr. Gerardo errate et depravate proponebantur. Status tertius iuxta eum iam circa an. 1200 inauguratus fuisset ab ipso Ioachim, S. Dominico, S. Francisco atque ab Ordinibus eorumdem etc. Alias « *fatuitates* » (aiente Salimbene) Fr. Gerardus in glossis suis *Concordiae* Ioachim adiectis effutivit (63-77). Magistri Parisienses 31 errores ex *Introd.*, *Concordia* atque e glossis Gerardi extractos et partim falsatos (78-94), una cum *Introd.* ad Curiam detulerunt. Commissio cardinalitia ab Alexandro IV instituta, ut *Introd.* et doctrinas Ioachim censurae subiceret, Ananiae, 8 iulii 1255, sententiam suam contra *Introd.* et contra errores complures Ioachim (huius opera formaliter non condemnans) tulit (95-101). Alexander IV bulla 23 oct. et 4 nov. 1255 *Introductorium* proscripsit; cf. *Chart. Univ. Paris.* I, 297-8. — Minister generalis Ord. Min. Iohannes Parmensis (1247-57), qui Ioachita fervens erat, 2 febr. 1257 officio suo privatus, et forte an. 1263 apud Castrum Plebis inquisitus fuit; sed orthodoxia eiusdem elicita est (102-111; iuxta AFH XV, 533-4).

Haec omnia in capitibus V (63-94), VI (95-101) et VII (102-11) operis sui a P. G. Bondatti fuse exponuntur, quae una cum cap. VIII: *Il Gioachinismo nella lotta tra i professori secolari di Parigi e i Mendicanti* (112-46) partem principalem libri strenua cum sedulitate compositi constituunt. In hoc cap. VIII ideae Ioachiticae a Guillelmo de S. Amore, clericorum saeculaiium Parisiis antesignano, praesertim in saeva sua diatriba: *De periculis novissimorum temporum* (114-23) adversus Fratres O. Min. et O. Praed. facis igneae instar iactatae, docte colliguntur; v. etiam opus M. Bierbaum (AFH XV, 542-7), quod impigro auctori nostro valde utile fuit. Tractatus *De periculis* a nova commissione cardinalitia Ananiae inquisitus, sollemni bulla 5 oct. 1256 damnatus, igni vorandus traditus est (123-4). — Contra tractatum improbatum aliosque sequacium Guillelmi libellos ex Ordinibus Mendicantibus, institutorum suorum defensores, surrexerunt Fr. Bertrandus de Baiona, seu rectius Fr. Thomas de Eboraco, O. M. in libro qui exorditur: *Manus quae contra Omnipotentem* (125-8; AFH XV, 3-22 et deinde ib. XIX, 881 ss.), S. Bonaventura (128-32, 137-40) Ioh. Peccam (132-3), S. Thomas Aquinas (134-7), qui insimul Ioachimismum ipsum fortiter impetivit. E contra S. Bonaventura plures ideas ac dicendi modos adhibebat, quae cum conceptibus quibusdam Ioachim, orthodoxe intellectis, affinitatem quamdam habent (137-40). Guillelmus de S. Amore an. 1266 in novo suo tractatu *De antichristo et eius ministris*, licet coloratius, libelli sui *De periculis* conceptus refricavit (141-6).

Hae controversiae Parisienses litterariae, quatenus cum doctrinis Ioachim cohaereant, substantiam docti libri constituunt, quin eiusmodi finibus circumscribatur. Supra enim a nobis exposita capita V-VIII immediate praecedit capitulum IV: *De primis vestigiis Ioachimismi in Ordine Franciscano* (35-62). In hoc *Scripti super Apocalypsim* a Fr. Alexandro Bremensi, O. M., an. 1242[?] compositi aliqui loci afferuntur (39-41); cf. supra, 195ss. Iste Alexander Pseudo-Ioachiticam *Expositionem super Ieremiam* iam adhibuit (40) et etiam ad Tertium Ordinem « *Poenitentium* » alludere videtur (41). Etiam « *Chronica Minor Minoritae Erphordensis* » (42-4), et Frater Minor qui *Flores temporum*, an. 1292-4 primus collegit aliqua curiosa de Ioachim adnotavit (44-5). Fr. Adam de Marisco gavisus est, quod « paucas particulas » scriptorum Ioachim sibi quidam attulit (45). Fr. Rogerus Bacon conceptus quosdam vatis Itali admisisse videtur (45-8). — Cum pluribus Ioachitis confratribus conversatus est Fr. Salimbene, qui amoenas de eis notitias per *Cronicam* suam sparsit, praesertim de Fr. Hugone de Digna, de Ioh. Parmensi, qui erant « *spirituales viri et maximi Ioachitae* » (48-9, 57-62). Ipse Fr. Salimbene doctrinae isti adhaerebat, sed postquam annus fatalis 1260 absque cataclysmo elapsus est, « *dimisi* (ait ipse) *totaliter istam doctrinam et dispono non credere nisi que videro* » (49; *Cronica*, 302). — Fr. Mauritius de Provincia Ioachitas cavendos esse monebat (51). Fr. David de Augusta nimiam eorumdem credulitatem improbabat (52-3), Fr. Thomas Papiensis eorumdem calculos eschatologicos stultos censebat (53-6; iuxta AFH XVI, 24-8).

Appendicis instar adiectum est caput ultimum, IX, 147-164: « *Appunti sul Gioachinismo e l'arte* », in quo auctor extra saeculum XIII exspatiatur, agens praesertim de musivo Venetiis in basilica S. Marci, in quo, Ioachim prophetice figuram S. Francisci et S. Dominici [?] exprimi curavisset (148-57; v. etiam AFH XIX, 259s.). Dein primus ostendit picturas Angelorum stigmatizatorum in costulis fornicum transsepti basilicae inferioris S. Francisci Assisii, iisdem ideis Ioachiticis explicari, quibus S. Franciscus ab Angelo in Apoc. VII, 2, praefiguratus fuisset (157-62). Picturarum imago ibidem refertur.

Ut operi suo fundamentum substrueret, in primis capitulis, I (1-5) vitam Ioachim, prius O. Cist., deinde Ordinis Florenis fundatoris adumbravit, stabiliens eumdem mortuum esse 30 martii 1202; dein in cap. II (6-23) de operibus genuinis (6-11) et de spuriis mox abbati Florensi suppositis (13-23) agit. Tunc in cap. III (24-34) systema doctrinae tritheisticae Ioachim et trium statuum mundi ab hoc excogitatum exponit. — Quae doctrina « *tendit finaliter ad subversionem cleri, hoc est Romanae Ecclesiae et obedientium ei* », uti Commissio Ananiensis an. 1255 iudicavit (33). — Criticae animadversiones auctoris circa quasdam sententias Ioachim et Gerardi a fata Commissione inductas (32-4, 76-81) speciali modo recolendae sunt.

Disquisitiones claudit Index rerum ac nominum copiosus (167-73), quemadmodum eisdem praemissa est ampla bibliographia (p. VII-XI). In hac in titulis linguarum alienigenarum in plura sphalmata offendes, qualia etiam adnotationes aliquando exhibent; v. gr. 116, nota 1; 91, nota 2. Vide titulum apud Bierbaum, (ibi citatum: 269); p. 263 legas *Cambridge* pro *Canterbury*, etc. — Plures repetitiones facile evitari poterant (v. 73 et 83; 44 et 147; 45 et 148), non secus ac aliquot prolixitates. — P. Fournier an. 1909 sententiam suam de Ioachim auctore probabili libri *De vera philosophia* (11-2) dereliquerat; cf. Fournier, *Etudes sur Joachim*, 98-100.

Fr. Gerardus auctor « fatuus » *Evangelii* sui *aeterni* in vincula coniectus, pertinacissime errores suos, qui Ordini ruinae esse potuissent, retractare renuit. Hic Ioachita omnium strenuissimus, revera ideas Ioachim adeo deflexit, ut auctor eum putum Anti-Ioachitam proclamet (74). Studia auctoris id porro manifeste probarunt, Ordinem Franciscanum medio saeculo XIII minime Ioachiticum fuisse, neque Ioachimismo illo sive genuino sive erroneo infectum fuisse, quamvis aliquot Minoritae aliquas ideas Ioachim, iam mutatas et mundatas, praesertim eschatologicas amplecterentur.

2. Opus hoc, ut spissius ac densius est praecedente, disquisitionibus minutis in singulas quasdam theorias abbatis Ioachim constans, ita etiam lectionis est faticosioris. Nostrum vero non est ad singula descendere haecque discutere, cum agatur de rebus Ordinem Minoriticum plerumque indirecte tangentibus. Grundmann opus praecedens obiter tantum commemorat (p. 6, nota 4).

In « praefatione » (1-17) sua Gr. cognitionem profundiorem systematis abbatis Ioachim ex ipsius operibus eruendam esse postulans (1-3),

de auctoribus qui antea de eo egerant dicit (3-6). Genesis idearum Ioachim magis inquirenda est, inquit; problemata specifica a Ioachim proposita in nexu historico, sive congruo sive adverso, cum ideis temporis sui ac prioris inquirenda est, ut problematum a Ioachim motorum ambitus ideologicus, historicus et religiosus, prouti illo aevo erant, dignoscatur (7). Doctrinam eius de Trinitate, ab Ecclesia an. 1215 expresse condemnatam (8), quae a Ioachim e doctrina theologica in historicam mutata sit, e disquisitione sua secludit (8), quamvis haec theoria tritheistica revera basim triplicis evolutionis mundi a Ioachim excogitatae constituat. — Item Gr. directe de ideis circa Antichristum hic agere non intendit (9), neque de relationibus quae inter Ioachim et Graecos intercesserint (9-10), neque de significatione sociali theoriae perfectionis a Ioachim pro « *tertio statu* » praedictae (10). Iuxta solam methodum historicam se procedere velle dicit, licet ipsum obiectum investigandum e natura sua conceptum mundi totius contingat, qui absque notionibus « ethico-philosophicis » cuilibet impervius est (10-1). —. Elucet autem hanc methodum plures difficultates parere viro docto modernis ideis, categoriis noëticis, problematibusque imbuto, (quamvis opinionibus praeiudicatis se liberum et immunem reputet). Quae ' speculationis pericula ' auctori non incognita sunt (10-1). Attamen censet se iure in sententiam hanc devenisse: Ioachim, contra ideale catholicum, quod docet omne vere perfectum solummodo in mundo altero futuro consistere, propugnavit systema non transscendens, scilicet perfectionem iam in tertio suo statu Spiritus Sancti assequendam esse in hoc mundo (11). — Quae conclusio nova auctoris adeo anti-spirituale apparet atque e mundi citerioris conceptu terreno promanat, ut toto reapse caelo ab ideis abbatis Ioachim circa tertium statum spiritualem, distet. Sed de his plura infra. — Paucissimis Gr. *vitam* Ioachim comprehendit (12-3), eodemque modo de ipsius operibus principalibus: *Concordia, Expositio in Apoc.* et *Psalterium X chordarum* (13-4), loquitur, quae omnia iussu Paparum trium scripta sunt; dein de aliis fontibus, praesertim de editionibus mendosis operum Ioachim (15-7) dicit.

Inquisitiones maxima cum diligentia effectae in tria capita seu in tres partes distinguuntur. In I: *Die Formen der Exegese und die Geschichtstypologie* (18-55) agitur de methodo exegetica et logica a Ioachim in argumentando et exponendo adhibita; in II: *Weltende und Zukunftszeit* (56-118), eius theoria historica seu ' periodica ' expanditur praesertim circa tertium statum mundi. Qui conceptus trium periodorum aevi totius ipsi maxime proprius est; in III: *Das christliche Ideal im Jenseits und Diesseits* (119-56), ideale religiosum Ioachim definitur assequendum in tertio statu. — Titulus huius partis inadaequatus est; non enim de hac sive citeriore vita et ulteriore hic agitur, sed de « ideali religioso » in statu secundo et tertio systematis ipsius Ioachim.

Nostri non est muneris singula hic referre, definire, recolere. Quilibet ex istis disquisitionibus minutis plurima nova circa ideas abbatis Florensis discet. Notamus Gr. novam editionem *Concordiae* et quo-

rumdam aliorum operum Ioachim praeparare (5 nota 5); unde etiam hoc in libro aliquando ad MSS. recurrit. — In parte I de exegesi Ioachim agens, de eius hermeneutica, typologia, quam Ioachim circa tres status suos vicissim applicat qua novam suam veramque « *intelligentiam spiritualem* », tantae partes historiae exegeseos evolvendae non erant (23-37), vel saltem brevioribus comprehendi poterant. Gr. saepe fatetur Ioachim in typologia sua triplici, (non iam duplici inter Vet. et Nov. Tectamentum), in typologia numerorum et in epochis historiae vi typorum dispartiendis, summo arbitrio quaecumque systemati suo adaptasse.

E parte II notamus Ioachim, licet 42 suis generationibus, quarum XL^{ma} circa an. 1200 inciperet, annum 1260 qua tertii status initium insinuaret, tamen mundi finem prophetice utcumque definire renuisse (58-65). Insuper tres status horumque periodos insimul exsistere posse docebat (65-9). Ultra *civitatem Dei* sive *Christi* (secundum S. Augustinum), novam tertiam, prioribus perfectiorem sub speciali quodam regimine Spiritus Sancti, in mundi totius decursum invexit (70-5). — Tria stadia historiae mundi etiam a Ruperto Tuitiensi († 1157) et ab Anselmo Havelbergensi († 1158) proposita sunt, quae quamquam a tripartitione Ioachim profunde distinguantur, forte nimis longinque a Gr. seponuntur (91-5). — « *Ordo iustorum* » futurus in tertio statu « *perfecte imitari vitam Filii hominis* » i. e. Christi debebit (105), qui status ultra ecclesiam Christi, « *ecclesia spiritalis* » (107) erit. Auctor fatetur Ioachim ipsum nonnisi admodum vage et allegoricis velaminibus id enuntiasse, quod Ecclesiae Christi tunc aliquando sufficiendum foret (107). Tantummodo asseclae atque adversarii abbatis Florensis de fine Evangelii, sacerdotii et sacramentorum locuti essent (108); item censores Ananiae an. 1255 ita eiusdem placita interpretati essent (109-10). Hi tamen et ipsi aliquas consequentias e theoriis Ioachim traxerant (v. num. **1**). Unde saltem Gr. in his exponendis strictissime solius Ioachim ideis, prout ab ipso expositae sunt, inhaerere debuit (110-7). Ideo etiam conclusio a Gr. tracta magis quam elicita est (117-8, 140-3, 154-6): Momentum specificum Ioachim in eo constitit, quod contra Ecclesiam docere ausus est perfectionem absolutam in hoc mundo (sive tempore) consistere posse, absque sacerdotio, sacramentis scripturisque sacris, ita ut mundus alius transscendentalis qua superfluus corruat vel excludatur. Haec illatio iam in initio libri (10-1), qua eiusdem punctum culminans praedicata, a Ioachim enuntiata non fuit. Etiam Gr. ideo conceptibus Ioachim vim intulisse videtur, talia inferendo, ut Ioachim suus quasi quidam longinquus antecessor idearum modernarum praeluceret. — Adde Ioachim certe non negasse vitam alteram animae immortalis ordinemque rerum in altero saeculo transscendenti secuturum, tum pro singulis, tum pro universitate. Huiusmodi negationes nullus adversariorum in Ioachim impegit, neque Gr. ullibi protulit. Hic ideas Ioachim ideo huius vitae terrenae terminis finibusque nimis coangustavit, conceptus modernos in animum plane diversum Ioachim proiciens. Hi-

storia idearum harumque structura mentalis, sive logica sive paralogica fuerit, econtra ex ipsis conceptibus in aevo quolibet vigentibus consideranda et enucleanda est.

In cap. III expanduntur qualitates constitutivae tertii status: Perfectio (120-8), contemplatio, quae munus foret « *novi Ordinis* » « *virorum spiritalium* » (128-34), libertas (134-42) atque Spiritus (142-5). Hi conceptus ab aliis aliter mox explicati in posteriores influxum varium vastumque exercuerunt. Gr. hic quoque ideam « perfectibilitatis » (quod nomen Ioachim non adhibuit) invexit (121-2), ut doctrinam eiusdem eo patentius anticatholicam diceret (121-2). « Libertas » et « spiritus » a Ioachim praedicta, minime anarchiam spiritus seu spiritus libertatem significabant (136), quamquam posteriores ita intellexerunt has voces et in praxim deduxerunt. — Gr. plura a Ioachim non clare definita esse saepe concedit, in aliis contradictoria quaedam animadvertit; crebro ad priores auctores praesertim S. Augustinum, quem Ioachim saepe allegavit, recte quidem quoad methodum recurrit. Ast Ioachim eiusque ideae, saepe incomplete expositae, obiective tantum, sine conceptuum modernorum subsidio, nunc utili, nunc nocuo (uti vidimus) simpliciter exponendae erant.

Subnectitur caput IV: *Das Fortleben der Joachimschen Ideen* (157-92), ubi plerumque densis cum notitiis inquiritur, quomodo ideae Ioachiticae postea propagatae sint. In primis Gr. de propagatione scriptorum Ioachim plura colligit (158-63), de Amalricianis Parisiis an. 1210 condemnatis, tres status mundi iuxta Trinitatem profitentibus etc. fuse agit (163-9), de sectis quibusdum spiritualisticis Germaniae saec. XIII (170-5), de asseclis « liberi spiritus » (175-84), de Ioachitis et Spiritualibus inter Fratres Minores (184-90 et 158-63) de ideis Colae de Rienzo (190-2). Gr. nexum ideologicum ac historicum inter Ioachim et S. Franciscum omnino inverisimilem reputat (190; contra K. Burdach, *Reformation,* Berlin 1918, 22-3, 31). — In summa fatendum est, nullum perfectum Ioachitam post Ioachim surrexisse; nam isti partes quasdam placitorum eius suo modo explicavere, aliqui etiam praxi suae pravae adaptavere.

Liber clauditur duplici « *Excursu* ». In I (193-8) accurate describuntur editiones operum genuinorum et spuriorum Ioachim, quae primum Venetiis an. 1516-27 prodierunt. Edendi initium fecerunt Eremitae O. S. Aug. Alibi alia opera spuria eiusdem typis cusa sunt. — In altero Excursu: « *Die Typologie in der Kunst* » (199-207), de typologia in operibus artis figurata perdocte agitur; etiam de typis a praedicatoribus explicatis sermo fit (204). Typologia caeterum in Novo Test. fundatam esse Gr. bene novit. — Demum subicitur index nominum (210-213), qui valde utili indice rerum auctus fuisset. — Idem auctor scripsit: *Die Papstprophetien des Mittelalters,* ap. *Archiv für Kulturgeschichte,* XIX (1928), 77-138, de qua dissertatione alias agemus.

3. Em. Aegerter neque critici, neque historici severi partes sibi assumpsit, sed in volumine I partes narratoris habilis iucundique lectu

egit, quam diffusissime biographiam abbatis Ioachim enarrans ac depingens. In altero tomo econtra, contractis velis, quibus antea late ac longinque undis sibi admodum fidis (sed revera incertis et malefidis) navigaverat, tria illa opera quae *Evangelium aeternum* constituunt, firmiore peritoque calamo gallice interpretatus est, sed tantummodo partes eorumdem sive graviores, sive nota Ioachitica insigniores seligens.

Pro vita Ioachim, quem ipse « *voyageur paradoxal* » dixit (I, 54), enarranda usus est notitiis quibuscumque de Ioachim traditis, apud AA SS maii VII, 91-125 (ubi pauca documenta synchrona praebentur et *Vita* diu postea scripta), atque praesertim apud Fr. Arm. Gervaise, O. Cist., *Histoire de l'abbé Joachim surnommé le Prophète, religieux de l'ordre de Cîteaux, fondateur de la congrégation de Flore en Italie, avec l'analyse de ses ouvrages,* Paris 1745, 2 voll. Hoc opus saepius aliis allegat (17, 24, 38, 43, 131, 174, 231), licet non sine rariore animadversione critica. Adhibet etiam notamina brevia Fr. Lucae, aliquando socii Ioachim (94, 120, 130, 192), etc. Omnia modo quocumque tacta auctor ipse libere ac ubertim exornat, arte narrandi quoad formam litterariam insigni, licet curiosa et fabulosa. Sic peregrinationes Ioachim in Terra Sancta spatiose narrantur, (I, 38-47); sic facile saepeque construuntur « *scènes à grand effet* » (I, 170). — De Ioachim puero et adolescente sermo copiosus fit (I, 13-53), de suo monachatu Cisterciensi (54-141), de novo Ordine Florensi ab eo fundato, de varia actione politica et prophetica fundatoris (142-245). — P. 226-7, 232, ubique pro *Innocentius IV* legas: *III;* etc.

In altero volumine loci selecti operum Ioachim gallica veste induti exhibentur, ita ut omissionum tenor breviter significetur. — Interpres textus editionum Venetarum vertit; plures adnotationes exegesim biblicam spectantes adiecit, eruditionis partim modernae, partim antiquatae, iuxta Cornelium a Lapide, Calmet etc. — Praemittit (18-9) versionem bullae Alexandri IV, 23 oct. et 4 nov. 1255 circa iudicia Commissionis Ananiensis, atque *Epistolam* seu *Testamentum* Ioachim, in quo se et opera sua iudicio S. R. Ecclesiae subiecit (25-7). — Excerpta praebet (28-86) e *Concordia Novi et Vet. Testamenti,* Venetiis 1519, ex *Introductorio in Expos. in Apocal.* (87-113), ex ipsa *Expos. in Apocal.* (113-45), e *Psalt. X chordarum* (149-66) una cum « Prophetia Fr. Gerardi Odonis Ord. Min. Ministri glis » sat vaga de adventu antichristi (166-7) ex editione Veneta, 1527, in qua *Prophetia* ista legitur f. 279v. — Subsequitur bibliographia (169-72), miris plurimisque mendis scatens. Horum hoc esto exemplum: « Fra Salembene, *Chronicon in Sarte opere de claris archigymnasii bononiensis professoribus,* t. I (Ed. Holder Hegger dans Monumenta germaniae historica scriptores, t. XXXII) ». Ubi *Cronica* Fr. Salimbene (cf. AFH VI, 759 s.), nescio quâ ratione, confunditur cum opere M. Sarti et M. Fattorini, *De claris archigym. bon. prof.,* Bononiae 1769-81; ibid. 1888-96. — Duo tomi ab Aegerter evulgati valore scientifico carent.

P. Michael Bihl, O. F. M.

Herbst, Hermann. — *Der Bericht des Franziskaners Wilhelm von Rubruk über seine Reise in das Innere Asiens in den Jahren 1253-1255. Erste vollständige Uebersetzung aus dem Lateinischen. Herausgegeben und bearbeitet von* H. H. — Leipzig, Griffel-Verlag, 1925. — In-8°, XXVIII, 200 pp. — (RM. 6,50; religat. linteo RM. 8,50).

Opus hoc « Sanctum Franciscum sequentibus » pie dicatum, insigni veste typographica decoratum, H. Herbst summa admiratione intrepidi viatoris minoritici ductus composuit, postquam *Itinerarium* Fr. Willelmi (de) Rubruk magna cum diligentia versavit. Ita prima versio integra *Itinerarii* in linguam Germanicam, quam Fr. Willelmus utpote e Flandria oriundus callebat (127, 140, 146), omnem meretur laudem.

Versioni interpres praemisit « *Introductionem historicam* » (IX-XVIII) atque biographiam Fratris istius (XIX-XXVII), qualis ex eiusdem *Itinerario* colligi potest. Interpretationem (1-174) subsequuntur *Conspectus Itinerarii* (175-6), a 7 maii 1253 usque ad 15 aug. 1255, dein: *Animadversiones* (179-200), in quibus aliqui loci obscuriores operis explicantur, eaque significantur quae Fr. Willelmus primus ex occidentalibus conspexit et scripto suo retulit, sic cognitiones geographicas, ethnographicas etc. coaevorum suorum adaugens. Interpres praeterea adiecit tabulam Asiae geographicam, in qua itinera Fratris et loca ab eo lustrata signata sunt; item ectypon paginae codicis Cantabrigiensis (Colleg. Corp. Christi, n. *181*) atque qua frontispicium imaginem tentorii Tartarici, ex H. Yule, *The book of Ser Marco Polo,* London 1875.

Fr. Willelmus cum socio suo Fr. Bartholomaeo Cremonensi, a Ludovico IX ad Sartach, principem Tartarorum, quem christianum factum esse fama falsa ferebat, ablegatus fuit. Die 7 maii 1253 Constantinopoli in Gazzariam (modernis Crimeam) profectus est. Ab uno principe Tartarorum ad alium superiorem, sed et longinquiorem missus Fr. Wilhelmus usque ad Magnum Chanum, Mangu, progredi debuit, ad cuius curiam in Mongolia tandem pervenit 27 dec. 1253. Mangu, Fr. Willelmum caeterum humane pertractans, ei facultatem inter Tartaros commorandi denegavit. Hinc in regiones Christianorum reverti debuit, iulii 1254. Sic novas regiones invisens tandem Cyprum rediit 17 iunii 1255. Opinatus enim erat Ludovicum IX, adhuc in Oriente cum exercitu suo degere, secus ab Etilia non versus meridiem peregrinasset, sed per Valachiam et Hungariam Parisios perrexisset. Regi supplicat, ut apud Ordinis superiores agat, quatenus sibi facultatem faciant Parisios regemque adeundi (172).

Non erit quin Relationem Fr. Willelmi sine stupore et admiratione, hac in versione perita perlegat. Quae ut aliquando tersior adhuc prodire possit, aliqua emendanda et expolienda hic subnectimus. — Interpres in genere secutus est editionem quam curarunt Fr. Michel et Th. Wright, ap. D'Avezac, *Recueil de voyages,* IV, Paris 1839, 213-396 [= *Rec.*], usus est etiam W. Rockhill, *The journey of William of Rubruk,*

London 1900, necnon aliis operibus, v. gr. Achatii Batton, O. F. M., de quo dictum est ap. AFH XV, 552-3. — Subdimus codicum lectiones saepe meliores haberi ap. C. R. Beazly, *The texts and versions of John de Plano Carpini and William de Rubruquis as printed for the first time by Hakluyt in 1598*, London 1900 *(Printed for the Hakluyt Society)*, ubi textus latinus incompletus *Itinerarii* legitur, 144-83; dein versio Anglica, 184-234. In fine habes apparatum criticum ad textum latinum (295-304) et adnotationes ad dictam versionem (304-34). — Ap. *Rec.* 255: « *accepi in pectore pulvinar ... et bibliam* » male vertitur: « *nahm ich das Tabernakel vor meine Brust* » (38). *Pulvinar* hic idem est ac *pulvinus.* — *Rec.* 256: « *in festo S. Petri ad Vincula* » interpretandum erat (39): « *am Feste Petri Kettenfeier* ». — Dictum *tabulam pulsare* (45, 93, 126: *Rec.* 263, 315, 348) rectius vertitur p. 152: *Rec.* 373. — « *Instructus in grammatica* » (52, 70: *Rec.* 272, 393) revera generatim significabat aliquem ideoma latinum utcumque didicisse. Contextus ipse etiam sensum hunc suggerit. — « *Conditiones Ordinis nostri* » non regulam O. F. M. designant (53: *Rec.* 272), sed vivendi modum in eo observatum, uti recte alibi vertitur (78: *Rec.* 301). — *Almucia* (54: *Rec.* 273) est pilleus vel galerus, non vero *Umhang.* — Ibidem interpres recte *sotulares* dixit *calceos* fuisse; unde (78: *Rec.* 303) non apte ex eisdem *sandalia* effecit. — Iuxta *Rec.* 292, Nestoriani gerebant « *cucullas latas croceas* »; igitur non « *Kapuzen* » (70), sed vestes exteriores. — *A solis ortus cardine* Fratres Willelmus et Bartholomaeus tentatorium Mangu Chani introeuntes cantaverunt (82: *Rec.* 304), scilicet hymnum ad Laudes in festo Nativitatis Domini. — *Dies Ephiphaniae* (*Rec.* 313) eo minus verti potest: « *Epiphaniensonntag* » (90), quo an. 1254 dies VI ianuarii in feriam tertiam incidit. — Evangelium de nuptiis Canae factis (95: *Rec.* 317) legitur in dominica II post Epiphaniam; an. 1254 erat dies XVIII ianuarii. — *Oblationes* (*Rec.* 283) ab Uiguris idolis suis delata, non erant «*Oblaten* » (62), sed donaria votiva « *de pane et fructibus* », ut ibidem paulo inferius dicitur. — « Verba Dei », (129: *Rec.* 351 s.) a Fr. Willelmo inaccurate allegata, sunt Matth. 25, 27-9 et Luc. 7, 42-3, 47. **P. Michael Bihl**, O. F. M.

De Kok, David. — *Bijdragen tot de geschiedenis der Nederlandsche Klarissen en Tertiarissen vóór de Hervorming, uitgegeven door* D. d. K. — Utrecht, Kemink & Zoon, 1927. — In-8°, 212 pp. (Fl. 3). — *(Werken uitgegeven door het Historisch Genootschap, gevestigd te Utrecht, Serie III, n° 52).*

Liber hic, qui non multis constat paginis, maximi tamen momenti rerum franciscalium inquisitoribus est habendus. Revera gratissimas solidasque affert, uti titulus sonat: *Contributiones historiae Clarissarum et Tertiariorum* regularium *in Hollandia ante Reformationem* protestanticam saeculi XVI. De hisce filiis S. Francisci e tempore medii aevi pauca eaque quasi fragmentaria nota erant, et eorum historiae magna et principalior pars adhuc latebat. Cui obscuritati remedium insigne affert praesens opus revelando legislationem Clarissis propriam necnon

et longam seriem congregationum annuarum a Tertiariis sic dicti Capituli Traiectensis coactarum. Momentum operis melius patebit ex libri conspectu et ex textuum hic primitus editorum elencho.

Materiam omnem, uti libri titulus iam insinuat, recte ordinat A. in duas Sectiones, quarum prima (5-87) Clarissarum, altera (88-190) Tertiariorum regularium gestis dedicatur. Sequuntur duae indices, ubi prius personarum nomina (191-3), postea rerum atque locorum vocabula (194-210) ordine alphabetico aptissime digesta recensentur. Adduntur notula quaedam monitionis (211) et index materiarum generalis (212). — Utraque Sectio comprehendit: 1° introductionem generaliorem sed satis illustrativam respective de Clarissarum Ordine reformationibusque et de conventuum III Regulae adunationibus in sic dictis Capitulis horumque legislatione; 2° codicum adhibitorum descriptionem; 3° sola I Sectio: annotationes sive longiores sive breviores circa documenta edenda: 4° utraque iterum Sectio: ipsos documentorum textus. Qui ordo procedendi certo rationi est consentaneus ac laudandus, licet commoditati profuisset, si A., cuique documento edendo notulam brevem praemisisset vel in paginae calce adiecisset, lectorem remittendo ad locos, ubi de MSS. adhibitis disserit et ipsum textum illustrat.

En documenta quae Clarissas respiciunt. A. *Statuta a Vicariis provincialibus condita* pro ipsis in lingua vernacula neerlandica (24-8) infra annos 1443 et 1517, sed verisimilius ante an. 1471, quia de Statutis poenitentialibus hoc anno conditis [cf. sub E] siletur. Editio fit e codice *133 G I* regiae bibliothecae Hagae Comitis, collato cod. *Op. Arch. Oct. I 48* in maiori seminario Ruremundensi (18s, cf. 10-4, 15-8). Hunc codicem allegabimus siglo Ruremund. Ipse textus non revelat Vicariorum provincialium nomina, nisi fortasse sit excipiendus in penultimo puncto quidam 'frater Sichmunt' (28), qui aliunde ignoratur. Sine divisionibus nec rubricis haec Statuta agunt de poenitentiis imponendis atque de pluribus aliis observantiis diurnis. Notatu digna sunt confessio quindena et aetas admittendarum inter 15 et 40 annos (26s.), quae congruunt Constitutionibus S. Coletae, ap. *Seraph. legislationis textus orig.*, Ad Claras Aquas 1897, 123 et 111s.; cf. haec *Bijdragen* 69, 65 et AFH V, 312, ubi S. Ioannes Capistr. et Fr. Nicolaus de Auximo aliter disponunt vel Regulae praeceptum intactum relinquunt.

B. *Statuta Clarissarum Regulam Innocentii IV observantium* (29-32), in lingua vernacula. Eduntur e cod. Leidensi *607 (Maatschappij der Nederl. Letterkunde).* Condita fuerunt tempore incerto; codex vero s. XV exemplatus fuit (13s., 19). Agunt de campanula sonanda pro variis functionibus, de modo standi, inclinandi, genuflectendi tempore divini officii et de recitatione precum. — C. *Alia statuta pro iisdem Clarissis* (33-44), in lingua vernacula, ex eodem codice Leidensi, ubi praenotatam seriem statim sequuntur. Tempus conditionis incertum. Quia vero una vice Ordo dicitur reformatus (34) [foliatio in textu indicata non exacte correspondet codicis descriptioni; hinc A. sub n. 9 (p. 14) paullulum videtur errasse], non multum ante saec. XV medium poni possunt. Agunt indiscretim de obedientia, de modo recitandi divinum officium, de mensa, capitulo, silentio, poenitentiis et quibusdam aliis.

D. *Qualitates recipiendarum ad Ordinem Clarissarum strictioris observantiae* (45), in lingua vernacula. Eduntur e cod. *608* Leidensi (*Maatschappij* etc.), qui, uti patet e contentis, aliquando fuit Clarissis Coletinis (14 s., 19). Fere eadem requirebantur in recipiendis ad Ordinem Minorum; cf. *Constitutiones Farinerii*, ap. *Bull. Franc.* VII, 632; De Gubernatis, *Orbis seraph.* III, 49, e quibus desumpta ac adaptata nobis videntur. — E. *Definitiones poenitentiales Fr. Henrici de Berca* sive de *Rheinberg* (46-55), in lingua vernacula. Eduntur e cod. Ruremund. (15-8, 20). Quae promulgata fuisse a. 1471 patent e rubrica textui praemissa. Agunt de varia poenitentia pro levibus defectibus imponenda. Dictus Fr. Henricus tunc erat Vicarius provincialis Observantium provinciae Coloniensis, qui etiam pro Fratribus plura statuta edidit; cf. AFH VII, 715. — F. *De modo claudendi novum monasterium Clarissarum* (56-61), in lingua vernacula. Editur ex eodem codice. Respicit Clarissas sub Observantia Domino famulantes, uti elucet ex ipso textu et ex hac notula vernacula in fine: '*Taliter fuerunt clausa* [monasteria] *Trevirorum, Antverpiae, Verae, Brielae, Goudae, Hoochstratae, Mechliniae, Boxteli, Lovanii et Wameliae*'. Quae Monasteria fundata vel reformata fuerunt saec. XV post medium et saec. XVI ineunte.

G. *Commentarius s. Ioannis a Capistr. in Clarissarum Regulam ab Innocentio IV approbatam* (62-84), in lingua vernacula. Editur e cod. *608* (*Maatschappij* etc.) Leidensi (14-8, 21-3), in quo tamen desunt Epistola introductoria abbatissae Mantuanae directa necnon et Exhortatio finalis cum authenticatione s. Auctoris; cf. AFH V, 299 ss.; IX, 445-7. Textum versionis hic editum satis esse imperfectum cuique legenti patebit et magis adhuc collationem instituenti cum sectionibus quae apud AFH ll. cc. fuerunt editae. Codicibus hanc explicationem in I Regulam s. Clarae continentibus (21 s.) nunc addi licet cod. *S 73* Aquilae bibliothecae provincialis: v. AFH XX, 320; XXI, 575. — H. *Litterae patentes circa monasterium Rheno-Traiectense putative Clarissarum* (85-7), latine redactae. Sunt 3 acta publica (a. 1393-1423) episcopi Traiectensis, ut demonstretur monasteria quaedam Traiectensia falso II Regulae fuisse annumerata.

Circa Tertiarios regulares vero sequentia dantur documenta. A. *Statuta fratrum et sororum in civitate ac dioecesi Traiectensi vitam communem ducentium* (103-16), in lingua vernacula. Eduntur iuxta cod. *VIII, 4 (Oud-Bisschoppelijke Klerezij)* Rheno-Traiectensi (95).

Haec « *Capituli Traiectensis* » Statuta, optime ordinata, verisimilius antiquiora sunt quam illa quae antea prelo imperfecte sunt vulgata, cf. AFH XIV, 272-4, quia illorum formula professionis solummodo de castitate perpetua verbum facit et tacet de votis obedientiae et paupertatis (110 s.), quae formula a. 1487 statuta complectitur (138). — Deputati ex omni conventu incorporato conveniebant ad capitulum habendum, quarto quoque anno, et anno bissextili novus « *Minister generalis* » eligebatur. Cum Statuta tum modum capituli generalis tum vitam regularem minutim ordinent, maximi momenti dicenda sunt, ut cognoscatur character Congregationis, quae vulgo *Capitulum Traiectense* audit.

B. *Definitiones Capitulares* eiusdem Capituli (117-61), latine. Eduntur partim e cod. *VIII, 5* (*Oud-Bisschopp.* etc.) Traiectensi (95), collato

cod. *133 G 3* bibliothecae regiae Hagae Comitis (95-8), partim ex hoc solo. Agunt de capitulis ab anno 1427 usque ad a. 1575 quasi annue habitis. Notandum quod quaedam capitula privata, alia generalia dicuntur, quorum utrumque eodem quandoque anno locum habuit. Ministrorum generalium nomina revelantur: Thomas a. 1474 (135), Ioannes ab Horenburch, mortuus ante capitulum anni 1560 (156), Gerardus electus a. 1560 (ib.), Guilielmus de Horssen a. 1574 s. (157, 161). Ceteroquin materia tempori peracto eruendo utilissima adeo abundat, ut principaliora recapitulare brevitatis causa non audeamus. — C. *Quaedam ex punctis ordinatis in capitulo generali* (162 3), latine. Sunt brevia excerpta sine anno, quae pauca de multis exempli gratia auctor e variis codicibus collegit.

Parte II: Con Dio (115-301). Cap. VIII, *La gestazione di un gran disegno* (117-31), i primi compagni, ribadendo su la priorità di frate Elia (126), e sopra l'umiltà, contro la povertà (128); IX, *L'Approvazione* (133-47), dove l'A. è facile correttore delle teorie altrui su la primitiva Regola, ma egli la fa *annotare* da Innocenzo III: « consta anche che il Papa Lotario apportò qualche emendamento alle parole di Francesco » e cita la Bolla di Onorio: « q .. *Praedecessore nostro approbatam, annotatam* [*praesentibus*], ... » (139, cf. 273); X, *Waldo e Lui* (149-62), e l'A. ribadisce anche altrove e spesso la cattolicità di Francesco; XI, *I Dodici 1208-1209,* (163-77), ma con tutte le loro notizie biografiche; XII, *Lo sviluppo* (nell' Indice; *La divulgazione,* 179-97), dalle prime Provincie alle ultime riforme. Passiamo ... Soltanto riproduco questo periodo: « In Italia comincia l' Osservanza l'anno 1368, si diffonde in alcuni conventini dell' Umbria, e di qua passa a Faenza nel 1444, nelle Puglie nel 1448, in Toscana durante il sec. XV, nel Milanese o in Lombardia dopo la metà del medesimo secolo, e via via » (191); XIII, *Le Recluse di S. Damiano, 1212* (199-210), dagli inizi agli ultimi sviluppi; bell'esempio di idea ossessionante, negli ultimi capoversi di p. 206, e poi a p. 208; XIV, *La corsa apostolica, 1212-1214,* (211-24); *La lunga prova 1215-1218* (225-37), gli anni, qui come altrove, dicono i fatti narrati o commentati; il titolo qualche volta si riferisce a uno solo di essi; qui lo dà una tentazione spirituale del Santo che l'A. fa finire nel 1224 (233); egli crede poco, storicamente, nell' Indulgenza della Porziuncola (227); XVI, *Le Missioni, 1219-1221* (239-54), e si arriva fino ai nostri tempi, relativamente soltanto alla famiglia dell'A.; XVII, *Il Terz'Ordine della Penitenza* (525-72), quasi tutto il capitolo è una dimostrazione contro il P. Mandonnet; l'A. non è persuaso del testo della prima Regola del T. O. (271); XVIII, *I rimaneggiamenti della Regola e le sue attinenze* (273-87), molto imprecise e quasi incostanti, anche se espresse con parole categoriche, le idee dell'Autore sulla Regola prima; e poi la Regola seconda e la sua influenza sulle Regole degli Ordini contemporanei o posteriori; XIX, *La rinunzia al governo, 1220-1224* (288-301), fino all'ultima salita sulla Verna.

Parte III: In Dio (303-496). Cap. XX, *Sulla Verna, 1224* (305-24), lunga dimostrazione della realtà delle Stimmate, sciupata con ripicchi sulla storia poi del Sacro Monte; *Il Taumaturgo* (325-37); XXII, *Sorella Morte, 1226* (339-55); XXIII, *Il centro storico di S. Francesco* (356-68), i principali dignitari e frati vissuti in relazione col Santo; XXIV, *La glorificazione, 1236-1230* (369-87); XXV, *Il cantico delle pietre* (388-450), architettura francescana, in compendio la storia e la descrizione delle principali chiese francescane in Italia del sec. XIII, con a capo la Basilica d'Assisi, e relative illustrazioni: capitolo nuovo e buono; XXVI, *Il movimento francescano* (451-68), l'influsso dell'Ordine in tutti i rami della vita: religione, scienze, arti, istituzioni sociali; XXVII, *Gli insegnamenti del Santo* (469-94), i suoi scritti, compendiati, illustrati; *Con-*

clusione (495 s.). — *Indice onomastico* (497-500); *Indice analitico* (501-3); *Indice delle illustrazioni* (504-8).

Alcune osservazioni. Il compagno innominato di S. Francesco al principio della conversione, non è frate Elia. Inutile rammaricarsi coi biografi che ne han soppresso la memoria, tra i quali S. Bonaventura, e spiegar ciò dall'apostasia di Elia, se il Celano stesso nella prima *Vita,* pur ricordandolo, ne tace il nome, mentre il nome di Elia egli lo proclama, quando c'entri, con gloria. L'innominato o non si fece mai frate (ed è il meglio a pensare) o se ne disfece presto (ed è l'estrema concessione); altrimenti, qualcuno sorgerà a sostenere che quell'innominato era ... fra Leone, e allora il P. Sparacio ci offrirà le ragioni per dimostrare che ogni illazione dal Celano, a questo punto, è un cavillo e una appropriazione indebita di terreno d'ignorata proprietà.

Questa vita di S. Francesco è un largo schema, con tracciate le linee principali soltanto, senza o quasi il pieno dei fatti, degli episodi: S. Francesco che non parla, non agisce quasi mai nel vario svolgersi della trama, non vive o rivive nè davanti alla mente nè davanti al cuore. È lo scheletro; e in parte par che l'abbia voluto così l'A.: « tirare innanzi a via di pennellate e di schizzi, lasciando al lettore la cura di ampliarli... Nostra cura è quella sola di avvisarlo e guidarlo nella ricerca e l'uso delle fonti sicure ... » (XXIII). Già, per ciò che egli riproduce e accetta da queste benedette fonti, è chiaro: il lettore-autore di domani potrà ripeterlo; ma ampliarlo, con che? con la fantasia, no, spero; con le parti omesse dall'A. delle stesse fonti approvate, non saprei, se ne omette tante e del Celano e di S. Bonaventura, e alcune ne riporta quasi per forza, cui egli afferma di non credere. Al resto che omette, pur di essi, egli crede o non crede? Che uso ne può fare il lettore-autore di domani? Non è guida; è capestro. L'ha messo semplicemente al bivio: o di servirsi soltanto, come fonte, del libro dell'A., o di incorrere ne' suoi fulmini.

Molti fatti che si riprovano nelle fonti scomunicate e di là solo, se mai, si citano, sono in II Celano e perfino in S. Bonaventura, o qui almeno hanno fondamento e giustificazione. È sistema anche in altri libri dell'A., e di altri della stessa scuola. Io mi son chiesto spesso se un francescano, nello scopo di scrivere la vita del Padre possa prefiggersi di negare, scarnificare, tacere più che può, o invece di affermare e dimostrare tutto il dimostrabile. Ci si pensi. Si scrive la storia della sua vita, non la giustificazione della nostra.

Impressiona forte il fatto che gli episodi, i detti, i particolari della vita di S. Francesco fan paura, ripugnanza, vergogna - pare, - rabbia, sono oggetto di incredulità e magari di scherno a certi scrittori, anche se quegli episodi, detti, particolari, sono - come ho detto - nelle fonti da loro accettate e in altri punti sostenute e difese come vangelo. Dopo questo, non meraviglia più la condanna che emettono in blocco di tutti gli altri testi antichi, i quali, più che vere biografie, sono una raccolta di episodi, detti, particolari della vita del Santo. La ragione è questa, più d'ogni altra. La meno confessata, ma la più vera. Un'altra è che dicon

male di frate Elia; ma la più antica e profonda è che dicon troppo di S. Francesco.

Curioso anche questo sistema della scuola, che l'A. qui e altrove applica a sazietà. Per togliere ogni autorità ai così detti Zelanti dei primi tempi, per esempio oppositori di frate Elia o scrittori o compilatori o sostenitori delle prime Leggende ... diciamo Leoniane, per intenderci; per screditarli e gettarli nel fango, usano far richiamo ai Fraticelli del sec. XIV, ai quali li appaiano, coi quali li confondono, come con essi appaiano e confondono il movimento dell'Osservanza. E sono essi che rivendicando, p. e., frate Elia, gridano la croce addosso a quelli che confusero con la sua apostasia il tempo in cui visse con S. Francesco e governò l'Ordine; essi, che possono dissentire, ma non ignorare che tra i primi zelanti c'erano i primi e più fedeli compagni di S. Francesco, e S. Chiara, e altri che la Chiesa onora sugli altari. Con questo sistema è loro facile far comparire non zelante S. Antonio, perchè certo non ribelle alla Chiesa; e mi duole che il P. Facchinetti nel n. **3** qui sopra recensito, un po' senza dirlo rispondendo al P. Sparacio e un po' lasciandosi abbacinare da lui, senta il bisogno di assicurare che S. Antonio non aveva nè « la mentalità di un ingenuo fraticello » nè « la grettezza e caparbietà di certi zelanti fanatici » (p. 163). Nel 1230 o 1239, questa razza non usava ancora nell'Ordine Francescano. E prima di parlarne con qualche fondamento e con molte distinzioni bisogna aspettare ancora intorno a tre quarti di secolo. È un gioco di bussolotti, e nient'altro.

Per difendere frate Elia dalla taccia di avere fatto scomparire la prima copia della seconda Regola, l'A. si appoggia come su salda roccia alla vaga frase di S. Bonaventura: « et ille (Helias) ... assereret per incuriam perditam », che interpreta testimonianza diretta del Santo Dottore, come dicesse: « avendola Elia per negligenza smarrita o perduta ». (279). Ora, oltre che l'interpretazione leale è un'altra, unicamente poggiata sull'affermazione dello stesso frate Elia, del quale S. Bonaventura non si fa garante; non bisogna dimenticare che uno degli scopi della *Legenda maior* fu appunto di togliere dalla biografia di S. Francesco ogni pretesto o eco delle divergenze ormai invalse tra i Frati: provvedimento santo, che non porta nè alla falsificazione della storia nè alla sua essenziale menomazione, ma porta a una scelta oculata e a frasi prudenti. S. Bonaventura è un modello da seguirsi in questo campo, non una autorità decisiva in cui rifugiarsi. In ogni modo, se col suo scopo, con la sua prudenza, il Santo Dottore ha ritenuto l'*assereret* e non ha messo senz'altro un « *perdidisset* », vuol dire che bisogna chinare il capo dinanzi a ciò che Dio solo sa, e non malignare, no, ma neanche col piede sul petto all'avversario cantare vittoria.

P. Benvenuto Bughetti, O. F. M.

MISCELLANEA

De Gerardo, domino Haecmundano XVI, Candiae apud Fratres Minores sepulto, anno 1242. — Antonius Hovaeus, O. S. B., monachus abbatiae S. Adalberti Haecmundanae prope Alcmariam in Hollandia, pluribus insignis operibus ([1]), medio saeculo XVI undique collegit documenta, ut historiam comitum Haecmundanorum, abbatiae advocatorum, conscriberet. Anno tamen 1563 abbas Epternacensis monasterii electus fuit, ubi iam 1568 ([2]) mortuus est.

Manuscriptum de comitibus Haecmundanis ab Hovaeo compositum, non fuit ab eo prelo commissum, sed nescio quo fato venit in manus cuiusdam Petri Bockenberg, qui multa ex eo, tacito auctoris nomine, desumpsit pro opere quodam de eodem fere subiecto tractante ([3]). Postea autem Hovaei opus, partim abbreviatum, partim continuatum usque ad annum 1617, prodiit Alcmariae 1630 ([4]), sed textus fidelior invenitur in MS. Leidensi ([5]), ubi chronicon finitur an. 1544.

Ibi autem, fol. 18, narratur de peregrinatione secunda Gerardi, comitis XVI Haecmundani, in Terram Sanctam. Qua de re Hovaeus ex chronicis et manuscriptis suae abbatiae bene informatus esse potuit, nec ulla ratio suadet eum hac in re fallere voluisse, quod nemini utilitati fuisset, ut unusquisque intelligit.

Narrat itaque, sed lingua vernacula ([6]), hoc modo:

« Gerardus iterum Hierosolymas petiturus secum duxit uxorem et filium Gulielmus. Cum Mediolanum advenerunt, apud Ducem Medio-

---

([1]) *De temporis nostri statu ac conditione dialogus,* Leidae 1563; *De arte amandi Christum,* Coloniae 1566; *Odarum, precum, hymnorum vario et nobiliore carminum genere concinnatorum liber,* Coloniae 1566.

([2]) J. P. Brimmeyr, *Geschichte der Stadt und der Abtei Echternach,* II, Luxemburg 1923, 62; A. Hensen in *Bijdragen ... Haarlem,* 31 (1908), 395. Hoc sensu corrigenda: Paquot, *Mémoires ... des Pays-Bas* etc., VII, Louvain 1766, 320 et KL² IV, 105, ubi falso etiam nuncupatur « Van Hove ». Hovaeus enim vocatur a loco originis qui vernacule dicitur « Egmond aan den Hoef ».

([3]) *Egmondanorum, potentissimae Hollandiae gentis historia et genealogia,* Lugduni Batavorum 1589.

([4]) *Chronyck ende historie van het edele en machtige geslachte van den huyse van Egmondt.*

([5]) *Die Cronyck ofte hystorien der edelen ende welgheboren heeren ende baronen van Egmondt.* Cf. *Catalogus der bibl. van de Maatsch. Letterk. te Leiden,* I, 1887, 83, n. 1059.

([6]) Ed. Hensen, l. c. 396.

lanensem (1) moratus est, qui castam habuit filiam, nomine Blancam Mariam, adhuc caelibem. Quae amore Gulielmi, filii comitis, capta, hoc patri suo Duci manifestavit. Qui dominum Gerardum hac de re certiorem fecit et conventione facta, magna cum pompa nuptiae factae sunt. Blanca Maria cum viro suo profecta est, ut S. Sepulcrum visitaret. Quo insimul visitato omnibusque redeuntibus, navis patronus Candiam appetere voluit, ut sibi victualia procuraret. Adveniens autem in portum navis fracta est omnesque viatores, octo exceptis, undis submersi sunt. Dominus Gulielmus, filius comitis, salvavit uxorem et socrum, opinatus patrem sibi provisurum esse, sed fluctibus obrutus pater interiit, omnibus flentibus. *Et sepelierunt eum Candiae in conventu Fratrum Minorum* (2) *anno 1242, die XXV decembris, cum annos VIII regnasset* ».

P. Willibrordus Lampen, O. F. M.

Le MS. Stowe 36 et les écrits spirituels de Gilbert de Tournai. — Parmi les écrits ascétiques de Gilbert de Tournai se trouvent deux traités: le *De Morte* et le *De septem verbis Domini Nostri in cruce.* Le premier de ces ouvrages se lit dans le MS. *374*, f° 108-37 de la Bibliothèque départementale de Douai et dans le MS. *Nouv. acq. lat. 180* de la Bibliothèque Nationale de Paris; le second se trouve, mais incomplètement, dans le MS. *47*, f° 30r-67v du séminaire archiepiscopal de Cologne (3). A ces MSS. il faut joindre le MS. Stowe *36* (576. A. 6) du British Museum. En voici la description.

I. MS. du XIII siècle sur parchemin. Foll. 62 avec une feuille de garde en papier au début et à la fin; 18×12½ cent. Texte sur deux colonnes; 33 lignes par colonne. Très probablement d'origine française.

Fol. 1r. Rubrique de la main du copiste: *Guibertus de morte.* Lettre-dédicace: Inc.: *Cum propriam imperitiam, fratres carissimi, sub secreti sui silentio latere non permittitis* etc. Suit le traité comprenant 8 exhortations. Inc.: *Omnes morimur et quasi aquae dilabimur in terram quae non revertuntur. Mulier quae dudum fuerat mortis occasio* etc. Fol. 29va expl.: *Sperat enim semper in domino meus fidelis tam in prosperis quam adversis, ipsi laus et gloria qui vivit et regnat* etc. Les derniers mots du traité ont été ajoutés par une main du XIV° siècle. Le relieur ayant coupé la partie inférieure du folio, la rubrique finale a disparu presqu' entièrement, mais ce qui reste encore de cette inscription, permet de conjecturer que le MS. portait ces mots: *Guibertus minor.*

II. Fol. 29vb. Rubrique qui se continue au haut du fol. 30r: *Guibertus de Passione Christi | vel de verbis Domini in cruce.* Prologue. Inc.: *Rorantes sanguine lacrymas* etc. Fol. 30vb: commence le traité en onze sermons. Inc.: *Fossis igitur in cruce manibus et confixis pedibus* etc.

---

(1) Sic Hovaeus transtulit titulum « podestà », vel capitanei an. 1240 primum electi. Cf. P. Verri, *Storia di Milano*, I, Milano 1834, 269.

(2) Cf. Golubovich, *Biblioteca d. Terra Santa,* II (1913), 265, 268, 271.

(3) G. de Tornaco, *Tractatus de Pace,* ed. E. Longpré (*Bibl. Franc. ascetica medii aevi,* VI), Quaracchi 1925, p. XXIX-XXXII.

Fol. 62vb expl.: *Dum non ingrati muneribus, officiis vacantes angelicis laudant Deum. Sumus enim.* La fin du sermon onzième et final, fol. 60rb, manque donc, mais le fragment perdu doit être fort bref.

Sans avoir l'importance du traité *De nomine Iesu,* ces deux écrits de Guibert de Tournai ne sont pas sans intérêt pour l'histoire de la spiritualité médiévale. Le dernier surtout, — non moins que le beau sermon de Fr. Thomas d'York *De morte Christi cogitanda,* conservé dans le MS. *373,* f° 201r-4v du Trinity College à Cambridge — est un important document de la dévotion franciscaine à la Passion dès l'origine de l'Ordre. **P. Ephrem Longpré,** O. F. M.

Le Commentaire sur les Sentences de Guillaume de Nottingham, O. F. M. — Le Ms. *300* du Gonville and Caius College à Cambridge contient un *Commentaire sur les quatre livres des Sentences,* attribué par M. R. James [1] au B. Duns Scot. De fait cet ouvrage est de Guillaume de Nottingham, O. F. M., lecteur à Oxford vers 1312 [2]. Robert Cowton, O. F. M. [3] en donne la preuve dans son *Commentaire sur le premier livre des Sentences* conservé dans le MS. *91* du Merton College à Oxford. Discutant le problème des rapports de la foi et de la philosophie, il reproduit diverses théories sur la nature et les conditions de la science. L'une de ces opinions est signalée, f° 6ra, de la main même du copiste et de ce chef par une attestation remontant au début du XIVe siècle comme: « *opinio W. de Nothingham* ». Robert Cowton rapporte longuement cette opinion. Comme le texte qu'il reproduit se trouve littéralement et en entier dans le MS. *300,* f° 1vb-2rb, il est désormais acquis que le *Commentaire* du Gonville and Caius College est de G. de Nottingham.

Le fait n'est pas sans importance. Le MS. *300* cite en effet la plupart des maîtres franciscains d'Oxford et de Cambridge à la fin du XIIIe siècle et au début du XIVe. Il permet aussi parfois de fixer la succession de leur écrits. Etudié en rapport avec deux autres MSS. qui seront utilisés pour l'édition critique des *Oeuvres* de Duns Scot, il règle définitivement en faveur de la tradition la question des rapports de Guillaume de Ware et de Duns Scot, et cela indépendamment de tout recours à des attestations tardives de la seconde moitié du XIVe siècle. Dans le problème de la distinction formelle, G. de Nottingham suit Duns Scot; il signale, f° 65r, comme partisans de l'opinion franciscaine, Jean de Berwick, Adam de Lincoln, Guillaume de Ware et Makkesfield, O. P. Ailleurs il développe toute la philosophie terministe de la relation, reprise plus tard par G. Occam et combat à outrance Duns Scot et Guillaume de Ware. C'est une preuve de plus — et ici les documents du XIVe siècle

(1) *A descriptive catalogue of the Manuscripts in the Library of Gonville and Caius College,* Cambridge 1907, vol. I, n. 300.

(2) A. G. Little, *The Grey Friars in Oxford,* Oxford 1892, 165-6.

(3) L. c. 222

abondent — que le Docteur Marial a soutenu presque seul tout le poids de la critique nominaliste. En définitive le MS. *300*, étudié avec le MS. *33 dext. cod. 1* de la Bibliothèque Laurenziana de Florence où se lit le *Commentaire sur les Sentences* de Guillaume de Ware, permet de reconstituer avec de noms connus et des données précises tout le mouvement philosophique et théologique des Ecoles franciscaines d'Oxford et de Cambridge à l'époque où vivait Duns Scot. Dès que les circonstances me le permettront, je me propose de développer ces conclusions. **P. Ephrem Longpré**, O. F. M.

De Fr. Antonio de Montefalcone expeditionis cruciatae Commissario Apostolico (1456). — Perlustranti mihi Archivum parochiale ecclesiae S. Nicolai in Baschi, prope Urbem Veterem, inter multiplicia documenta in sacrario asservata in manus venit membrana quaedam parva et lacera, mm. 220×270, e cuius initii verbis de rebus Fratrum Minorum agi statim perspexi. Assentiente parocho, D. Dominico Biondini, documentum, quantum eius conditio misera permisit, transscripsi.

Sunt vero litterae indulgentiae datae sub pontificatu Calixti III, opera Fratrum Minorum, scil. cuiusdam Fr. Stephani de Perusio, qui erat pro dioecesi Tudertina subdelegatus Fr. Antonii de Montefalcone, (*Montefalco* in Umbria) Commissarii Apostolici cruciatae pro aliquibus dioecesibus Umbriae.

Fr. Antonius de Montefalcone vir fuit insignis et magnae auctoritatis. Bis fuit Vicarius Provincialis Observantium Provinciae S. Francisci (1442-45, 1448-51) (1), Guardianus Portiunculae (1454-57) (2), Vicarius Generalis Observantium Cismontanorum a. 1457 (3), quo anno mortuus est Romae in conventu Aracaelitano (4). Fuit etiam Antonius noster rerum scriptor. Composuit enim *Vitam S. Clarae de Montefalcone* italico sermone per modum dialogi (5). Ipsius sunt verisimiliter quoque Constitutiones reformatoriae Clarissarum Montislucis Perusii, quae a Clarissis Civitatis Castelli deinde receptae et a me editae sunt (6).

(1) Agostino di Stroncone, *L'Umbria Serafica*, ap. *Miscell. Franc.* IV, 185; V, 28, 69. (2) L. c. V, 87, 90.

(3) L. c. V, 90; Wadding ad an. 1457, n 55 (XIII, 30).

(4) Wadding ad an. 1457, n. 59 (XIII, 32); ad an. 1506, n. 10 (XV, 319).

(5) Marianus Florentinus, *Compendium Chronicarum*, Quaracchi 1911, 99 (= AFH III, 710); Wadding ad an. 1308, n. 74s. (VI, 141); n. 82 (VI, 146); *Scriptores*, ed. Nardecchia, 28; Sbaralea, *Suppl. ad Script.* ed. cit., I, 89. Prodiit sub titulo: *Vita di S. Chiara da Montefalco scritta nel secolo XV per un Francescano suo conterraneo ed ora nelle feste di sua canonizzazione la prima volta messa a stampa da un sacerdote perugino, ad uso delle persone devote*, Perugia, Boncompagni e C., 1882, pp: x, 277 in-16°. Ag. di Stroncone, *Misc. Franc.* V, 90, editionem Venetiis 1515 factam commemorat.

(6) AFH XV, 93-98; cf. 78s.; *Misc. Franc.* V, 69; Francesco [Tresatti] da Lugnano, O. F. M., *Vita, virtù e dottrine mirabili del beato Giovanni Bonvisi da Lucca*, ed. Macerata 1675, 149ss.

Cum, mortuo Nicolao V, de eligendo successore ageretur, parum abfuit quin Antonius noster Summus Pontifex deligeretur (1). Revera autem electus est Calixtus III (1455-58), qui statim omnia movit, ut Constantinopolis a. 1453 a Turcis expugnata recuperaretur, ideoque expeditionis cruciatae Nuntios et decimarum collectores plurimos nominavit. Inter hos fuit et Fr. Antonius de Montefalcone, qui a. 1455 « ad episcopatus Perusinum, Civitatis Castelli, Assisinatensem, Fulginatem, Eugubinum, Tudertinum et Spoletanum » destinatus est (2). Anno 1457 ei adiunctus est hoc in officio Fr. Cherubinus de Spoleto (3).

Documentum, quod hic primum edimus, datum est Tuderti 3 iun. 1456 a Fr. Stephano de Perusio, O. F. M., alias ignoto, quem Fr. Antonius (4) Vicarium suum in dioecesi Tudertina constituerat. Hic Fr. Stephanus dat Indulgentiam cuidam Iohanni Iacobi et uxori Catharinae, de Baschio. Erant hi cives loci Baschi, non vero domini de Baschio, tum quia deest omnis nota nobilitatis, tum quia talia nomina omnino desunt hoc tempore in familia dominorum de Baschio, uti persuasum est mihi inspicienti arbores genealogicas dominorum de Baschio in Archivo cl. D. Marii Gaddi, Urbevetere exsistentes.

Textus documenti, ut diximus, deficit quandoque, sed in nonnullis locis eum supplere licuit. Ceterum sensus et connexus patent: Pro eleemosyna certa ad promovendam Cruciatam data, conceditur indulgentia solita eo tempore (5).

Documento subscribunt episcopus Tudertinus ac varii ecclesiae illius dignitarii. Sigillum Fr. Stephani, quod non pendens erat, sed ipsi membranae cera impressum, deest; eius tamen locus observari potest spatio coloris flavi vacuo. Quibus praemissis, en documenti textus.

[Frat]er Stefanus de Perusio, ordinis Minorum profes[sor], venerabilis fratris Antonii de Montefalcone ordinis Minorum professoris .... [in] xpo patris et domini nostri domini Calisti divina providentia pape tertii, commissarii, in civitate et diocesi Tudertina Vicarius ....

---

(1) Wadding ad an. 1455, n. 8 (XII, 245), qui appellat ad Marianum Florentinum. Notitiam Waddingi accipit etiam L. Pastor, *Geschichte der Päpste,* I, ed. 3-4, Freiburg i. B. 1901, 638; *Storia dei Papi,* nuova vers. ital. di A. Mercati, I, Roma 1910, 586; Ag. di Stroncone, l. c. V, 88. Cf. etiam Marco da Lisbona, *Croniche,* III p., lib. IV, c. 25, ed. Napoli 1680, 284, qui Antonium nostrum in primo scrutinio revera electum fuisse, tradit.

(2) Wadding ad an. 1455, n. 76 (XII, 290); Ag. di Stroncone, l. c. V, 88s.

(3) Wadding ad an. 1457, n. 39s. (XIII, 22s.); Ag. di Stroncone, l. c. V, 90.

(4) Documentum Fr. Baptistae de Montefalcone, circa collectas contra Turcas an. 1481, ed. Greg. Cleary, ap. AFH III, 170-1.

(5) P. Edouard d'Alençon, O. M. Cap., simile documentum edens: *Une lettre d'Indulgence de 1481,* in: *Etud. Francisc.* XXIII, 1910, I, 664-73, opportunas addit explicationes theologicas; sed uberiores et in connexu suo theologico et canonistico nunc habes ap. Nik. Paulus, *Geschichte des Ablasses im Mittelalter,* II, Paderborn 1923, 124-36 et III (1923), 303-29.

[depu]tatus, dilectis in xpo Iohanni Iacobi et Catharine eius uxori de Baschio, Tudertine diocesis, salutem in Domino. Provenit ex vestra .... [ro]manam ecclesiam reveremini et quinque .... pro tutela fidei et christiane religionis contra inimicum christiani [nominis] Turcum ad presens exponitis, ut petitionem .... que animarum vestrarum salutem respicit, ad exauditionis gratiam admictamus, [vestris su]pplicationibus inclinati, ut confessor ydoneus [quem sen]seritis eligendum, omnium peccatorum vestrorum de quibus .. contriti .. [ab]solutionem etiam de reservatis semel tantum in vita et [in mor]tis articulo plenam remissionem vobis ...... fidei et verita[te] ..... t obedientia et devotione domini nostri pape et successorum eius canonice intrantium persistentibus valeat concedere auctoritate prefati domini nostri pape [d. Calisti tertii] ..... te concesse devotionibus vestris tenore presentium indulgemus. Ita tamen quod idem confessor de hiis de quibus fuerit alteri satisfactio impendenda a vobis, per vos, si supervixeritis vel per heredes vestros, si tunc forte migraveritis, faciendam iniungat, quam vos vel illi facere tenemini ut prefertur. Et si, quod absit, propter huiusmodi gratiam reddamini procliviores ad illicita imposterum commictenda, volumus quod si ex confidentia remissionis huiusmodi aliquando forte commiseritis, quo ad .... predicta remissio non sufficeret. Dat. .... cathedrali ecclesia Tudertina die III mensis iunii M°cccclvi pontificatus eiusdem domini nostri pape anno secundo, sub nostro sigillo ac ordinarii .... deputatoris subscriptione et signis.

Ego Bartholomeus de Alaconibus, episcopus Tudertinus, predictis interfui et mea propria manu subscrixi et singnum apposui etc. † B.

Antonius archidiaconus Tud. Ufidus premissis manu propria subscripsit et pro signo apposuit A.

Donnus Lucus de Tuderto subscripsi.

Ugolinus P. subscripsi *(sig.)*.

Leursus Peri manu propria subscripsi. Et pro signo apposuit *(sig.)*.

Et ego Petrus Mariani, notarius Tudertinus et ad premissa specialiter deputatus, predictis omnibus interfui et ex mandato scripsi et in fidem premissorum manu propria subscripsi, meum signum consuetum apposui *(sig. not.)*.

Romae. **P. Livarius Oliger**, O. F. M.

Ex Epistolario Fr. Petri Piscatoris et Iohannis Underthan, Francofurtensium, O. M. Conv., in Italia scripto circa an. 1475-76. — In operis sui appendice E. Beutler[1] e clm *24539 Epistolarium* quoddam praefatorum Fratrum Minorum conventus Francofurtensis ad Moenum, custodiae Rheni, Provinciae Germaniae Superioris, alias Argentoratensis. dum studiis in Italia et Parisiis operam navabant, an. 1475-90, in lucem protulit. De codice et de *Epistolario* plura diximus supra, 216s.

(1) *Forschungen und Texte zur frühmittelalterlichen Komödie,* Hamburg 1927, 186-204. Ab E. Beutler e C(odice) iam bene correcta hic ita ponimus, quaedam alia ipsi emendantes.

Ea tantum ex eo extrahimus quae maioris aut generalioris momenti esse possunt. Huiusmodi enim litterae Fratrum illius aevi rarissimae nobis conservatae esse noscuntur. — Pleraeque *Epistolae* sunt Fr. Petri Piscatoris et Fr. Iohannis Underthan, Francofurtensium. Hi duo nominibus istis *Petrus* et *Iohannes* intelligendi infra erunt.

Epistola I (p. 186-7). — Sine loco, anno etc.; sine nomine scribentis et eius cui dirigitur, sicuti et infra, ubi nomina et res istae expresse a nobis non indicantur. – « *Occupatus, frater carissime, in variis negotiis, ex multis elicio tibi pauca... Hiis... revolutis diebus quidam tibi et michi patriota bene notus affuit triste omen annuncians... Is namque quem supra dixi patriotam* (1), *Giraldum nomine de Cernasia, asserit patrem et preceptorem Blasium suos extremos clausisse; itidem Iacobum podagriosum fecisse. O quale incommodum, o quale dampnum, frater dulcissime, immineat conventui nostro ob mortem talis viri. Ipse enim, ut vera fatear, ut cursor* (2) *pro bono et utilitate conventus non cessabat die noctuque intus et extra paratus ad omnia, que spectabant bonum commune, insudare... Quod sumus* (3) *fuit, et quod est nos erimus. Vale* ». — Tres Fratres alioquin ignoti conventus Francofurtani hic recoli videntur. Blasius instructor seu lector fortasse fuerat.

Epistola II (187). — « *Fratri N. Franck*[*fordensi*] *ordinis Minorum salutem plurimam dicit. Primum, ut debeo, gratulor..., iocundissime pater, vestram paternitatem ad hunc sublimem... dignitatis gradum... assumptam fuisse, videlicet ad gradum studii... Senis* ». Attamen de hoc sibi allato nuntio dolet, non ex invidia « *set quia considerabam me tanto patre et tam prudenti gubernatore vite mee esse orbatum... solacium secretorum meorum michi fuisse abreptum* (4)*...* [*h*]*ortor vos ..* [*ut*] *ad virtutes suscipiendas et litteris operam dare velitis et insudare diligenter, non recusata corporis et animi fatigatione* »; memor sit scribentis. – Amoris mutui sive amicitiae protestationes in plerisque Epistolis varie iterantur.

Epistola III (187-8). — « *Ex Ferraria, 15° die mensis iulii* [*14*]*75* ». — « *Fr. Iohannes P*[*etro*] *sal. plur. dicit* ». Occasionem 'viri integerrimi' nactus ei scribit, non parum admirans: « *de tanta tua reticencia, cum superioribus diebus ad te trinas litteras misi, de te vero nisi unas accepi* ». De quo silentio querulus et prolixus prosequitur, nullum factum recolens. In fine subdit: « *Dignissimos studentes nomine meo valere iubeas* ». Quae salutatio alias quoque litteras concludit. Salutavit studentes Bononienses, quemadmodum liquet ex Epistolae XI tenore et tempore. Cum hac III cohaeret etiam Epistola X.

---

(1) Ne haec quidem vox clare insinuat Epistolam potius in Italia scriptam esse quam in Germania, ubi Epistolae VII et VIII certo scriptae sunt.

(2) E contextu quaestuarius fuisse apparet.

(3) C *summus*.

(4) Epistola ergo scripta fuit in Germania a Fratre iuniore conventui Francofurtano affiliato, cuius confessarius (ut conicio) Senas missus est, forte Fr. Petrus.

Epistola IV. — « *Raptissime ex Forolivio* ». — « *Religiosissime pater, filiali commendacione premissa. Quoniam hiis pascalibus* (¹) *diebus discipulos preceptoribus litteras congratulari, iocari atque letari moris est... Posteaquam ex patria* [*in*] *Italiam me contuli... omni cura, omni vigilancia... optimis artibus et laudatissimis litterarum studiis operam dedi... in almo Foroliviensi studio, cuidam lectori regenti ibidem ad requisicionem principis eiusdem urbis illuc conducto, litterarum inquam non inexperto* (²) *usque in hanc diem adhaesi... Ex quo fructu adepto... in Italiae studiis et disputacionibus mirum in modum complaceo, voluntatisque mee est, si potero, etátis non mediocrem partem in hiis exsolvere. Quare cum litteris meis... iam ultimus instabit annus,... summum in optatis meis esset, ut a rev. patre ministro, cum promocione provincie* (³) *mihi filio vestro litteras novas impetraretis, quo diucius in partibus Italiae... commorari possem... Super quo negocio, precor, in capitulo generali vestris dulcissimis litteris me cerciorem reddere dignemini. Que autem insuper necessitates et opportunitates atque pro virtute comparanda in aliena patria constitutos expostulant, olim experta novit paternitas vestra. Idcirco* (⁴)... *obsecro... ut et contribucionem meam sociique mei* (⁵) *per ad capitulum generale ituros miserie Italice compaciendo, nobis dirigere velitis... Nihil nobis preterea requirendum* ». Deus patrem sospitet.

Hic Frater Minor anonymus sed, ex toto *Formularii* nostri tenore, vix non indubie Francofurtanus, ad Fratrem quemdam magnae apud Ministrum Provinciae auctoritatis scribit. Viso aliarum Epistolarum tempore, cl. Beutler assentimus censenti hic agi de Capitulo generali Urbini habito an. 1475. Ad hoc Capitulum deputatus est Fr. Georgius Summer, lector Argentorati et custos Alsatiae (⁶). Provinciae Minister tunc erat (1464-82) Fr. Henricus Karrer (⁷).

(¹) Eadem manus supra scripsit: « *vel nativitatis solempnitatibus* ». Quod ostendit has Epistolas formularii instar collectas esse; cf. 217, et 238, nota 3. Reapse idem ferme exordium in Epistola XVIII recurrit; cf. 243, nota 6. Sed inde etiam inferre licebit, has ipsas Epistolas aliis litteris multa debere, unde formularum tersarum usus frequens Epistolarum valorem internum diminuit.

(²) Cum de solis litteris sermo fiat, cum Beutler, 99, putamus hic respici non lectorem conventus, sed professorem publicum litterarum humaniorum Antonium Urceum, qui ibi docuit 1469-80. Studium Forolivii numquam celebre erat.

(³) Id est cum eiusdem consensu expresso.

(⁴) C *idcirca*.

(⁵) Hic erat studentis (non lectoris) socius: non eiusdem inserviens erat neque secretarius, sed Frater ei exeunti et itineranti assignatus, iuxta antiquissimas Ordinis constitutiones (v. ALKG VI, 101; S. Bonav. *Opera*, VIII (1898), 454, an. 1500 in *Statutis Alexandrinis* renovatas; ap. *Chronol. hist.-leg.* I, 155. — Ulricus iste studens erat; v. etiam Epistolam V, IX, atque XII de eius reditu; item Epist. XIII.

(⁶) Cf. Eübel, *Geschichte der ... Strassburger Minoriten-Provinz*, Würzburg 1886, 166, 345.

(⁷) L. c. 166, 344-5.

Epistola V (189-90). « *Fr. Iohannes P[etro] amantissimo sal. pl. d. Maxima... leticia sum affectus, cum te, vir omnium humanissime* (1), *audivi uberrimo Bononiensi studio pedem posuisse* (2). *Profecto non dubito, quin uberrimam scienciam tibi acquiras..* ». Prosequendo elogium fit scientiae, quin scientia cui Fr. Petrus incumbebat, definiatur. « *Quas... petis fragmenta, oraciones seu epistolas* (3), *valui in presenciarum tibi destinare minime, quum eiuscemodi orationes... sit adipisci difficillimum. Dabo tamen operam pro viribus... Preterea me ad te scripsisse 7a mensis Iunii te non lateat velim...* (scilicet) *Ulricum socium* (4) *meum visitaturum esse nostram nativam provinciam eumque, paucis diebus nostris expeditis negociis, remeaturum* ». Qui libenter epistolas quascumque secum perferet. Noveris « *N. Lindgaviam* (5) *versus iter accepisse. Waltherum qui tuas ad me litteras dedit, maxima infirmitate tentum velim scias...* ».

Epistola VI (190). — Beutler hunc textum magis genericum de avaritia recte a se vitata, non vulgavit. Eam misit « *Venerabili fratri suo* », « *Ex Neapoli* (6), *tuus si suus Petrus* ».

Epistola VII (190-1). — *Quum Franck[fordie] me haberem et Iohanni obvium me invenirem... de te sermo factus est...* (et) *mihi... imposuit, ut a te Figuras Donati* (7)... *exorarem* ». Has ergo « *presentium latori ad me dare velis; equidem eas transcribam, transcriptum meum illi deferam, copiam autem tuam paucorum dierum curriculo ad te remittam* ». — Agitur de re et copia in Germania actis. — Idem dicendum de Epistola VIII (191); sine loco et anno, in qua, a nullo Fratre scripta, sermo est de munere magistri ludi sive scholae Casteleti. Argentinae auctor Epistolae audiverat hoc officium vacare.

Epistola IX (191-2). — « *Ex Forolivio 1475, 13 die mensis aprilis* ». — « *Fr. N. dilectissimo N. sal. pl. d.* ». Scribens se de diuturno silentio prolixe excusat. Nunc ei scribit se « *in scribendo lectionibus et Virgilii et Ciceronis optimis quidem totam quadragesimam vacasse... Quibus iuris pontificii studium connexui, quod haud mediocriter me delectat... fervenciorque... tam sacris canonibus quam humanitatis studiis operam navarem, si michi libri essent, sine quibus omnia incassum. Sine libris doctum reperimus quempiam?* ». Aliaque in librorum laudem addit, se gratum erga alterum profitens ob eius benevolentiam. « *Litteras quas a te proxime accepi periocundas... fuisse scito... Epistolam vero per fratrem tibi karissimum scriptam... pro certo non vidi...*

(1) Talis similesque allocutiones humanistarum in plerisque his litteris occurrunt.

(2) Cf. 239-40 de Petri adventu.

(3) Cf. dicta de talibus formulariis 217 et 237, nota 1.

(4) Cf. Epist. IV; 237, nota 5.

(5) Lindgau ad Lacum Bodamicum.

(6) Non apparet, cur Petrus Neapolim abierit: forte tamen studiorum causa.

(7) Opus est Donati de arte grammatices.

Obtestor, soci (1) *dignissime* », ait, ut semper mei memor sis. « *Detur, queso, venia, si nimiis verbis aures tuas obtuderim* (2)... *Hoc genere novo litterarum* (3) *sum ad te usus... ut pre me ferrem... mee erga te benivolencie... specimen. Petrum* (4) *nomine meo, studentem dignissimum salvere iube* ». — Haec Epistola prolixa et studiose rhetorica ab eo composita est, qui etiam Epistolam IV scripsit. Saltem studia auctoris, nempe ius canonicum et humanitatis nos docet. Dirigitur ab anonymo ad anonymum Bononiae studentem cum Fr. Petro, uti videtur, fortasse ad Fr. Ulricum, cuius cognomen ignoramus.

Epistola X (192-3). — Ferrariae data est. — « *Frater N. Petro sal. pl. d.* ». Praesentium lator commodus est guardianus scriptoris. De amore mutuo plura enuntiantur. « *De studente Padue egrotante* » (5) plura inquiret. « *Esse ex Ferraria profectum magistrum quemdam Paduam, habitis meis scriptis, te non lateat velim, qui propediem ad nos reversurus est; si quid tunc novi* (afferet), *te, mi Petre, cerciorem reddam. De Boneto tuo hoc te intelligere volo perpaucos studentes hoc tempore Ferrarie esse, partim propter vinum, partim propter studium ac ob alias causas... Unum tamen habeto: circa principium studii vel ante cuidam baccalario iam absenti eundem librum esse pergratum; ille enim... ut sibi unum scriberem me petivit. Quare... hec usque ad tempora differre potes ...*». — Auctor huius Epistolae certo est Iohannes Underthan, qui ex eodem oppido Epistolam III ad eumdem Petrum Piscatoris scripsit. In X uterque etiam circa philosophiam occupatus esse apparet. « *Bonetus* » enim certo opus quoddam designat philosophicum et scotisticum Fr. Nicolai Boneti, O. M., magistri Parisiensis, an. 1338 simul cum aliis Fratribus a Papa in Sinas missi, sed mox Avenionem ad Curiam reversi. Dein an. 1342 episcopus Milevitanus (Malta) nominatus, iam 1343 obiit (6).

Epistola XI (193-4). — « *Bononie, 1 ianuarii 1476* », ad Fr. Henricum [Karrer] (7), Ministrum Provinciae Argentinensis. — « *Fr. N. de Bononia, guardianus vel custos* (8) *conventus Bononie* », « *de communi assensu omnium* » attestatur, quod « *Fr. Petrus Piscatoris... pro debito provincie Bononiam pro studio transmissus* » studia et disputationes assidue peregit et quod « *virtuose multumque pacifice vixerit* »,

(1) C *socie.* Sensu largiore hic sumenda est ista vox. Cf. 237, nota 5.

(2) Talis venia plerumque petenda fuisset, quia Epistolae istae locis communibus circa amicitiam etc. nimis abundant.

(3) Scilicet stilo humanistarum ornato sed verboso compositarum.

(4) Petrus Bononiam revera advenit anno 1475 ineunte; cf. Epist. IX.

(5) E nativa Provincia Argentinensi, ut secure conicio.

(6) Cf. Wadding. *Scriptores Ord. Min.* 263; 179²; 176-7³; Sbaralea, *Supplem.* 552-3; II²; 269-70; Golubovich, *Biblioteca,* IV, 259ss.; *Hierarchia,* I², 340.

(7) Cf. supra, 238, nota 7.

(8) Tunc Bononiae guardianus et custos erat Fr. Ludovicus de Forolivii, electus 14 maii 1475; Beutler, 91.

postquam « *superiori anno* » illuc pervenerat; quare Provinciali commendatur « *ut ulteriori Ordinis promocione eum coronetis* ». — Fr. Petrus nondum ergo doctor erat ([1]), sed studia (hic non specificata) Bononiae 1475-6 rite peregerat ([2]).

Epistola XII. — « *Fr. N.* [*Iohannes Petro suo sal. pl. d... In dies adventum Udalrici studentis* ([3]) *diligentissimi moror, cuius desiderio miro teneor. Menses nempe tres is nostra dulcissima in patria moratus est; duos tamen summum se manere aiebat. At si sua sentencia... mutata est... de me actum puto. Quis enim victu carens studio vacare poterit?... Decreveram... tibi mei amantissimo et denarios et nova, si que attulisset transmittere... Si ergo serius in respondendo tuis literis... fui, precor, Iohanni tuo ignosce... Quod rogas Metaphysicam* ([4]), *unam tibi mittam...* », sed « *propter eius absenciam, cuius vendere huiuscemodi libros interest, rem efficere tibi non potui. Apud Fratres eiusdem Ordinis prima hora (in qua tuam accepi epistolam) fui* ([5]); *ipsum 15 dierum spacio huc esse venturum dicebant. XXV Bononinos 3ª nonas septembres* ([6]) *accepi; eam pro isto precio non tantum recusant, verum pro merito ducis vendere nequeunt* ([7]). *Ligare eam, ut petis, pro certo non valeo, cum omnibus instrumentis careo. At... si tua humanitas eo modo quo meos conficio, contentari voluerit, me cerciorem reddas velim* ». Studentes bene valere cupit. — Petrus quoque philosophiae studere hic apparet; Iohannes fasciculos suos (seu petias) in volumen compingere solebat, modo utique simpliciore.

Epistola XIII (195-7). — Ex Ferraria, 27 ian. [1476]. — « *Fr. Iohannes... Petro sal. pl. d.* ». Diuturnum silentium tenuit, quia, ait, « *gravisima febre mensibus duobus laboravi... et non modo artus et membra, verum etiam animi vires debilitavit atque hebetavit. Profecto gelidas foncium scaturiencium Alemannie aquas amplius libare non sperabam,... vehementissime dolebam Italis in oris me humandum, non in maiorum meorum monumentis sepeliendum. At omnipotentis Dei auxilio... febris... me reliquit* » fessum et laboris pertaesum. « *Summo miroque cuius tenebar desiderio, V ianuarii die, nostra ex iocundissima patria cum Casparo nostro deditissimo Ferrariam applicuit* ([8]). *Novi tamen*

([1]) Sicuti Beutler, 91, nota 3, induxit.

([2]) Huiusmodi litterae testimoniales pro studentibus in suas Provincias redeuntibus, praescriptae an. 1336 a Benedicto XII (cf. eiusdem *Statuta*, c. 9) in *Stat. Alexandrinis*, c. 5, denuo inculcatae sunt; *Chronol.* I, 52, 165. — Similem formulam habes ap. Eubel, 393, sub c.

([3]) De eo cf. supra, 237, nota 5; infra, Epist. XIII.

([4]) Vix non Aristotelis *Metaphysicam* seu *Metaphysicorum libri XIV*, seu quemdam in eam commentarium. ([5]) Alterius igitur, non sui Ordinis. Frater ille « *petias* » seu exempla non colligata, a se vel a suis descriptas vendebat.

([6]) *A te*, ut coniciendo addimus.

([7]) C *inquunt*. Sensum tamen non assequor, nisi quod illi pretium maius exigebant. Legendumne est *inquiunt*, et pro *merito* (C habet: me°) *medio*?

([8]) Sic C recte; Beutler, 196, mutavit in *applicui*. — De Fr. Ulrico agitur, quem Iohannes exspectabat in Epistola XII; v. etiam infra, lin. 18.

nil, quod te curare existimarem dixit». Ministrum provincialem nusquam allocutus est; sed plura adversa de fautoribus et proximis Iohannis retulit, quae hic omittimus. «*Scribis te ad me venturum; profecto nil opto iocundius... Quid dulcius... quam cum honore permaximo* (1) *te ad dulcissimos atque amantissimos reversurum*». Deus... «*tibi iter tuum secundet... Petrum suum... patrie incolumem reducat... Litteras illas Sifrido nostro coniunctissimo studens perdoctus Michael per te presentari cupit* (2). *Casperus et Ulricus sese tue paternitati plurimum commendant. Libros hiis notos, quibus olim te delectari sciebam, alma... in Basilea urbe peroptime impressos velim scias. — Scriptis iam litterulis quidam nostre religionis frater ex optatissima tua Franckfordia (studens superiori tempore Bononie, Wilhelmus vocatus) ad me venit, aiebat se iturum quam citissime ad suam nativam provinciam, videlicet Coloniam; certis ex causis has ut tibi mandarem litteras* (3) *rogavit. Vale... Studentes et meo et Ulrici* (4) *nomine bene valere precipias...*».

Haec Epistola ergo ad Petrum in Germaniam cum litteris testimonialibus (v. Epist. XI), quarum momentum supra aequum adaugetur, iamiam reversurum datae sunt. Etiam studentem Provinciae Coloniensis, qui interim in alia universitate Italiae studia continuaverat, nobis manifestat. Is Fr. Wilhelmus, item Francofurtanus, Petrum itineris sui comitem se habiturum esse sperabat, uti opinamur.

De numero XIV infra dicetur. — Epistolae XV, quam «*Ex Bononia anno [14]76*» ineunte, uti e XIII et XI liquet, scripsit «*Fr. Petrus sacrarum litterarum... sectator*», tenor a Beutler editus non est. Directa est: «*Rev. P. magistro Iacobo* (5) *N. in Ordine beatissimi Francisci artium liberalium doctori*». — Documenta XVI et XVII mere formulae sunt, quibus custos studentem in aliam custodiam «*pro studio artium*» mittit (6). — De Epistolis XVIII (198-9) et XIX (199-200) Parisiensibus infra, p. 243-6, sermo fiet.

Documentum XX (200-2) est Oratio admodum rhetorica, quam quidam Frater Minor, certe Italus Casali Maiore oriundus, sed anonymus ad «*patres optimos*» habuit. His gratias dicit 1°) quod «*ab ipsis primordiis humanitate precipua, nullis meis presentibus* (7) *meritis,*

(1) Liquide alludit ad testimonium (num. XI), cuius momentum in maius attollit. Petrus ergo an. 1476 in Germaniam remeaturus Ferrariam se aditurum pollicitus erat. — Lin. 1 C *existimaram*.

(2) Ambos studentes Germanos saeculares dixerim; duo sequentes O. F. M. erant. De Ulrico v. supra, 237, notam 5.

(3) His proculdubio acclusas, sed perditas.

(4) Hic igitur Bononiae notus erat, non autem Casperus.

(5) Fortassis Iacobus Bermann, an. 1500 guardianus Argentorati et Custos Custodum atque 1510 Vicarius Provinciae; Eubel, 348, 350s.

(6) Similis formula legitur ap. Eubel, 398, sub d.

(7) Beutler: *precibus;* ibid. lege *caritas* pro *castitas*. — Hic non bene coniecit gratias dici pro beneficio ecclesiastico Fratri illi collato. Quod in oratione non exprimitur, sed tunc res inter Fratres Min. Conv. communis erat; cf. AFH XVI, 139, num. 3; 375, num. 27.

me in suum consorcium suscipere dignum ducentes, singulari benivolencia in dies complexi sunt... Insuper in summi Dei laudem, mei honorem, religionis decus ac Casalis maioris oppidi ornatum dignissimum hac in luce visitare, colere ac nos fovere dignati sunt... Postremo ad hanc communitatem egregiam ac eius incolas oraciunculam meam converto, quibus omni ex parte morem gerere debeo tam racione originis quam beneficiorum copia ». Tunc oppidi patrii laudes praesertim eius munificentiam in pauperes celebrat, quae insuper « *totis precordiis alumpnos Francisci prosequitur* ». Hodie, ait, « *vestra personalis presentia variis referta donariis* » adesse voluit. Subsequitur eleemosynae laus; gratiae dicuntur etiam 'civitatis presbytero'. Demum subnectit « *Deo primicias laudis, hoc peculiari carmine finem faciendo: O lucis rector et celi decus | quo mare et ignes* » | etc.

Documentum ultimum XXI (202-4) conclusio est sermonis cuiusdam in Cant. 6, 10. — Hic fuco rhetorico doctores Ordinis Fratrum Minorum extolluntur. « *Me etenim non semel legisse testor plusquam L prestantissimos doctrina magistros fama immortales... qui scriptis et exemplo nobis... profuere* ». Nonnullos recenset: « *prior* (inquit) *magister Allexander de Halis eluxit singulari ingenio,... ut fons vitae a Parisiensibus meruerit appellari* ». Dein laudantur brevibus elogiis: « *magister Bonaventura, Iohannes Galenus, Ieronimus de Esculo, Petrus de Candia,* « *Iohannes Duns alio nomine Scotus* ». « *Etiam tacendos non arbitror Iohannem Varro, Richardum de Media Villa, Allexandrum de Alexandria* » etc. Horum sola nomina afferuntur. Duo ultimi sunt Iohannes Saxo et Franciscus de S. Symeone. Tunc statim his paucissimis celebrat: « *Franciscum de Savona, quondam nostre paupertatis socium, nunc autem sedis apostolice possessorem legittimum* ». Dein dictis finem imponens, patriam, ait, urbem « *gravis vester aggressus plurimum exornat... que dudum Romanorum debellatrix fortissima, urbiumque multarum procreatrix extitit inclita et... plurimos vita, moribus et sciencia conspicuos gravissimosque patres, quibus is noster [h]ortus fecundior redditur, concepit peperitque...* ».

Oratio ergo habita est in Capitulo provinciali, pro illius aevi more (¹), circa an. 1475-6, uti totum hoc Epistolarium suggerit, certo ante 1482, quo anno S. Bonaventura canonizatus est a Sixto IV supra laudato, tunc regnante 1471-84. Dubitamus, quin oppidum illud, probabilissime Provinciae Bononiensis, studio decoratum fuerit; nam hoc orator vix siluisset. — Orator anonymus revera tot doctores Ordinis sui olim exstitisse *legerat,* nempe in *Libro conformitatum* a Fr. Bartholomaeo Pisano an. 1385-90 conscripto. Ex hoc enim omnes suos doctores eorumque elogia hausit (²). Primo in loco sex, qui sibi principaliores videbantur e Barth. Pisano selegit; reliquos omnes omnino fere eodem in ordine quem apud Pisanum tenent recensuit, ibi nominatis solum Sixtum IV addens.

P. Michael Bihl, O. F. M.

(¹) Cf. AFH VI, 118-27; Eubel, 344ss.; AF II, 505, 526, 538s.

(²) Ap. AF IV, 336-40.

Duae Epistolae e conventu Parisiensi an. 1479-80 a Fr. Petro Piscatoris, Francofurtensi, scriptae. — In Epistolario praesertim Fr. Petri Piscatoris et Fr. Iohanis Underthan, Francofurtensis ad Moenum conventus O. M. Conv. filiorum, aliqua de studio Parisiensi exhibentur (1), quae magis vulgare praestat. Fr. Petrus Piscatoris an. 1478 ad studium Parisiense missus est (2), postquam Bononiae an. 1475-76 in studia iuris canonici et humanitatis incubuit. — Inter Epistolas suas servata est haec notitia publica, qua magister Bernardus Vesuntinus, O. F. M., scholaribus nuntiavit, se *Librum I Sententiarum* Iohannis Duns Scoti expositurum esse (3). In publico quodam loco universitatis haec notitia, iuxta stilum humanistarum (quos dicunt) exarata (4), affixa fuisse videtur, anno probabilius 1479 vel 1480.

« *Cum optimas quasque res omnesque libero homine dignissimas artes audire et lectitare opere precium ducatur, tum fas sacram doctrinam omnium bonarum artium matrem indagare, observare et invenire praestantissimum sit, magister Bernardus Vesun[tinus], sacris in litteris baccalaureus formatus, eius rei commoditatem scholasticis praestare cupiens, die lune hora 3a post meridiem in scolis Fratrum Minorum doctoris fulgentissimi (quem iure optimo Subtilem appellant) volumen primum super Sentencias declarandum suscipiet* ».

(5) Attamen mitigationis momentum exaggerandum non est. Haec eadem definitio, absque his duabus vocibus, iam comparet inter quasdam Definitiones antiquas (vix tempori certo adscribendas) ap. *Firmament. trium Ordinum,* Parisiis 1512, I part., f. 24vb-5va (versus finem), quae repetitae sunt ap. Ehrle, 35-7, in notis (cf. 37, nota a) et ap. *Op.* 465-6 (cf. 466a). Fortasse e Mediol. I, n. 1, aliquo cum iure e contra inferri posset has Definitiones spatio 1285-1292 affigendas esse, saltem partim. Cf. etiam infra, 284, nota 3.

(6) An. 1263 Capitulum gen. celebratum erat Pisis, an. 1282 Argentorati.

Idem obtinuit circa rasuras Fratrum sive eorumdem tonsuras (I, n. 2-3), nam inter an. 1263-82 e « *XV vices* », uti Narb. habuerant, iam « *XVIII vices* » effectae et adauctae fuerant. Hae paragraphi in Paris. quoad tenorem: « *ad quindenam* » [1], quin dies singularum rasurarum specificentur, transierunt.

Eidem spatio temporis: 1263-82 assignanda est « ordinatio » de studentibus (I, n. 4); sed adiectivum « *generalia* » in Mediol. deletum, in Paris. denuo inserta est, una cum vocibus « *quocumque titulo* ». Haec ergo paragraphus e Mediol. in Paris. revera non transiit, nisi in forma quam antea habuerat in Narbon. — E contra sequens « ordinatio » (I, n. 5), de absolutione ab excommunicatione in Paris. transsumpta est, quamvis quoad verba leviter variata. — Idem dicendum de proxima paragrapho (I, n. 6) adversus eos qui aliquid circa Ordinis vel Provinciarum statum mutare molirentur. — Paragraphus 7 demum talis in Paris. transiit.

3. « *Constitutionum* » seu Definitionum Mediol. paragraphos 1-11, de Vicario generali Ordinis, iam an. 1288 a Nicolao IV abolitas esse, supra exposuimus [2].

E contrario § 12 de Ministro gen., si excessuum quorumdam obnoxius esset, corrigendo in Capitulo gen., transsumpta est in Paris. [3]; dum § 13 Definitionem antiquiorem an. 1260, licet modificatam denuo inculcavit [4].

Definitio sequens (14) de doctrinis corruptis item in Paris. transmigravit et cum paragrapho 3 « *Responsionum* » cohaeret, quae scripta Fr. Petri Iohannis Olivi auferenda Fratribus declarat. Contra hunc iam praecedens Capitulum Argentinense an. 1282 aliqua statuerat [5] et an. 1283 Fr. Bonagratia Generalis scripta ipsius examinanda commiserat [6] magistris Parisiensibus, inter quos etiam Fr. Arlottus [7] erat. Hic an. 1285 hoc examen ipse ex officio prosecutus est [8], vi quoque paragraphi 3 illius. Cuius attamen causae vicissitudines hic pluribus exponendae non sunt.

Definitio 15 de visitatoribus in Paris. postmodum translata est; item 17 de studentium litteris testimonialibus atque 18 de studentibus insolentibus, quae duae Definitiones, solo ordine

---

[1] Ita sonat locus etiam in *Statutis gen. Assisiensibus an. 1316* [= Assis.], quae ed. A. Carlini, ap. AFH IV, 276-302, 508-26; v. ibi, 284, num. 14.

[2] Cf. p. 277. [3] Cf. p. 287, nota 9.

[4] Cf. p. 287, nota 12. [5] Ap. Ehrle, 52, l. 19-22; v. notam seq.

[6] Cf. *Chron. 24 Gen.* 374-6.

[7] Cf. de hoc supra, 274-6.

[8] *Chron.* cit. 382. Qua de re cf. Ehrle, *Olivis Leben und Schriften*, ap. ALKG III, 416-32; ibid. 14; II, 291s., 295ss., 387, 400; Cf. etiam Alb. Heysse, ap. AFH XI, 257ss., 261ss.; L. Oliger, ibid. 319.

inverso, in Paris. transmigrarunt. — Paragraphus autem 16 de Summorum Pontificum sententiis reverendis postea repetita non fuit.

Ordinatio de studentibus induendis (19) in Paris. resumpta est, perinde ac sequens (20) de bachalariorum « pro Sententiis legendis » et de promovendorum « ad magisterium » ordine Parisiis servando quoad Fratres provinciae Franciae ac reliquarum provinciarum. Haec porro definitio celebris est in vita Fr. Iohannis Duns Scoti ([1]). Postmodum enim in nova recensione Statutorum gen. an. 1292 et an. 1316 haec Definitio repetita est. Tunc brevius quidem enuntiata est, sed eiusdem tenor nullam subiit mutationem.

Definitio 21 circa visitatores et 22 circa obedientias Fratrum itinerantium postmodum in Paris. repetitae sunt, non vero duae ultimae (23-4).

In § 23 Capitulum generale non iam ordinat, neque quidquam imponit, sed concedit Fratribus uti bulla Martini IV: *Exsultantes in Domino* (18 ian. 1283). Hac bulla Papa Fratribus ipsis, scilicet Ministris et Custodibus, facultatem fecerat nominandi « oeconomos, syndicos et actores », qui res Ordini tributas recte administrarent, alienarent, repeterent etc. Quia inde facile lites ac causae generari poterant, Capitulares circa bullae usum moderatum prudentemque addere monitionem quamdam non praetermiserunt.

Usum iam antiquum Ordinis sequentes ([2]) capitulares demum in num. 24 specialia suffragia Bernardo de Languissel concesserunt. Is notarius olim apostolicus, an. 1273 archiepiscopus Arelatensis nominatus et 12 aprilis 1281 in Cardinalem episcopum Portuensem promotus est; defunctus 19 sept. 1291 ([3]). An. 1283-85 legatus erat apostolicus in Tusciae et totius Italiae Septentr. partibus ([4]).

4. Plurium comitiorum generalium Ordinis capitulares similiter « *Responsiones* » emiserant ad quaesita varia Patribus tali occasione oblata, v. gr. in Capitulo gen. Assisiensi an. 1269 ([5]), in Lugdunensi an. 1272 ([6]). Uti ex illis Responsionibus septem (num. 1, 2, 5-9),

---

([1]) De ea disputavit A. Callebaut, ap. AFH XXI, 206-13.

([2]) Cf. *Definitiones Cap. gen. Narbonensis (1260)*, ed. F. Delorme, ap. AFH III, 504, n. 24 et *Definitiones Capit. gen. 1260-82*, ed. Little. ap. AFH VII, 677-682; v. 677, num. 3; Ehrle, 41 (an. 1272?); ibid. 50, l. 3-5; 67 (an. 1304).

([3]) Eubel, *Hierarchia* I², 10, 103; Albanès-Chevalier, *Gallia christiana novissima*, III (1901), 504-29.

([4]) Potthast, *Reg. Sum. Pontif.* n. 22 038, 062, 084-6, 127, 149, 202. — Cf. infra, 289, nota 7.

([5]) Partim ed. F. Delorme, ap. AFH V, 708-9; longe plures ed. Little, ibid. VII, 679-80.

([6]) Ed. Ehrle, 45; *Op.* 467; ed. Little, ibid. 681. — Alterius speciei sunt editae ap. AFH XVIII, 514-24.

ex his vero duae (num. 1, 2) in Paris. translatae sunt, ita quoque e Responsionibus Mediol. in Paris. duae (num. 5, 6) incorporatae sunt.

Liquet nn. 4 et 5, de Fratribus qui provincias suas exire cogebantur, e natura sua inter se cohaerere et has res temporibus illis, in quibus partium lites, contentiones et proelia inter oppida vicina, aliaque bella maiora quam frequentissime eveniebant, modo has modo illas provincias contingere potuisse [1].

Paragraphus 7 de studentibus Tolosam mittendis in membrana nostra deest, sed cum aliis invenitur in alio codice [2] maximam partem horum actorum Mediol. continente. Unde de eiusdem authentia eo minus dubitamus, quod studium Tolosanum iam an. 1229 formaliter erectum fuit, cuius facultatem theologicam soli Fratres Predicatores et Minores tenebant [3]. Etiam « Statuta provincialia provinciae Aquitaniae saec. XIII exeuntis [4] » studium Tolosanum respiciebant; immo in Capitulo provinciali eiusdem an. 1285 definitum fuit [5]: « Minister (provincialis) de consilio totius capituli revocavit ad se receptionem omnium ad Ordinem, etiam de Tholosa ». Cuius Definitionis Aquitanicorum causa forte « *Responsio* [6] » haec (n. 7) fuit, quod plures studentes exteri exinde Tolosam perrecturi praevidebantur [7]. — Suspicari licet hanc paragraphum in membrana nostra omissam esse, quia nonnisi paucos Fratres provinciae Franciae tangeret.

Sequentia (§§ 9-15) iam « *Responsiones* » Capituli aestimari certo nequeunt; sunt vero addita iuxta usum antiquiorem Ordinis [8]. Anniversarium Martini IV (n. 9) etiam in Paris. transiit [9]. Nume-

---

(1) Cf. infra, 290, nota 8.

(2) Cf. 283, 290, nota 9.

(3) Hil. Felder, *Geschichte der wiss. Studien im Franziskanerorden*, Freiburg i. Br. 1904, 236s., 326, 361; *Hist. des études*, 248s., 333, 368; *Storia degli studi*, 245s., 338, 375. H. Denifle, *Chart. Univ. Paris.* I, 83, 129, 145, 151-2, 184-5. De duobus Fratribus Min. Tuscis an. 1248 ad studium hoc proficiscentibus cf. Salimbene, 311 (139). Statutum Capituli gen. an. 1313 de universitate Tolosana v. ap. *Chron. 25 gen.* 468, et hinc ap. Ehrle, 70-1.

(4) Ed. M. Bihl, ap. AFH VII, 474: Stat. VI, 1-2.

(5) L. c. 478, num. 9.

(6) In eiusdem initio pro « *Item* », uti et in num. 5, iuxta sensum et contextum, subaudias: *Item placet Capitulo generali*, sicut in num. 6. Cf. etiam num. 3, 4, 8.

(7) Putamus in num. 7 agi de studentibus « de debito », non « de gratia »; cf. Ehrle, 52, 108-9. Infra, in Mediol. II, n. 19.

(8) Cf. *Def. Narbon.* ap. AFH III, 504, n. 22-5 et ibid. VII, 677, I, n. 3. Istis in Missis et in suffragiis fundabantur etiam *Litterae confraternitatis*, a Ministris concessae extraneis, uti in *Def. Narbon.* n. 25 expresse dicitur; cf. eiusmodi Epistolae ap. AFH I, 561-3; III, 494 (cf. V, 427); VII, 250s., 255-62; XIII, 293; XVI, 358; XVII, 451s.; XX, 222s.

(9) Cf. 290, nota 13.

rus autem Missarum pro universis mortuis et vivis (nn. 10-11), scilicet, uti aestimamus, pro iis « quorum recommendatio facta fuerit in Capitulo generali (1) » a nullo Capitulo antiquiore impositus hucusque innotuit (2).

Martinus IV (1281-85) carnis universae viam recens ingressus erat, nempe 28 martii 1285. « Amicus (3) erat Fratrum Minorum ... quibus etiam dedit optimum privilegium de praedicationibus et confessionibus audiendis (4) ... Assisii (5) in ecclesia b. Francisci sepulturam elegit (6), quia totaliter erat intimus amicus ordinis Fratrum Minorum ».

Etiam Frater Minor quidam in actis et recommendationibus huius Capituli memorandus erat (7), ignoramusque, cur hoc omissum fuerit. Is erat Fr. Marcus de Montefeltro dictus, qui revera erat « de Mutino ... in Massa S. Petri (8) ».

« Bonus (9) dictator fuit et velox et intelligibilis; et pro labore quem sustinuit associando generales ministros et scribendo [pro] eis litteras, promeruit sibi et in quodam generali capitulo obtinuit, quod quilibet sacerdos Ordinis post decessum suum diceret pro anima sua unam missam de mortuis. Hic fuit meus specialis amicus ». « Quiescit in Urbino, miraculis corruscat... fuit minister provincialis in Marchia Anconitana et laudabiliter se habuit ibi (10) ». « Fr. Marchus... honestus homo et sanctus... fuit socius fratris Crescentii [1244-7] et fratris Iohannis de Parma [1247-57] et fratris Bonaventurae [1257-74] ... Obiit autem an. Dom. 1284 (11) ».

Fr. Marcus an. 1284 ineunte decesserat, quia Fr. Salimbene sequens *Cronicae* suae folium « immediate post festum inventionis S. Mi-

(1) Sic, alio in contextu *Narbon.* ap. Ehrle, 137, l. 11; *Op.* 464a (in cap. XII). In *Def. Narbon.* n. 25 (AFH III, 504) una Missa pro vivis et altera pro defunctis imponuntur. Cf. etiam dicta de Bern. de Languissel, p. 279.

(2) Cf. alii numeri posteriorum annorum, infra, 291, n. 1.

(3) Salimbene, *Cronica,* 506, 412 (279, 212).

(4) Bullam *Ad fructus uberes,* 13 dec. 1281; ap. BF III, 480; Potthast, n. 21821, 21837; Eubel, *Epitome,* n. 1505, et p. 300-1.

(5) Salimbene, 566 (332).

(6) Martinus IV Perusii obierat, ibique in ecclesia cathedrali adhuc conditus est, contra suam voluntatem et bullam 1 febr. 1286, qua Honorius IV Perusinos iussit corpus eiusdem Assisium deferre: Potthast, n. 23361.

(7) Uti alii Fratres in *Def. Capit. Narbon. 1260,* ap. AFH III, 504, n. 24.

(8) Salimbene, 308 (136).

(9) Idem, l. c.

(10) L. c. Quibus annis Marchiam rexerit, non constat. Cf. Galanti-Rinaldi, *Series ... Ministrorum prov. ... Picenae provinciae,* Fani 1843, 8; Ciro da Pesaro, *I Ministri prov. delle Marche,* ap. *Picenum Seraph.* I (1915), 211-2.

(11) Salimbene, 307-8; v. ibid. 311-2, (139); p. 550 (317) denuo eius obitus recolitur.

chaelis (1) » (8 maii) scribebat. Capitulum gen. Assisiense an. 1279 Fr. Marco Missas illas « sibi in capitulo Pisano » concessas denuo explicite confirmaverat (2). Quoniam eousque tantummodo an. 1263 Capitulum gen. Pisis celebratum erat (3), elucet « gratiam » illam Fr. Marco an. 1263 iam concessam fuisse, cum adhuc socius S. Bonaventurae erat. Nescimus, quando oblivio an. 1285 facta, reparata fuerit (4).

Visitationes singularum provinciarum (n. 12) in Capitulo gen. assignabantur (5). Elucet ergo membranam nostram in paragrapho 12 incompletam esse, quia paucissima hic extracta ex originali (6) Capituli gen. solummodo Franciae provinciam concernunt.

Pro iis tribus Fratribus, scilicet Ministris Custodibusve, qui « *in via ad Capitulum generale* » (n. 13) mortem subierant (7), quilibet Ordinis sacerdos Missam dicere debebat (8). — Numerus universorum Fratrum ab ultimo Capitulo an. 1282 defunctorum ad 2340 ascendit. In triennio 1257-60 tantummodo 2126 e vivis sublati fuerant (9); postmodum inter annos, ut videtur 1313-16, Fratres 2511 obierunt (10); deinde in triennio 1337-40 Fratres 2272 defuncti recensiti sunt (11). Ita numerus ille annorum 1282-85 medium quoddam inter alios occupat.

5. Acta Capituli gen. Mediolanensis in Capitulo provinciali (12)

---

(1) P. 308: « *feria 3* »; in quam dies IX an. 1284 revera incidit.

(2) Ap. Ehrle, 50 (cf. ibid. 48-9) et ap. Glassberger, AF II, 96.

(3) A. Callebaut, ap. AFH XIII, 305-17; ubi probatum est Capitulum an. 1272 non Pisis, sed Lugduni habitum esse.

(4) Quia Missa Fr. Marco promissa a quolibet Fratre sacerdote dicenda erat, supponi nequit in membrana nostra hanc paragraphum omissam esse. In paucis quae habemus actis Capituli 1287, nomen Fr. Marci non apparet; ap. Ehrle, 58-9; Glassberger, ap. AF II, 104. Si vero in actis istis integrioribus aliquando apparebit, monendum est, ne contra adeo expresse dicta a Fr. Salimbene quis inducat Fr. Marcum mortuum esse inter 13 maii 1285 et 25 maii 1287.

(5) *Narbon.* ap. Ehrle. 119, l. 5-7; 120, l. 3-7; *Op.* 458b-9a. Expressius deinde in *Paris.* 119, nota 6, hoc edictum fuit.

(6) De actis Capituli gen. sub sigillo Ministri gen. ad singulas provincias deportandis expresse item solum in *Paris.* 137, nota 2, sermo fit, et hinc in *Assis.* 325, n. 24. Cf. etiam 283, nota 1.

(7) An. 1260 duo Ministri in itinere obierant; v. *Def. Narbon.* 504, n. 27.

(8) *Narbon.* c. XII; Ehrle, 137; *Op.* 464b.

(9) *Def. Narbon.* 504, n. 26.

(10) Cf. AFH XIV, 428.

(11) Ap. AFH VI, 256.

(12) Acta Capitulorum gen. ad singulas provincias transmittenda erant; cf. etiam iam *Caeremoniale Ord. Min. vetustissimum*, ed. Golubovich, ap. AFH III, 76, num. 75. Cf. supra, 282 nota 6.

Franciae an. 1285 (1) proculdubio exemplata esse, ea quae in fine membranae subnexa sunt, aperte demonstrant. In hoc Capitulo Minister Franciae absolutionem (v. III, n. 8) Fratribus suis impertire poterat; Statuta alia specialia in eodem promanasse non videntur.

---

6. Textum horum Actorum desumpsimus e membrana coaeva, long. 630, larg. 185 mm., cuius breves margines in aliquibus locis, una cum pauculis litteris textus, vetustate consumpti et corrosi sunt. Servatur hoc documentum Insulis, Flandriae Gallicae, vulgo *Lille,* in archivo districtus (2), sign. *B 1457, n.o 2723.* Originale hoc coaevum est, non in Capitulo gen. Mediolanensi, sed in Capitulo prov. Franciae an. 1285 exaratum et ad singulos conventus huius provinciae missum. Amanuensis peritus calligraphus erat, usus scriptura tunc aevi pro documentis adhiberi solita. Notes, velim, num. 12-15 partis III ab alio amanuensi alio quoque incausto utente scriptos esse. Sigilli alicuius modo nullum apparet vestigium.

7. Textum ex hac membrana [= **M**] infra edimus, singulis Actorum partibus numeros romanos praefigentes, singulisque paragraphis numeros arabicos. — Sola pars I: « *Ordinationes* » hucusque inedita erat atque similiter ultimae paragraphi membranae, scil. III, num. 8-15 et IV, num. 1-3. — Alias paragraphos Fr. Ehrle iam diu e cod. Vatic. Burghes. *86* [= **B**] ediderat (3), cuius variantes infra subnotavimus. — Easdem paragraphos, una in fine omissa, unaque ibidem addita, scil. II, n. 1-24, et III, 1-6 et 8, continet etiam codex *106* (pag. 255-8) bibliothecae conventus Friburgensis [= **F**] (Helv.) Fratrum Min. Convent., saec. XIII-XIV, qui codex multas Constitutiones Ordinis complectitur et e quo iam plures hic prodierunt (4).

---

(1) Provinciae quotannis Capitula tenebant; *Narbon.* c. X, ap. Ehrle, 129; *Op.* 461a. — Poterat hoc Capitulum immediate post generale adhuc 1285 celebrari; Remense (n. 2) tunc in an. 1286 referendum esset; ast hoc item in annum 1287 referri potest, nostrumque praecedens in an. 1286.

(2) « Archives du Nord, Chambre des comptes ». In dorso charta seu papyrus agglutinata est, membranae magis firmandae causa. In pluribus locis humiditate agente, litterae damnum, ubique tamen oculo attento reparandum, passae sunt. Partem membranae a nobis iam diu photographatae comiter nobis contulit tabularii praefectus cl. v. Max Bruchet, cui debitas referimus gratias. — Ex hoc eodem Archivo iam alia documenta ipsi edidimus, ap. AFH VII, 250-4, 256-7.

(3) Ap. ALKG VI (1896), 53-6. Ibi, 75, de hoc codice B, de quo v. etiam M. Bihl, ap. AFH VII, 466-8.

(4) Edente F. Delorme, AFH III, 502-4: V, 708-9: VI, 251-2; XVIII, 511-2. — Variantes acceptas grati referimus cl. v. Leoni Kern, professori Universitatis Bernensis et P. Michaeli Bihl.

Acta Capituli generalis Mediolani celebrati an. 1285 (1).

I. — Ordinationes.

In nomine Domini. Amen.

Hec sunt ordinationes capituli generalis Mediolani celebrati anno Domini M°CC°LXXXV°.

1. In capitulo DE OBSERVANTIA PAUPERTATIS in illo (2) paragrapho: *Inhibemus per obedientiam quod nullus frater inducat aliquam personam ad ordinandum aliquam elemosinam perpetuam*, amoveatur: *per obedientiam* (3).

2. Item in capitulo DE FORMA INTERIUS CONVERSANDI in illo §: *Fratres XVIII vicibus radantur in anno* (4), ponatur, *XX, videlicet octies a festo sancti Francisci usque ad festum cath*[edre] *sancti Petri, ita quod inter has VIII rasuras hiemales sit spatium XXI dierum vel circa; alie XII rasure estivales a cathedra sancti Petri* (5) *usque ad festum sancti Francisci, ita quod inter has rasuras erunt spatia XV dierum vel circa. Prima itaque rasura erit in festo sancti Francisci, secunda inter festa sancti Luce et sanctorum Simonis et Iude* (6), *tertia in festo sancti Martini, quarta in festo sancti Andree, quinta in Nativitate Domini, sexta in octava Epiphanie, septima in Purificatione, octava in cathedra sancti Petri, nona in festo sancti Gregorii* (7), *decima in kalendis aprilis, undecima in medio eiusdem mensis, duodecima in Apparitione sancti Michaelis* (8), *tertia decima in Translatione beati Francisci, quarta decima in festo sancti Barnabe apostoli pro festo sancti Antonii* (9), *quinta de-*

---

(1) Titulum hunc generalem aliosque titulos crassioribus typis expressos ipsi singulis partibus praefiximus, uti etiam numeros singulis paragraphis a nobis ita dispertitis.

(2) Sic hic et infra M.

(3) Deest ap. *Op.* 543a. Legitur inter. *Paris.* 95, in nota 5, et quidem in hac eadem forma quam in M habet. Econtra duae voces in *Mediol.* et in *Paris.* deletae, denuo in *Assis.* 281, num. 11 introductae sunt, aliaeque sanctiones additae. Paragraphus ista ergo iam inter an. 1263-82 Statutis gen. inserta erat. Cf. supra, 277, nota 1.

(4) Ap. *Op.* 454; ap. Ehrle, 100. Sed in utroque tantummodo legitur: « *XV vicibus radantur in anno temporibus consuetis, et sit rasura non modica* » etc. Ergo mutatio in *18* etiam inter 1263-82 facta fuerat. — Haec paragraphus vagabatur in Cod. Vaticano Burghes. *86*, e quo eam ed. M. Bihl, ap. AFH VII, 468. Nunc tandem eiusdem origo et natura elucet. Demptis paucis variantibus mere verbalibus, 20 vices cum M concordant, nisi quod XIV^a simpliciter fieri statuatur: « *in festo s. Antonii* ». — Cf. supra, 278, nota 1.

(5) Cathedra S. Petri Antiochiae, 22 februarii; non Romae, 18 ianuarii, uti statim patebit.

(6) Id est 4, 18 et 28 octobris; dein 11 et 30 novembris, 25 decembris, 13 ianuarii, 2 et 22 februarii; cf. notam praeced.

(7) Id est 12 martii.

(8) Scilicet 8 et dein 25 maii.

(9) Ergo 11 iunii pro festo 13 iunii; deinde 29 iunii.

cima in festo Apostolorum Petri et Pauli, XVI^a in medio mensis iulii, XVII^a in festo sancti Petri ad vincula (1), *XVIII^a in Assumptione beate Virginis, XIX^a in prima ebdomada mensis septembris pro festo beate Virginis* (2), *XX^a in festo sancti Mathei.*

Octava, IX^a, X^a, XI^a, XII^a, XIII^a poterunt disponi singulis annis, prout requirit tempus paschale. Eisdem vero temporibus pro sacra communione fiat sermo fratribus in communi, et communicent fratres in festis vel diebus dominicis magis congruentibus et vicinioribus terminis pretaxatis in quibus sunt rasure huiusmodi faciende, et deleatur usque i[llud]: *et sit rasura non modica* (3).

4. Item in capitulo DE OCCUPATIONIBUS FRATRUM in illo § *de mittendis Parisius* ubi dicitur: *Idem dici[mus]* (4) *de hiis qui ad studia generalia transmittuntur* (5), auferatur: *generalia.*

5. Item in capitulo DE CORRECTIONIBUS DELINQUENTIUM circa finem primi § ubi dicitur: *ab excommunicatione possit custos absolvere vel gardianus, si presentia custodis* etc. (6), addatur sic: *vel vicarius gardiani, si presentia custodis vel gardiani non poterit haberi infra triduum.*

6. Item in eodem capitulo: *Precipimus per obedientiam* [*in virtute*] (7) *sancti spiritus,* ubi dicitur: *nisi per generalem Ministrum* etc. ponatur sic: *Nisi per generalem Ministrum vel provincialem* (8) *vel eius Vicarium* et quod sequitur in illo § deleatur: *vel per eum* (9) etc.

7. Item in rubrica DE CAPITULO GENERALI in illo §: *In omnibus memorati capituli diffinitionibus,* ubi dicit[ur]: *inviolabiliter observetur* (10), deleatur residuum usque illuc: *nec ab ea aliquis appellare presumat.*

---

(1) Id est 1 ac dein 15 augusti.

(2) Scilicet pro 8 sept. ac demum 21 sept.

(3) Cf. 284, nota 4.

(4) Hic et in pluribus locis margo in M corrosus est.

(5) Deest ap. *Op.* 456b, sed legitur inter *Paris.* 108, in nota 3, ubi habes: « *ad studia generalia quocumque titulo trasmittuntur* ». Cf. etiam *Assis.* 291, num. 17.

(6) Agitur de excommunicatione « *pro iniectione manuum* », scilicet violenta. Tum ap. *Op.* 456a, tum ap. Ehrle, 113, intra parentheses similis textus habetur, in quo Custodi haec absolutio tribuitur. Sed inter *Paris.* 112, nota 4 (in fine) textus iste legitur cum mutatione Mediolani statuta, licet paucae adsint variationes mere verbales. Cf. *Assis.* 295, n. 8.

(7) Has duas voces inseruimus ex *Paris.* 115, nota 3. Ibi enim hic textus, qui ap. *Op.* 458, recte deest (cf. ibid. 467), legitur tanquam insertus a Capitulo generali Lugdunensi an. 1272, contra eos qui ope extraneorum aliquid circa Ordinis seu alicuius Provinciae statum immutare studebant. In illo enim Capitulo an. 1272 denuo et definitive de numero Provinciarum actum erat; cf. A. Callebaut, ap. AFH XIII, 312-6.

(8) Voces *vel provincialem* desunt in *Paris.* 115, nota 3, lin. 13; sed adsunt in *Assis.* 298, n. 27.

(9) Hae voces ll. cc. non leguntur, quia textus an. 1292 ita mutatus est.

(10) Ap. *Op.* 463a et Ehrle, 135, l. 7-11. Hic reapse notantur ea in *Paris.* deesse, quae hic delenda statuuntur, sicque mutatus textus etiam transiit in *Assis.* 523, n. 9.

II. — Constitutiones sive Definitiones.

Hec sunt constitutiones edite in capitulo Mediolanensi (1).

1. Ordinat capitulum generale (2), quod quandocumque contigerit mori (3) generalem ministrum, minister ille, in cuius provincia moritur generalis minister, teneatur, quam cicius poterit bono modo, convocare duos ministros propinquiores loco, in quo predictus minister generalis (4) decesserit.

2. Qui tres ministri unum ex seipsis vel (5) ex aliis ministris ordinis instituant vicarium ordinis generalem. Qui vicarius taliter institutus, ab omnibus fratribus ordinis, tam prelatis quam subditis (6), pro vero vicario habeatur. Cui etiam vicario (7) omnes fratres, tam prelati quam subditi, in hiis que ad officium vicarie pertinent, obedire firmiter teneantur.

3. De tempore autem generalis (8) capituli celebrandi fiat tunc (9) sicut in generalibus constitutionibus (10) continetur.

4. Sic autem institutus vicarius non transferat fratres (11) de provincia ad provinciam, nisi ordinis (12) necessitas id requirat; nec etiam mittat ad studium generale vel alibi fratrem aliquem ad morandum.

5. Item non transferat usum librorum et aliorum utensilium, nec predicta distribuat, nisi forte necessitate cogente et tunc etiam provincie ad quam pertinent, huiusmodi (13) libri dimittantur.

6. Item non absolvat ministros, nec excommunicet vel suspendat, nisi forte occurreret tanta necessitas, quod non posset dissimulari ullatenus vel (14) differri, et tunc fiat de magno et maturo consilio discretorum.

7. Item non confirmet (15) electos in ministros, sed fiat sicut (16) in constitutionibus est ordinatum.

8. Item circa statum conventus Parisiensis nichil immutet, sed de visitatore providere possit eidem conventui (17), sicut in constitutionibus est ordinatum (18).

9. Item nullam edat constitutionem, nec det (19) aliquod mandatum generale per ordinem, nisi forte magna necessitate cogente; et tunc faciat de magno et maturo consilio discretorum.

---

(1) Edidit Ehrle, ibid. 53-6, e codice B, de quo cf. supra, 283. Divisionem paragraphorum ipsi inveximus. In titulo: *in cap. generali Mediolani celebrato* B. — *Hec sunt Ordinationes editae in capitulo Mediolanensi anno domini MCCLXXXV* F. (2) *gen.* om. F. (3) *Mori cont.* B F.
(4) *gen. min. praed.* transponunt B F. (5) *aut* F; tunc *ex* om. M.
(6) *ord. prel. et subd.* B F. (7) *sic instituto* add. B F. (8) *cap. gen.* F.
(9) *tunc* B F; om. M. (10) *const.* om. B. (11) *fratrem* B.
(12) Sic M; *evidens* B F; tunc *id* B M; *hoc* F.
(13) *hui. pert.* B F; tunc *libri* B F; *libere* M.
(14) *aut* B F; subinde *fiat* om. B.
(15) *confirment* B. (16) *est* huc transp. F.
(17) *eiusdem conventus* B: tunc *sicut est* transp. B F.
(18) *In Narbon.* c. VIII: ap. *Op.* 460a; Ehrle, 123.
(19) *det* om. M; tunc *mand. al.* B; dein *generale* om. M.

10. Item vicarius sigillum habeat vicarie, quo sigillo uti semper [1] valeat quicumque vicarius fuerit [2] capituli generalis.

11. Item idem vicarius potestatem solum habeat usque ad inicium capituli generalis. Sed ex tunc [3] procedatur in capitulo, sicut in constitutionibus continetur [4].

---

12. Item ordinat capitulum generale, quod teneantur fratres in provinciali capitulo [5] immediate precedente capitulum generale visitare generalem ministrum de notabilibus excessibus certis et in terminis explicatis; et tales excessus per custodem euntem [6] ad capitulum generale transmittantur sub sigillo ministri, vel [7] custodis et gardiani loci, in quo provinciale capitulum celebratur. Qui custos ministris et custodibus, ad quos spectat ex regula correctio generalis ministri, et [8] in generali capitulo huiusmodi representet [9].

13. Item revocat capitulum generale omnia precepta generalia contenta in litteris [10] per totum Ordinem precedentium generalium ministrorum, que non diriguntur specialiter aliquibus provinciis [11] vel personis [12].

14. Item mandat capitulum generale, quod ministri sint diligentes circa [13] dogmatizantes doctrinam corruptam publice vel occulte, ut eos diligenter moneant et corrigant; et nisi revocaverint et destiterint requisiti, privent eos predicti ministri officiis lectionis, predicationis, confessionis, diffinitionis et discretionis ad capitula [14]. Qui si nec [15] sic destiterint, fratrum societate priventur et tandem incarcerentur, si in suis erroribus perseverent, ne corrupti corrumpant alios et pervertant [16].

15. Item ordinat generale capitulum [17], quod visitatores in nullo casu potestatem habeant excommunicandi, suspendendi, interdicendi, nisi missi specialiter a generali ministro [18].

---

(1) *s. uti* transp. B F.

(2) *f. vic. capitulo generalis* B; *capituli* F; om. M. — Ehrle recte perspexit hic in B lacunam adesse, quae revera ex homoioteleuto orta est, uti F ostendit, qui item textum n. 10 et 11 integrum praebet. B enim tunc revera in num. 11 om. *Item-generalis*.

(3) *Et tunc* F. (4) Scil. in *Narbon.* c. IX; ap. *Op.* 460b; Ehrle, 125.

(5) *prov. cap.* transp. F. (6) *eundem* B; tunc *ad g. cap.* transp. F.

(7) *vel* om. M. (8) *et* om. F M; tunc *rep. h. in c. gen.* transp. B F.

(9) Haec paragraphus assumpta est in *Paris.* 133, nota 2; inde quoque in *Assis.* 521, n. 21 transiit. (10) *gen. cont. in litt.* om. B F; tunc *prec. gen. min. generalia per tot ord.* transp. B F. (11) *al. prov. spec.* transp. B F.

(12) Similis definitio emanavit in Capitulo Narbonensi, ap. *Op.* 465a, l. 1-3; ap. Ehrle, 35, l. 6-7; ed. F. Delorme, ap. AFH III, 503-4, n. 17.

(13) *contra* B. (14) *capitulum* F. (15) *si nec* om. B; *si nec sic non* F.

(16) Haec item transierunt in *Paris.* 110, nota 3, aliquibus verbis transpositis et mutatis. Hinc transvecta est in *Assis.* 292-3, n. 28.

(17) *gen. cap.* hic et infra transp. F.

(18) Transiit in *Paris.* 121, nota 6, in qua statim subiungitur Responsio Capituli Lugdunensis an. 1272; cf. Ehrle, 45; Little, ap. AFH VII, 681, num. 2. Postea e *Paris.* in *Assis.* 510, n. 15 transmigravit.

16. Item mandat capitulum generale, quod sententie summi pontificis ubique (1) per totum ordinem ab omnibus fratribus inviolabiliter observentur, et contrarium facientes graviter puniantur.

17. Item teneantur studentes in generalibus studiis reportare (2) secum, cum ad suas provincias redeunt, litteras testimoniales gardiani et lectoris loci, in quo studuerunt (3) de sua conversatione et profectu in scientia, quas suis ministris ostendere teneantur (4).

18. Item si ministri invenerint aliquos studentes (5) notabiliter insolentes aut notabiliter in studio negligentes, eosdem remittant ad suas provincias de consilio discretorum.

19. Item ordinat (6) capitulum generale, quod quelibet provincia induat studentes, quos mittit ad alias provincias, exceptis illis qui ex debito mittuntur Parisius, et excepta provincia Francie (7) cum mittit ad alias provincias; et excepta Romana provincia, quantum ad eos qui ex ordinationis debito transmittuntur (8).

20. Item placet capitulo generali, quod provincia Francie habeat bakelarium (9) in tertio anno pro legendis sententiis Parisius (10), et duobus annis successivis (11) sint de reliquis provinciis Ordinis; et similiter de promovendis ad magisterium habeant (12) tertium (13), et duo sint de reliquis provinciis Ordinis. Et hoc ordine (14) successive in magistris et bakelariis procedatur, ita tamen quod propter hanc ordinationem nullus promoveatur insufficiens ad officia supradicta, nec preiudicetur potestati generalis ministri, quin in promovendis ad bakalariam et ad (15) magisterium providere possit et preferre unum alteri, sicut Ordini viderit expedire (16).

21. Item visitatores teneantur per obedientiam statum bonum sive malum provinciarum quas visitant generali capitulo (17) nuntiare.

22. Item ordinat capitulum generale, quod omnes fratres suam provinciam exeuntes in singulis locis fratrum infra diem naturalem, ex quo ad loca pervenerint, suas obedientias gardiano vel eius

---

(1) *ubicumque* B. (2) *portare* F. (3) *studuerint* B.

(4) Aliquibus variatis et inverso ordine haec definitio, una cum 18 transducta est in *Paris.* 109-10 (in nota 3). Ista forma nova item comparet in *Assis.* 292, n. 25.

(5) *al. stud. inv.* transp. F; tunc *aut* B M; *vel* F.

(6) *ord.* om. B. (7) *provincie* et inter lineas add. *Francie* M.

(8) Paragraphus transiit in *Paris.* 109, nota 3 (in fine); dein etiam in *Assis.* 292, n. 26, omissa tamen clausula de provincia Romana.

(9) *bachellarium* F; sic et infra.

(10) *anno tertio* huc ita transp. et *in* om. B F.

(11) *successive* B F; tunc *sint* om. B F.

(12) *habeat* M. (13) *annum* add. F. (14) *ordine* om. B. (15) *ad* om. F M.

(16) Celebris ista ordinatio transivit in *Paris.* 107, nota 3, l. 23-9; hinc in *Assis.* 290, n. 15. Cf. dicta p. 279.

(17) *capitulo* F; *cito* B; *ministro* M. — Voce *ministro* item mutata in *capitulo*, haec paragraphus transiit in *Paris.* 122, nota 4 et in *Assis.* 511, n. 20.

vicario ([1]) ostendere teneantur, ipsique gardiani vel vicarii teneantur easdem ([2]) requirere, si fratres in ostendendo fuerint negligentes ([3]).

23. Item placet capitulo generali, quod privilegio domini pape Martini de nominandis procuratoribus ([4]) provincie possint uti. Caveant tamen a ([5]) multiplicandis litibus et quod nichil fiat contra ordinis honestatem.

24. Item concedit capitulum generale domino Bernardo ([6]) episcopo Portuensi, legato sedis apostolice ([7]). quod denuntiato eius obitu, quilibet sacerdos ordinis ([8]) celebret unam missam et in quolibet conventu fiat officium in communi.

III. — Responsiones.

Iste sunt ([9]) responsiones ad consultationes ministrorum.

1. Querebatur, si plures deponant ([10]) singulariter in secreto coram ministro, utrum ex quo scit ([11]) idem minister plures esse deponentes, possit quemlibet eorum compellere, quod deponat presentibus duobus vel tribus discretis? — Ad quod respondetur, quod sic. Nam per singulares testes procedi potest, sicut fuit alias diffinitum ([12]).

2. Item responsum est, quod ministri possunt visitare publice vel occulte ([13]) et preponere aut ([14]) postponere privatam publice, vel e contrario ([15]) et singillatim fratres vocare, sicut eis videbitur expedire.

3. Item mandat capitulum generale ministris, quod diligenter inquirant in suis provinciis, si quis frater habeat questiones aut aliquid de scriptis fratris Petri Iohannis de provincia Provincie, et omnia inventa auferant ([16]), nec aliquem eis uti permittant, quousque per generalem ministrum aliud fuerit ordinatum ([17]).

([1]) *gardianis vel vicariis* B; *gardi*[*anis*] *vel eorum vicariis* F.

([2]) *easdem* om. B F.

([3]) Translata est in *Paris.* 102, nota 6 (in fine) et dein in *Assis.* 286, n. 8. In *Assis.* hae obedientiae iubentur ostendi «*per obedientiam*» atque requiri «*sub eiusdem districtione praecepti*».

([4]) Bulla Martini IV: *Exsultantes in Domino,* 18 ian. 1283; ap. BF III, 501. Confirmata est a Nicolao IV, bulla: *Religionis favor,* 22 nov. 1290; ap. BF IV, 190. Cf. etiam AFH VII, 55-65; VIII, 83-5, X, 190, n. 203; ib. 230, n. 499 et XI, 450-1.

([5]) *de* B F.

([6]) *Bertrando* male B; solum *B.* habet F.

([7]) Sic F; *ap. s. leg.* transp. B; om. M. Cf. de eo supra, 279.

([8]) *ord.* om. B.

([9]) *Iste sunt* om. B F; dein *minist.* om. F.

([10]) *deposuerint* B F; sed *sing. dep.* transp. B; *secr. dep.* transp. F.

([11]) Sic B F; *sciet* fortasse, hic maculatus M.

([12]) *prout aliud est diff.* B; *prout est alias diff.* F. — Hic videtur respici Responsio n. 3 in Capitulo gen. 1269 data, ed. Little, ap. AFH VII, 680, n. 3; cf. eadem ibid. V, 709.

([13]) *vel occculte* M; *et private* B F.

([14]) *aut* F M; *et* B. — Post *privatam* subaudi *visitationem.*

([15]) *vel econt.* om. B F; tunc *sigillatim* M; dein *fratres* B F; *eos* M.

([16]) *auferant* M; *ab eis accipiant,* et tunc *nec aliquid* B F.

([17]) Cf. dicta supra, 278. Hic textus etiam prodierat ap. ALKG III, 429, item e cod. B.

4. Item vult capitulum generale, quod ministri provinciales arctent (1) receptiones fratrum ad ordinem propter multos, qui compelluntur exire provincias suas (2), quos oportebit in variis provinciis collocare (3).

5. Item nulla provincia, que suos fratres emittere cogitur, recipiat de novo aliquem ad ordinem, nisi forte esset talis persona, de cuius non receptione dampnum notabile videretur (4) de iudicio discretorum (5).

6. Item placet capitulo generali, quod de consilio provincialis capituli possint in provinciis accipi (6) nova loca, nisi essent in alterius provincie (7) preiudicium sive damnum (8).

7. Item (9) provincie que possunt mittere studentes ad studium Tholose: Dacia [1], Austria 1, Colonia 1, Turonia 1, Francia 1, Burgundia 1, Castella 1, provincia sancti Iacobi 1, provincia sancti Francisci 1, provincia Romana [1]. — Provincia Aquitanie potest mittere unum studentem [ad studium] Oxonie, Assisii unum, Bononie unum.

8. Item (10) placet capitulo generali, quod ministri vel eorum vicarii in suis provincialibus capitulis hac vice absolvant suos subditos absentes et presentes (11) ab omnibus sententiis excommunicationis, suspensionis et a penis constitutionum (12).

---

9. Misse in capitulo generali [prescripte]. — Item pro domino papa Martino fiant III misse de mortuis, et eius anniversarium fiat IIII kal. aprilis (13).

10. Item pro mortuis dicentur XXIX misse a quolibet sacerdote et a quolibet clerico tot vigilie IX lectionum et a quolibet laico totiens L Pater noster.

---

(1) *arcent* B F M; tunc *receptionem* F M.

(2) *s. prov. comp. ex.* transp. B F.

(3) Quaesitum ortum habuit e *Narbon.* (Ehrle, 103-4, *Op.* 455a), unde vix dubitandum, quin hic respiciantur Fratres e suis provinciis expulsi bellis tunc frequentibus, non vero has exeuntes propter nimiam Fratrum multitudinem. Cf. dicta, p. 280.

(4) *videtur* B; tunc *de* om. B F.

(5) Haec responsio transducta est in *Paris.* 104, nota 1: inde in *Assis.* 287, n. 13. (6) *recipi* F.

(7) *in alicuius prov. alt.* B; *in alic. alt. prov.* F.

(8) Quod repetitum est in *Paris.* 102, nota 6. Sed mox abolitum est, uti adnotatio « *vacat* » in margine codicum *Paris.* ostendit. In *Assis.* de facto omissum est; cf. ibi, 286, n. 6. — Cf. etiam *Narbon.* ap. Ehrle, l. 9-11; *Op.* 455a: « *Inhibemus districte* » etc.

(9) Hanc paragraphum om. F M; textum proferimus e B. Cf. supra, 283.

(10) Reliqua omnia desunt in B.

(11) *pres. et abs.* F. (12) *constitutionis* F; qui cod. hic explicit.

(13) Martinus IV obierat 28 martii 1285; id est V° kal. aprilis. Anniversarium eius in *Paris.* 138, nota 6, sed absque die fixo, recurrit; non vero in *Assis.* 526, n. 7-8. Cf. IV, num. 1 et dicta, 280-1.

11. Item pro vivis LVI misse a quolibet sacerdote et a quolibet clerico totiens VII psalmi [penitentiales] cum letania et a quolibet laico totiens L Pater noster (1).

12. Francia (2) visitabit Angliam, Turonia Franciam.

13. Tres fratres mortui in via ad capitulum generale (3).

14. Locus sequentis capituli generalis apud Montempessulanum (4).

15. Numerus fratrum defunctorum: duo M·M^{a} CCC^{ti} XL^{a} (5).

IV. — Ex actis Capituli provincialis Franciae, an. 1285.

1. In capitulo provinciali misse pro vivis LI et pro mortuis X; de mortuis pro domino Papa Martino (6) II; pro tribus magistris nostris (7) I.

2. Locus capituli sequentis Remis (8); dies introitus (9) feria III pentecosten; ingressus predicatorum feria V^{a} sequenti.

3. Pro benefactoribus provincie mille misse a capitulo generali (10); pro benefactoribus custodie due misse per totam provinciam.

P. Andreas Callebaut, O. F. M.

---

(1) Cf. numerus non multo diversus Missarum etc. a Capitulo an. 1287 impositarum, ap. Ehrle, 59: pro mortuis 21 Missae; pro vivis Missae 75; clerici pro mortuis totidem officia mortuorum dicere debebant. Pensa clericorum eadem erant quae in *Mediol.*, mutatis tamen numeris respectivis; laicis vero totiens « C *Pater noster* cum totidem *Ave Maria* » imposita sunt. — An. 1340 in Capitulo Assisiensi pensa omnium alio modo computata sunt; v. AFH VI, 256, n. 16-7. — Alius Missarum numerus circa 1316 impositus; cf. ibid. XIV, 418.

(2) Has paragraphos 12-15 alia manus scripsit in M.

(3) Cf. supra, 282.

(4) Ubi revera an. 1289 celebratum est Capitulum, cuius Definitiones ex eodem codice B ed. Ehrle, 58-9. Locus in Capitulo gen. assignandus erat; *Narbon.* c. XI, ap. Ehrle, 137; *Op.* 464a.

(5) Cf. dicta supra, 282.

(6) Martino IV; cf. notam ad III, num. 9. Cur *tres* Missae hic ad *duas* reductae sint, non apparet. — Missae in quodam Capitulo prov. Provinciae circa an. 1316, in eodem connexu impositae cf. ap. AFH XIV, 418.

(7) Recens defunctis et provinciae Franciae, uti e contextu conicimus, quin eorumdem nomina vel e coniectura reperire possimus.

(8) Locus in Capitulo prov. assignandus erat; *Narbon.* c. XI, ap. Ehrle, 137; *Op.* 464b.

(9) Capitularium ipsorum; deinde, Capituli laboribus praecipuis iam absolutis, praedicatorum in Capitulo examinandorum et approbandorum; cf. de his *Responsiones Assisii 1269*, n. 8, ed. Little, ap. AFH VII, 680; hinc in *Paris.* 129, nota 1. — De ordine in Capitulis prov. Franciae servato cf. *Statuta prov. Franciae*, antiqua, ed. Little, l. c. 453, cap. XII; *Stat. prov. Franciae an. 1337*, cap. IX et XII, ed. M. Bihl, l. c. 496-8, 499-501. Cf. praesertim ibid. IX, 3.

(10) Obtenta forsan, sed non imposita; v. supra III, n. 10-11.

FR. BONAGRATIA DE BERGAMO

ET EIUS

TRACTATUS DE CHRISTI ET APOSTOLORUM PAUPERTATE

Quaestio de Christi et apostolorum eius paupertate anno 1321 casu suscitata mundum christianum plura lustra commovere visa est. Multi et praeclari viri, inter quos cardinales, episcopi, doctores imo et unus rex, Robertus scil. Neapolitanus, in arenam descenderunt, ut suam hac de re sententiam dicerent vel utcumque illuminarent quaestionem.

Controversia haec in historia franciscana vocari quidem solet lis theoretica de paupertate, quia non agebatur, sicut prius in disceptationibus cum Spiritualibus habitis, de paupertate a Fratribus observanda, sed de Ordinis doctrina, honore et paupertatis fundamento in Christo defendendis. Nihilominus rem profundius inspicienti clare patet, quaestionem utrimque fuisse etiam practicam, quatenus ex eius solutione consequentiae graves emanarunt. Si enim Christi et apostolorum negaretur paupertas absoluta, ipsa paupertas franciscana, in Regula a S. Francisco suis iniuncta, decretalibusque pontificiis confirmata et explicata, suo veluti fundamento theologico carere videretur, dum econtra, si paupertas Christi et apostolorum absoluta affirmaretur, sequelae non minus graves Ecclesiae eiusque bonorum possessioni, ab haereticis quibusdam iam diu impugnatae, essent timendae. Ex hoc quaestionis fundamento recondito magna quoque litis vehementia, ab utraque parte exhibita, facile potest explicari.

In huius quaestionis solutione viri docti divisi erant usque ad decisionem datam a Iohanne XXII bulla *Cum inter nonnullos,* 12 nov. 1323, qua pertinaciter affirmare Christum eiusque apostolos neque in speciali neque in communi aliqua habuisse, haereticum est declaratum. Dum eousque omnes Fratres Minores, qui in arenam descenderant, absolutam Christi et eius apostolorum paupertatem defenderant, plurimi, uti decebat, se submiserunt, sive tacite, sive etiam definitionem pontificiam expresse defendendo, ut Alvarus Pelagius (¹)

(¹) *De planctu Ecclesiae,* II, 59: *De concordia inter decretalem Exiit et constitutionem D. pape Ioannis,* ed. Venetiis 1560, f. 143va. Cf. etiam infra, 322.

et postea Andreas Richi (1). Quidam vero, utique pauci, Fratres Minores interim externe tantum se submisisse videntur, donec fuga Michaelis a Caesena, Guillelmi Ocham, Bonagratiae a Bergamo a. 1328 rebellio aperte erupit. Hi, sacra cum profanis miscentes, ad Ludovicum Bavarum excommunicatum confugerunt atque exinde decretalem supradictam aliasque tres constitutiones Iohannis XXII, quas ipsi « quatuor decretales haereticales » vocabant, impugnare ad mortem usque non cessabant.

Tractatus Bonagratiae, quem hic primum publici facimus iuris, ortus est priore litis periodo, tempore scil. liberae discussionis, inter annos 1321-1323. Multis ante annis mea huius tractatus editio iam annuntiata est, sed aliis continue instantibus laboribus, ipsa in dies est procrastinata. Nunc vero promissum verbum demum redimere intendenti liceat mihi ita procedere, ut prius de Fr. Bonagratiae vita, deinde de operibus, ac demum de hoc disseram tractatu. Ita procedendum esse nostrorum studiorum suadere videtur ratio, cum nullum de Bonagratia exstet studium, ad quod tuto amandare possimus sive pro vita, sive pro scriptis, licet nonnulli et haec et illam obiter tetigerint (2).

I. — **De Fr. Bonagratiae vita.**

Cum Fr. Bonagratia semper vocetur de Bergamo (Pergamo), licitum est assumere eum in ea civitate Italiae septentrionalis vel eius territorio ortum esse vel saltem ibidem Ordini Fratrum Minorum nomen dedisse. Nomen eius sermone vulgari erat « Boncortese », ut constat e Clementis V bulla data 31 iul. 1312 (3), quod plene confirmat Ubertinus Casalensis, qui Communitatis accusationes (a. 1310-

(1) Eius tractatum contra Fraticellos edidi in AFH III, 267-79, 505-29; 690-99, et hinc separatim L. Oliger, *Documenta inedita ad historiam Fraticellorum spectantia*, Quaracchi 1913, 15-72.

(2) Articuli P. Grammer, O. M. Conv. in *Kirchenlexikon*, II² (1886), 1008 s. et Eduardi d'Alençon, O. M. Cap., ap. *Dictionnaire de théol. cath.* II (1902), 954 s. in non paucis deficiunt. Alios auctores qui occasione data de Bonagratia scripsere, in ipso studii nostri decursu recensebimus. Ob Bonagratiae finem ingloriosum neque auctor *Chronic. 24 Gen.*, neque Bartholomaeus Pisanus eum commemorant.

(3) C. Eubel, *Bullarium Francisc.* [= BF], V, 89: « Cum nostrae intentionis existat, quod dilectus filius frater Boncortese dictus Bonagratia ... ». Iohannes XXII in bulla *Laeta manu,* data 5 maii 1329, cum Bonagratia excommunicatus iam esset, de nomine eius lusum verborum facit, dicens: « ... unacum Bona- immo verius Mala-Gratia », ap. Riezler, *Vatikanische Akten zur deutschen Geschichte in der Zeit Kaiser Ludwigs des Bayern,* Innsbruck 1891, 419; ap. BF V, 386.

1312) refellens, plures notitias pretiosas de adversario suo Bonagratia nobis tradit. Scribit enim ([1]).

« Propter quod totum videntur [Fratres Communitatis] comisisse cuidam fratri laycello quasi novitio, in advocationum versutiis enutrito, scilicet predicto fratri Bonagratie, qui olim vocatus est Boncortisius ». — Alibi idem Ubertinus tradit ([2]): « ... et sic semper iverunt de malo in peius, istud precipitando negotium et totum committendo uni advocatello quasi novitio, in dolis causidicis enutrito, qui non videtur ad aliud laborare nisi ad protellandum ([3]) et extraneas questiones interponendum, ut tempus pertranseat et non possit ad transgressionis regulae indagamen perveniri ».

E locis igitur citatis discimus primo Fratrem Bonagratiam, antequam Ordinem Minorum intrasset, vocatum fuisse Boncortisium (seu Boncortese) et advocationis officio functum esse, deinde eum parum ante a. 1310 factum esse Fratrem Minorem, cum Ubertinus bis eum tunc « quasi novitium » vocet; tertio eum intrasse Ordinem ut fratrem laicum (laicellus); talem eum semper perstitisse ex posterioribus etiam testimoniis scimus ([4]).

Ipse Bonagratia a. 1314 narrat quomodo interfuit magnae disceptationi inter Spirituales et Communitatem a. 1309-1312 ([5]): « Vocatus fuit per sanctam obedientiam frater Bonagratia a Pergamo, ut veniret ad dictam causam pro parte Ordinis defendendam ». Procul dubio fama eius advocatoria Ordinis Praelatos induxit, ut eum ex Italia ad Curiam Avenionensem vacarent et negotium defensionis Communitatis ei cum aliis committerent.

Revera omnes scriptores illius temporis in Bonagratiae scientia iuridica agnoscenda mire concordant: Michael de Caesena ([6]) « in utroque iure peritum » vocat, quod idem esse videtur ac « doctor utriusque iuris », ut a *Chronica anonyma* ([7]), antea a Glassberger ([8]) et ante hunc in Necrologio Fratrum Minorum in conventu Monacensi ([9]) appellatur. Ioannes Vitoduranus ([10]) loquitur de eo tamquam « iurisperito expertissimo », et deinde ([11]) eum « iuridicum permaximum », at-

([1]) ALKG II, 380. ([2]) L. c. III, 193. ([3]) Id est protrahendum.

([4]) *Chronicon Prov. Argentinensis*, AFH IV, 685. ([5]) ALKG III, 36.

([6]) *Appellatio maior Pisana*, Baluzius-Mansi, *Miscellanea*, III, 303a. Saepe etiam in aliis Michaelistarum documentis sic vel etiam peritissimus vocatur.

([7]) *Analecta Franc.* [= AF], I, 294. Auctor e Glassberger hausit.

([8]) L. c. II, 184.

([9]) Apud W. Preger, *Der kirchenpolitische Kampf unter Ludwig dem Baier*, in *Abhandlungen der historischen Classe der k. bayerischen Akademie der Wissenschaften*, XIV, 1, München 1879, 34.

([10]) *Chronicon*, ed. G. v. Wyss, in *Archiv für Schweizerische Geschichte*, V, Zürich 1856, 87; ed. Fr. Baethgen, Berlin 1924 *(Script. rerum Germ.)* 95.

([11]) L. c. 88; ed. Baethgen, 97.

que [1] « utriusque iuris, legis et canonis magistrum et doctorem expertissimum », demum [2] « almarium seu scrinium quasi tocius iuris » vocat. *Chronicon Provinciae Argentinensis (1206-1325)* de eo scribit [3]: « Frater etiam Bonagracia de Pergamo, laycus, sed in iure expertissimus, fortissime pugnavit pro Ordine ... » Fr. Franciscus Bartholi de Assisio a. 1329 loquitur [4] de « sanctissimo et illuminatissimo viro fratre Bonagratia ». Ab Angelo Clareno [5] « princeps litigiorum, armatus cautelis et consultacionibus suorum quondam in seculo sociorum » sarcastice vocatur. Demum Andreas Richi laudat [6] « fratrem Bonagratiam in decretalibus et in civilibus legibus permaximum ». Non dissimiliter iudicant auctores recentiores [7]. — Hanc iuris utriusque scientiam Bonagratia absque dubio in saeculo, antequam institutum religiosum arripuerit, acquisivit cum in Ordine qua frater laicus a studio impediretur. Ubinam vero studiis iuridicis vacaverit, nos penitus latet, nisi quod Bononiae celeberrimam iuris scholam tunc exstitisse scimus.

Dum igitur de Bonagratiae vita ante eius ingressum in Ordinem valde parum scitur, Frater Minor factus, plurimum innotuit. Vita eius religiosa apte dividi potest in tres periodos, quae singulae magnis signantur controversiis:

I. Periodus an. 1309-1318: pugna contra Spirituales;
II. » an. 1321-1328: controversia de paupertate Christi;
III. » an. 1328-1340: dissidium religiosum-politicum Ludovici Bavari.

In omnibus his controversiis Bonagratia magnam habuit partem, ita ut vita eius religiosa, a pace loginqua, prioris officii advocatorii continuatio potius appareat. De singulis his periodis nunc est dicendum.

1. Communitas Ordinis, cum a Spiritualium ducibus in magna disceptatione in Curia Avenionensi a. 1309-1312 habita, de Regulae transgressione et bonorum fratrum persecutione accusaretur, magna Bonagratiae iuris experientia uti voluit. Quare obedientiae mandato [8]

---

(1) 141; ed. Baethgen, 156. (2) 142; ed. Baethgen, 157.
(3) Edit. L. Lemmens, AFH IV, 685. (4) A. Mercati, in AFH XX, 270.
(5) *Historia septem tribulationum*, ed. Ehrle, ALKG II, 147.
(6) AFH III, 524; = L. Oliger, *Doc. ined. ad hist. Fraticell.*, 47.
(7) Cf. ex. gr. S. Riezler, *Die literarischen Widersacher der Päpste zur Zeit Ludwigs des Baiers*, Leipzig 1874, qui p. 98s. scribit: « Die bedeutendste Rolle unter den gelehrten Räten des Kaisers fiel bei den damaligen Kundgebungen dem Bruder Bonagratia von Bergamo zu, der unseres Wissens neben Ockam der einzige aus diesem Kreise war, der nicht nur das kanonische sondern auch das weltliche Recht verstand ».
(8) Cf. supra, p. 294.

accersitus, « in infrascripto negotio defensor dicti Ordinis deputatus » est ([1]). Procurator vero generalis Ordinis tunc erat Fr. Raymundus Fronsiacus, quocum Bonagratia collaboravit responsionesque ad Spiritualium accusationes in scriptis dedit.

Cum vero Clemens V, 14 apr. 1310, Spiritualibus in causam vocatis exemptionem ab Ordinis praelatis concessisset ([2]), Bonagratia indolem suam pugnacem audacemque celare nequivit. Ipse enim, unacum Ordinis Procuratore Raymundo Fronsiaco, contra dictam exemptionem ter protestatus est, primum quidem in publico concistorio 1 mart. 1311, deinde 4 iul. subsequentis Avenione coram Ugolino de Murro, camerario Card. Iohannis de Murro Ordinis Protectore, ac demum coram commissione Cardinalium ad causam inter Communitatem et Spirituales agitatam examinandam instituta ([3]). Primam protestationem Fr. Bonagratia in concistorio publico legit, ut etiam Ubertinus Casalensis testatur ([4]), qui Bonagratiam ut solum auctorem (ex officio nominatur etiam Procurator Fr. Raymundus Fronsiacus) huius actus audacis considerare videtur. Revera solus Bonagratia punitus est a Clemente V, qui 31 iul. 1312 eum in conventum Valliscaprariae (*Valcabrère* dioec. Convenarum, vulgo *Cominges*) relegavit ([5]). Hanc punitionem amicis nuntiat Angelus Clarenus ([6]): « Iam enim [Clemens V] fr. Bonagratiam adiudicavit perpetuo carceri ».

Cum dicta bulla relegationis ederetur, Bonagratia in patria civitate Bergamensi, iussu Card. Guillelmi de Bergamo, pacem componere studebat ([7]). Nuntio accepto, (post aliqualem, ob quemdam in bulla exsistentem de loco relegationis confusionem), tergiversationem Vallemcaprariam se contulit. Clemente V vero vix defuncto (20 apr. 1314), Bonagratia locum relegationis reliquit, Tolosam se contulit ibique evasionem suam instrumento publico studuit iustificare ([8]).

Quod si varia instrumenta ac scripta polemica a Bonagratia in lite cum Spiritualibus composita inspicimus, facile videmus quam recte Ubertinus Casalensis Fr. Bonagratiae attribuerit, quod Communitas Ordinis, ut accusationes Spiritualium de laesa paupertate et relaxata disciplina effugeret, modo vere advocatorio ex sua parte Spirituales de haeresi (Olivi) accusavit. Ex eventu scimus eamdem Communitatem suum propositum partim saltem assecutam esse, quatenus in Concilio Viennensi (1312) praeter decretalem *Exivi de paradiso* edita

---

(1) ALKG II, 365. (2) BF V, 65; Wadding ad an. 1310, n. 3 (VI, 168).
(3) ALKG II, 363-74, ubi et textus protestationum.
(4) L. c. II, 379, 382, 388. (5) BF V, 89; ALKG II, 158.
(6) ALKG I, 544. (7) L. c. III, 39s.
(8) Ehrle, *Bonagrazias von Bergamo Gutachten über sein Verbannungsdecret,* in ALKG III, 33-41, cum excerpto ex instrumenti textu.

est decretalis *Fidei catholicae fundamento,* qua sententiae quaedam Petri Iohannis Olivi proscribuntur (1).

Cum vero initio Pontificatus Iohannis XXII Spiritualium causa esset terminanda, Bonagratia de Bergamo et Raymundus Fronsiacus Communitatis Ordinis iterum apparent defensores (1316-1318) (2).

Similiter Bonagratia unacum Fr. Guillelmo Astre Spirituales Provinciae denuntiavit (3). In quadam Spiritualium responsione legimus (4):

« Quod postea dicitur, dictos fratres diffamasse fratrem Bonagratiam et eius sequaces, gravia crimina imponendo, dicendum, quod ea quae responderunt, dixerunt iuxta illud consilium Sapientis: *Responde stulto iuxta stulticiam suam, ne sibi sapiens videatur;* licet forsitan melius fuisset sequi in hoc aliud consilium eiusdem Sapientis: *Ne respondeas stulto iuxta stulticiam suam, ne sibi similis efficiaris.* Et sic, si similes facti sunt stulto, possunt se excusare cum Paulo qui ait: *Stultus factus sum, vos me coegistis* ».

Quibus verbis Spirituales se acerrimum adversarium Bonagratiam magni non habere clarissime imo sarcastice ostendunt. Haud dissimilem contemptum ex supra allatis Ubertini a Casali verbis percipere iam licuit (5).

In processu contra Fr. Bernardum Deliciosi eodem tempore (1318) instituto et ob Spiritualium defensionem aliasque rationes in carcere detentum, intervenit quoque Bonagratia. Nam is, Angelo Clareno testante (6), ad Fr. Bernardum accessit, ut suis artibus advocatoriis ad causam Communitatis eum converteret, utique sine ullo successu (7).

Condemnatis et exstirpatis Spiritualibus, Communitas plenam celebrasse victoriam videbatur, sed triumphus erat brevis. Iam ipse Clarenus hoc innuere videtur. « Nam », inquit (8), « foderunt ei [Ubertino] laqueum et operuerunt eum, et inciderunt in eam foveam quam fecerant. Et conversus est dolus et dolor eorum in capita eorum, in verticem eorum iniquitas eorum descendet ... ». Clareni iudicium hac in re rectum fuisse a recentibus rerum scriptoribus plene confirmatur (9).

---

(1) Cap. 1, I, 1 in Clem.; BF V, 86. Cf. Zigliara, O. P., *De mente Concilii Viennensis in definiendo dogmate unionis animae humanae cum corpore,* Romae 1878, 106ss.; B. Jansen, S. I., *Die Lehre Olivis über das Verhältnis von Leib und Seele,* ap. *Franzisk. Studien,* V (1918), 153-175, 233-258; Idem, *Quonam spectet Definitio Concilii Viennensis de anima,* ap. *Gregorianum,* I, (1920), 78-90.

(2) Cf. ALKG III, 27. (3) L. c. IV, 1888, 51, 52, 60, 61.

(4) L. c. 60. Allegantur mox Prov. 26, 5 et 4; II Cor. 12, 11.

(5) Cf. supra, 294. (6) *Trib. VI,* ap. ALKG II, 117.

(7) Cf. Dmitrewski, ap. AFH XVIII, 5-7. (8) ALKG II, 152.

(9) E. Jordan, *Le premier siècle franciscain: les grandes crises de l'Ordre,* apud H. Lemaître et A. Masseron, *Saint François d'Assise,* Paris 1927, 90-147, scri-

2. Revera a. 1321 Ordo Minorum in quaestionem de paupertate Christi et apostolorum eius implicatus est, in qua summam paupertatem evangelicam theoretice defendit, dum Iohannes XXII gravissimis constitutionibus *Ad conditorem canonum* (8 dec. 1322) et *Cum inter nonnullos* (12 nov. 1323) edidit, in quarum priore praxim Fratrum Minorum circa paupertatem absolutam observandam reicit, in altera Ordinis doctrinam circa Christi et apostolorum paupertatem respuit, imo haereticam proclamavit.

In hac quaestione Bonagratia noster iterum magnam imo et principalem habuit partem. Nam Raymundus Fronsiacus Procurator generalis iam mortuus fuisse videtur, cum huius litis acta de eo omnino sileant [1], et solus Bonagratia ut Procurator deputatus appareat et a scriptoribus ut Ordinis hac in causa defensor celebretur.

Haec iam scripseram, cum in duabus protestationibus Bonagratiae a. 1332 et 1334 factis [2] plenam invenirem confirmationem. In utraque enim legimus Bonagratiam a. 1319 instrumento notarii Persevali Gratacaeli de Mediolano constitutum fuisse Ordinis procuratorem, procul dubio in causa quadam particulari, probabiliter Ubertini, qua de re postea plura [3]. Si eo tempore Fronsiacus adhuc officio suo procuratoris fungi potuisset, vix intelligitur, cur nunc Bonagratia, eousque Fronsiaci fidelis collaborator, in eo officio fuisset institutus.

Congregato igitur Capitulo generali Perusii ad Pentecosten (30 maii) a. 1322, Ordo, decisionem pontificiam praeveniens, doctrinam, quam de Christi et apostolorum paupertate profitebatur, duobus scriptis toti mundo manifestavit. Fr. Bonagratia, qui forsitan Capitulo astiterat, ab hoc deputatus esse videtur, ut Ordinis causam in Curia pontificia Avenionensi ageret. A Nicolao Minorita enim appellatur [4] « Procurator ad hoc specialiter constitutus »; similiter in ipsius Bonagratiae contra bullam *Ad conditorem canonum* facta protestatione le-

---

bit p. 139s.: « De la lutte, la Communauté était donc sortie victorieuse, mais non grandie, ni fortifiée. Et son triomphe même, désiré avec passion, exploité [140] sans merci, n'allait pas tarder à se retourner contre elle, par une péripétie surprenante pour ceux-là seulement qui n'auraient pas remarqué à quel point ces frères ennemis, communautaires et Spirituels, étaient au fond solidaires les uns des autres, en sorte que la meilleure manière d'achever la déroute des seconds était d'attaquer les premiers ».

(1) Extrema quae habeatur mentio Raymundi Fronsiaci est eius actio in Bernardum Deliciosi, 15 iul. 1318, ap. Dmitrewski, AFH XVIII, 21; cf. 7; cum quo concordat quod eius *Collectio* seu potius *Index actuum* pro historia Spiritualium pariter usque ad priorem medium a. 1318 tantum pertingit; cf. ALKG III, 4, et quod opus ipsum numquam completum fuisse videtur: mors eum impedivit.

(2) De Fr. Bonagratiae operibus, infra, p. 308ss., n. **12** et **13**.

(3) L. c. infra, n. **6**.

(4) Baluzius-Mansi, *Miscellanea*, III, 213a; BF V, 237a, in nota.

gimus (1): « Frater Bonagratia Procurator Ordinis Fratrum Minorum ad hoc specialiter constitutus ».

Cum papa inde ab exorta controversia Cardinalium, Praelatorum, aliorumque doctorum virorum de paupertate Christi et apostolorum exquireret sententias et plures theologiae magistri ederent ea de quaestione scripta, ipse Bonagratia ex officio sibi commisso tractatum *De paupertate Christi et apostolorum* quem infra primum edimus, composuit et, ut consentaneum est, thesim franciscanam de Christi et apostolorum absoluta paupertate strenue defendit. Qua de re infra plura dicemus.

Edita 8 dec. 1322 constitutione *Ad conditorem canonum,* quae ad literas Capituli Perusini est responsum pontificium, Bonagratia ita est exacerbatus, ut ad actionem inconsultam inductus sit. Die enim 14 ian. 1323 Avenione in publico concistorio Bonagratia ut « Procurator et procuratorio nomine » (2) per manus Card. Bertrandi de Monte Faventio, Pontifici appellationem vehementem a dicta bulla porrexit, cuius effectus dupliciter patuit: Imprimis Iohannes XXII textum bullae revidit et dispositiones quasdam mitigavit. Deinde Bonagratiae audaciam punivit et « quasi per annum tenuit atro carceri mancipatum » (3), seu iuxta Glassberger (4), « per annum minus viginti diebus », uti refert etiam ipse Bonagratia in opusculo *Clypeus* inscripto (5). Dum erat in carcere, prodiit 12 nov. 1323 altera gravissima, pro quaestione paupertatis Christi et apostolorum decisiva constitutio *Cum inter nonnullos.* Liberatus versus finem a. 1323, Avenione permansisse videtur, nihil tamen certi de eius actibus scimus, nisi quod in Appellatione Sachsenhusiana Ludovici Bavari, 22 maii 1324 facta, textus quidam ex Bonagratiae appellatione diei 14 ian. 1323 desumpti apparent inserti, ut Carolus Müller ostendit (6). Sed qua via hoc factum sit,

(1) Baluzius-Mansi, III, 213b; BF V, 237a-b; cf. etiam AF II, 137.

(2) Baluzius-Mansi, III, 213a; BF V, 237a (in nota).

(3) Baluzius-Mansi, III, 221b. (4) AF II, 133.

(5) AFH XX, 272. Ibidem in nota A. Mercati alia quoque de carcere Bonagratiae collegit testimonia.

(6) Carl Müller, *Der Kampf Ludwigs des Baiern mit der römischen Curie,* I, Tübingen 1879, 360; cf. 86. — Cf. etiam Priesack, *Zur Sachsenhäuser Appellation Ludwigs des Bayern,* ap. *Zeitschrift für Kirchengesch.* XVII (1896), 86ss. — Appellationis Sachsenhusianae (24 maii 1324) duplicem formam cum supradicto textu Bonagratiae inserto, qui nunc « Excursus spiritualisticus » dici solet, et in utraque forma aliquatenus variat, edidit I. Schwalm ap. *Mon. Germ. Hist., Constitutiones,* V, Hannoverae et Lipsiae 1908-13, p. 722-44, num. 909 et p. 745-54, num. 910. Prior forma (n. 909) ea foret, quam Fratres Minores quidam Ludovico Bavaro obtulissent, in aliquibus adulterassent et deinde ipsi propagassent; altera (n. 910) ita e cancellaria regia Ludovici emanavit. Formam alteram (n. 910) iam ediderat ipse Schwalm, *Die Appellation König Ludwigs des Baiern von 1324,* Weimar 1906, 19-31.

omnino obscurum est, neque e fontibus qui praesto sunt, potest solvi. Suspicari tamen possumus cum Ehrle (1), Michaelem a Caesena et Bonagratiam a re non fuisse alienos. Egerunt hi forsitan cum Ludovici legatis, qui iam fine a. 1323 et initio a. 1324 Avenione aderant (2).

3. Externe tantum Bonagratia se submisit, ex timore scil. « qui cadere poterat in constantes » (3), et ideo « dictis constitutionibus paruit, in corde a veritate, quam tenet ecclesia catholica [!] nullatenus deviando » (4). Habemus igitur hic clarum ipsius Bonagratiae testimonium de modo quo inter a. 1324-1328 se habebat Avenione (5). Talem animi statum diutius latere non potuisse Pontificem, patet. Utrum vero prohibitio pontificia quominus inde recederet, de qua Iohannes XXII in bullis datis 28 maii et 1 iunii 1328 (6), statim post Bonagratiae liberationem e carcere in fine a. 1323 emanaverit, vel tantum aliquod tempus ante eius fugam a. 1328, ignoramus. Refert Iohannes XXII in altera bulla (7), quod « Bonagratia ... post inhibitionem, ne de curia Romana recederet, per nos eidem, delato etiam super nonnullis criminibus et excessibus, factam, ad sancta Dei evangelia iuraverat, se sine nostra licentia de dicta curia non recessurum ». Certum est Bonagratiam unacum Michaele a Caesena et Guillelmo Ocham de Avenione die 26 (8) maii 1328 noctu secrete fugisse et ad Ludovicum Bavarum Pisas se contulisse, quo 9 (9) iunii subsequentis

(1) ALKG III, 551.

(2) Cf. E. Gudenatz, *Michael von Caesena*, Breslau 1876, 28.

(3) AFH XX, 272. (4) L. c. 273.

(5) Unde apparet quam falsa sit constructio quam fecit Ioh. Hofer in *Franziskanische Studien*, IV, 1917, 97. (6) BF V, 345, 346.

(7) L. c. 346b. Similia in bulla data 6 iunii 1328; l. c. 348b.

(8) In protestatione a. 1329 a Bonagratia, Guillelmo Ocham aliisque facta, tempus fugae indicatur « die Iovis in sero, quae fuit 26 dies mensis maii »; Nic. Minorita, ap. Baluzium-Mansi, III, 316b; BF V, 390a, nota. Anno 1328, dies 26 maii revera in diem Iovis incidit. In Nicolai Minoritae compendio, quod edidit H. Laemmer, *Meletematum rom. mantissa*, 84, similiter 26 maii indicatur. Econtra in versione italica Nic. Minoritae, in appendice ad F. Zambrini, *Storia di Fra Michele Minorita*, Bologna 1864, 105, legitur: « a dì XXIIII di magio ». S. Riezler, *Die literarischen Widersacher*, 68; Gudenatz, *Michael von Caesena*, 34, et C. Müller, l. c. I, 210, indicant 25 maii, dum W. Preger l. c. 34[1] et A. Carlini, *Fra Michelino e la sua eresia*, Bologna 1912, 126, recte 26 maii habent. Hunc diem indubium etiam indicat Epistola diei 28 maii 1328, legati Iacobii II, regis Aragoniae, de qua v. AFH XVII, 571.

(9) Ita Nic. Minorita italice ap. Zambrini l. c. 106: « A la quale città di Pisa, a dì VIIII di giugnio pervenne ». Preger, l. c. 34, nota 1 et C. Müller, l. c. I, 210, idem sentiunt, dum Riezler, *Widersacher*, 68, appellans ad *Cronica Sanese*, Muratori RIS XV, 81, habet 28 iun., quod videtur esse lapsus calami, cum Chronica illa 8 iunii indicat, uti correcte citatur a Gudenatz, 34, nota 2.

pervenerunt. Interea Bonagratia cum dictis Fratribus excommunicatus est 6 iunii (1), et excommunicatus et schismaticus ad mortem usque remansit.

A tempore fugae vita Bonagratiae stricte cum Michaele a Caesena et Guillelmo Ocham connexa est. Pisis post 8 mart. 1329 (2) recedentes, iter in Germaniam arripuerunt sedemque Monachii fixerunt. Iuxta bullam 2 apr. 1330 datam (3), illi tres prioribus mensibus a. 1330 tantum illuc pervenerunt: « ad partes Alamanniae se hiis diebus praeteritis conferentes ». Revera Ludovicus Bavarus mense februario 1330 in Bavariam est reversus (4) et cum ipso procul dubio et illi tres fugitivi.

Monachii Bonagratia duo ultima vitae lustra (1330-1340) moratus est, contra Ordinem, ex quo per Capitulum Perpinani a. 1331 celebratum unacum Michaele a Caesena et Guillelmo Ocham definitive est exclusus (5), et contra ecclesiam suis scriptis pugnans.

Cum nova controversia, de visione beatifica scilicet, oriretur, Bonagratia occasionem statim arripuit, ut virus suum in Iohannem XXII effunderet. In duabus enim protestationibus a. 1322 et 1334 coram notariis Monachii factis Iohannem haeresis accusat ob eius doctrinam de visione beatifica et de aliis quibusdam doctrinae capitibus connexis. In priore simul « quatuor detestanda statuta haereticalia » iterum impugnat (6). Michaele a Caesena in eadem causa 23 aug. 1338 appellante et Iohannem XXII Benedictumque XII haereticos proclamante, Bonagratia testis est atque ipsam appellationem expresse fecit suam (7).

Non minus Bonagratia rebus religioso-politicis implicabatur. Nam in *Consilio* circa hoc tempus dato iuramentum Ludovico Bavaro non oboediendi invalidum declaravit (8); partem habuit, et quidem iuxta Iohannem Vitoduranum (9) praecipuam, in lege a. 1338

(1) BF V, 346ss. (2) Cf. AFH XX, 271, nota 1.

(3) BF V, 465; cf. Riezler, *Vat. Akten*, n. 1288, p. 452.

(4) Riezler, *Widersacher*, 76.

(5) Cf. Karl Müller, *Einige Aktenstücke und Schriften zur Geschichte der Streitigkeiten unter den Minoriten in der ersten Hälfte des 14. Jahrhunderts*, in *Zeitschrift für Kirchengeschichte*, VI, 1884, 75.

(6) Cf. infra, p. 308ss., opera, n. 12 et 13. — Ad alteram harum appellationum referri videtur, quod quidam Fr. Gualterius, O. M., 29 iun. 1334, Michaeli a Caesena scribit, scil. quod Card. Napol. Orsini « appellationem Bonegratie contra protestationes copiari fecit, quia valde sibi placuit »; Riezler, *Vatik. Akten*, p. 572, n. 1671.

(7) Müller, l. c. VI, 63-112; speciatim 100-02.

(8) Cf. infra, 312s., opera, n. 15.

(9) Ed. Wyss, 141-2; ed. Baethgen, 157s.; cf. Riezler, *Widersacher*, 98s.; C. Müller, *Der Kampf*, II, 86s.

Francofurdii lata, qua auctoritas Summi Pontificis in titulo Imperatoris acquirendo excluditur. Demum parum ante mortem scriptum edidisse traditur, in quo nullitatem processuum a Iohanne XXII contra Ludovicum Bavarum factorum vult ostendere, dummodo id scriptum verus sit Bonagratiae partus (1). — Ita Bonagratia terminum suae vitae in statu religioso similem habuit initio et medio, imo pugnando et causidicum agendo totam vitam consummavit.

Dies et annus quibus mortuus est Bonagratia, diversimode indicantur, dum omnes Monachii id evenisse conveniunt. Iuxta Waddingum (2) Bonagratia III kal. iul. 1347 mortuus est; qui hausit ex *Chronica Argentinensi MS.*, dubitat tamen, quia eadem Chronica ad eumdem annum refert mortem Guillelmi Ocham, qui a. 1349 certe adhuc vivebat. Chronica vero MS. a Waddingo invocata, ea est quam P. Lucas Carey sub nomine *Chronica anonyma* edidit (3), in qua revera mors utriusque ad an. 1347 refertur, et Bonagratiae quidem « III calend. iulii » (4), seu 29 iunii. Glassberger (5) tamen diem emortualem Bonagratiae « XIII kalendas iulii », id est 19 iunii (6), indicaverat. Verum quidem est Bonagratiae epitaphium in antiqua ecclesia Fratrum Minorum Monachii diu destructa sic sonasse (7): « A. Dni 1347, 13 cal. iun. o[biit] A. R. P. F. Bonagratia de Pergamo I. U. Doct. ». Sed iam ipsa formula et tituli aetatem sat posteriorem manifeste produnt; novus est dies: « 13 cal. iun. » (20 maii).

Inter recentes auctores Grammer (8) et E. Jordan (9) annum mortis 1243 indicant; Ed. d'Alençon (10) cum Waddingo a. 1347. Sed hunc annum omnino excludendum esse patet ex eo quod in instrumento submissionis Ludovici Bavari a. 1343 edito sermo fit de *quondam* fr. Bonagratia (11). Ex alia parte dudum iam refertur Bonagratiam obiisse a. 1340 (12), quem annum nunc communiter docti accipiunt. Sola

(1) Cf. infra, p. 313, opera, n. 16. (2) Ad an. 1347, n. 19 (VIII, 10s.).

(3) AF I, 279-300. (4) L. c. 294. (5) AF II, 184.

(6) Editores AF II, 184, nota 3, ex lapsu calami adnotant « 20 maii »: sed hoc corrigitur ibid. 582. Glassberger saltem verum diem emortualem indicasse, ex postea dicendis patebit.

(7) Ap. Riezler, *Widersacher*, 125; cf. Eubel, *Geschichte der oberdeutschen (Strassburger) Minoritenprovinz*, 270, n. 332.

(8) *Kirchenlexikon*, II, 1008.

(9) Apud Lemaître-Masseron, *Saint François d'Assise*, 145.

(10) *Dict. de théol.* II, 955. (11) Cf. Riezler, *Widersacher*, 125.

(12) W. Hundius, *Metropolis Salisburgensis*, II, 238, citatus ab Eubel, *Geschichte*, 270, n. 332. In editione Hundii, Monachii 1620, quae sola mihi patuit, illam notam chronologicam non inveni; nam ibi II, 346, in descriptione conventus Monacensis dicitur tantum quod in ecclesia sepultus est « doctissimus pater frater Bonagratia a Pergamo I. U. D. ». Eubel forsan editione, Ratisbonae 1719, usus est.

quae superfuit difficultas erat ipse dies emortualis. Preger (1) quidem demonstrare voluit Bonagratiam verisimiliter 17 ian. 1340 supremum obiisse diem, appellans ad iam commemoratum Necrologium saec. XV ineuntis, quod in conventu Fratrum Minorum Monachii conservatur, ubi legitur (2):

« Anno D. MCCCXL obiit fr. Bonagracia de pergamo doctor utriusque iuris in die antonii, sepultus in choro ante altare cum magistro wilhelmo ockam, qui obiit quarto idus aprilis a. d. MCCCXLVII et cum eis sepultus est fr. Michahel generalis minister qui obiit in vigilia andreae apostoli a. d. MCCCXLII ... ».

In hac notitia mors Guillelmi Ocham certe falsa est, cum is anno 1349 adhuc vixerit (3). Diem autem emortualem Bonagratiae Preger eruere voluit ex festo S. Antonii, quem ipse abbatem intellexit (17 ian.), dum in ore Fratris Minoris S. Antonius Patavinus (13 iun.) verisimilius est intelligendus. Sed et sic intellecta, notitia illa confusione quadam reponi videtur, orta ex eo quod auctor Necrologii probabiliter non attendit in suo fonte, unde postea inspiratum fuit etiam supra dictum « epitaphium » (XIII kal. iun. »), ad illud « kal. », et sic in 13 iun. pervenit. Dies vero 17 ian., quem acceperunt post Preger, etiam C. Müller (4) et R. Scholz (5) excludendus est, cum Bonagratia adhuc tempore verno a. 1340 opusculum *Informatio de nullitate processuum Iohannis XXII* edidisse dicatur.

Omnibus consideratis, verus dies mortis Bonagratiae indicari videtur in Cod. Bibliothecae Guelferbytanae *(Wolfenbüttel) 978* (Helm. 876), ubi f. 23r in margine superiore, manu saec. XV legitur: « Anno domini MCCCXL 13 kal. Iulii obiit frater Bonagracia. Anno domini MCCCXLII in vigilia sancti Andree obiit Michael de Cesena, qui fuit generalis minister ». Hanc notitiam edidit O. v. Heinemann (6) et deinde W. Felten (7) et demum Hermann Meyer (8). Ipsa lectionem ap. Glassberger « XIII kal. iul. » contra *Chronicam anonymam* et Waddingum (« III kal. iul. ») et contra « epitaphium » Bonagratiae (« XIII kal. iun. »), rectam esse plene confirmat. Mortuus est igitur Bonagratia Monachii 19 iun. 1340.

(1) L. c. 34. — Cf. etiam extractum e Fort. Hueber, ap. AFH X, 239.
(2) L. c. 34, nota 2. (3) Cf. bullam datam 8 iun. 1349; BF VI, 230.
(4) *Der Kampf* etc. II, 251.
(5) *Unbekannte kirchenpolitische Streitschriften aus der Zeit Ludwigs des Bayern*, I, Rom 1911, 249.
(6) *Die Handschriften der herzoglichen Bibliothek zu Wolfenbüttel, Erste Abt., Die Helmstedter Handschriften*, II, Wolfenbüttel 1886, 274.
(7) *Bonagratias Schrift zur Aufklärung über die Nichtigkeit der Prozesse Johanns XXII*, in *Trierisches Archiv*, I, Trier 1898, 63s.
(8) *Lacrima ecclesiae*, in *Neues Archiv*, 39, 1914, 482.

Obiit autem certo impoenitens, ut testatur Iohannes Vitoduranus (1), qui postquam Henrici de Talheim ad Ordinem Minorum reditum commemoravit, subiungit: « Sed Bonagracia extra eum [scil. Ordinem] debitum humane nature persolvit ». Similiter Iacobus de Marchia (2) de Michaele a Caesena, Guillelmo Ocham et Bonagratia dicit: « qui tres haeretici excommunicati remanserunt ».

E curriculo, quod delineavimus, vitae Bonagratiae patet hunc in statu religioso, quem c. 35 annos professus est, quietem claustralem pacemque internam vix assecutum esse, sed strepitum fori in claustrum intulisse. Infelicissimis circumstantiis, quibus Ordo Minorum tunc versabatur, et non minus Bonagratiae indoli pugnaci, audaci pertinacique id attribuendum esse videtur. Iuris astutiis vehementer persecutus est Spirituales, supremae paupertatis observandae defensores, ita ut hi vel vi suppressi sint (combustio quatuor Spiritualium Massiliae a. 1318) (3) vel extra Ordinem et Ecclesiam sint pulsi. Quibus obtentis, mox ipse Bonagratia absolutae Christi et apostolorum paupertatis factus est pertinax defensor, et haereticus, schismaticus, excommunicatus extra Ordinem et Ecclesiam et ipse moritur. Vere tremendum Dei iudicium!

Ex his vitae circumstantiis, Bonagratiae activitas, ut aiunt, literaria quoque explicatur, de qua nunc agendum.

II. — De Fr. Bonagratiae operibus.

Inter antiquiores auctores catalogum scriptorum Fr. Bonagratiae completiorem exhibet Sbaralea (4), qui universim 8 opuscula ei dubie vel certe tribuit, editionibus et aliquando codicibus indicatis. Accedentibus vero studiis recentioribus de Ordinis dissidiis internis et de schismate a Ludovico Bavaro inducto, numerus opusculorum a Bonagratia compositorum, vel in quibus componendis habuit partem, non parum auctus est.

In catalogo sequenti primo loco scripta omnia Fr. Bonagratiae, quae ad nostram pervenerunt notitiam, intendimus recensere, indicantes, ubi opus est, codices, et semper editiones. Sequemur ordinem chronologicum, ubi is potest stabiliri. Deinde scripta quaedam pure canonica, Bonagratiae in quibusdam codicibus attributa commememorabimus. Tertio vero loco enumeranda erunt quaedam scripta deperdita, ac demum scripta spuria vel quae sine sufficienti ratione vel pure hypothetice a recentioribus quibusdam Bonagratiae tribuuntur. Ubi opus erit, disquisitiones de operum authenticitate vel chronologia sub singulis numeris addemus.

---

(1) Ed. Wyss, 88; ed. Baethgen, 97.

(2) *Dialogus contra Fraticellos*, Baluzius-Mansi, *Misc.* II, 600a.

(3) *Hist. VII tribul.* ap. ALKG II, 146-8.

(4) *Suppl. ad Scriptores*, Romae 1806, 141; ed. Nardecchia, I, ibid. 1908, 147.

A. - Opera polemica.

Primo loco ponenda sunt scripta polemica, quae Bonagratia unacum Raymundo Fronsiaco, Procuratore Ordinis et etiam aliis Fratribus in magna disceptatione de paupertate Avenione 1309-1312 habita, edidit. Horum quidem aliqua recenter publici facta sunt iuris, sed partem quam praecise in eis componendis habuerit Bonagratia ignoramus. Observamus tamen cum Ehrle (1), a Spiritualibus Bonagratiam consideratum fuisse ut Communitatis antesignanum (2), et aliquando ei attribui scripta quae aliorum etiam nomina prae se ferunt. Hic ea scripta tantum commemoramus, quae expressis verbis nomen Bonagratiae (aliorumque) exhibent.

1. Protestatio Raymundi Fronsiaci et Bonagratiae de Bergamo contra exemptionem Spiritualibus concessam et denuntiatio doctrinae Fr. Petri Iohannis Olivi. — 1 mart. 1311.

Edidit Ehrle, ALKG II, 1886, 365-74.

2. Responsio Raymundi Fronsiaci et Bonagratiae ad quatuor articulos Raymundi Gaufridi sociorumque. — Mense iunio 1311.

Edidit Ehrle ALKG III, 1887, 141-60.

3. Responsiones Gundisalvi Min. Gen., etc., Raymundi Fronsiaci et Bonagratiae super articulis propositis contra Ordinem Fratrum Minorum per Fr. Ubertinum de Casali. — 1311 ex.-1312 in.

Edidit Anic. Chiappini, AFH VII, 1914, 654-75; VIII, 1915, 56-80.

4. Consilium Bonagratiae de propria relegatione a Clemente V 31 iul. 1312 iussa. — Mox post 20 apr. 1314.

Edidit, omissis considerationibus iuridicis, Ehrle, ALKG III, 33-41.

5. Scripta quaedam a Bonagratia unacum Fr. Guillelmo Astre contra Spirituales provinciae Provinciae, composita 1314-1318.

Horum argumentum partim ex Spiritualium refutationibus eruitur, ap. Ehrle ALKG IV, 1888, 50-63; cf. speciatim 51, 52, 60, 61; cf. etiam l. c. III, 27.

6. Articuli probationum contra Fratrem Ubertinum de Casali inductarum a Fratre Bonagratia. — Circa 1319.

Incipit: *In Christi nomine. Infrascripta addit frater Bona* [sic] *ad articulos quos dedit coram vobis reverendo Patre Domino fratre Guillelmo episcopo Sabinensi, dicens quod frater Ubertinus de Casali dixit....*
Edidit Baluzius-Mansi, *Miscellanea,* II, Lucae 1761, 276-79.

Scriptum hoc, ortum tempore Iohannis XXII, occasione processus in curia Avenionensi contra Ubertinum de Casali instituti, plures prae-

(1) ALKG III, 4. (2) Cf. supra, p. 294.

bet difficultates, tum quod chronologiam, tum quod auctorem spectat. Duos processus contra Ubertinum institutos novimus scil. a. 1317 et 1325. De priore Angelus Clarenus loquitur in *Tribulatione VI* (1) et similiter Raymundus Fronsiacus in collectione *Actuum* (2). Hic processus terminum accepisse videtur Ubertini translatione ad Ordinem S. Benedicti, 1 oct. 1317 (3). Cum vero in *Articulis probationum* bulla *Gloriosam ecclesiam*, 23 ian. 1318 data (4), adducatur (5), scriptum hoc ad hunc priorem processum pertinere non videtur. Quod etiam alio argumento patet. Citat enim Bonagratia condemnationem *Postillae in Apocalysim* Petri Iohannis Olivi a 12 magistris pronuntiatam et a Iohanne XXII confirmatam (6). Iam vero condemnatio dictae Postillae facta ab 8 magistris evenit inter a. 1318-20 (7); econtra 8 februarii 1326 damnatio emissa est a Iohanne XXII (8), qui 27 sept. 1322 scripserat (9), quod ipse non commisit finale iudicium Postillae Olivi sed examinationem tantum, et finale iudicium sibi reservavit. Verisimile est igitur quosdam sparsisse vocem Postillam Olivi a papa iam damnatam fuisse.

Ex his patet *Articulos prob.* ortos esse post priorem processum. Utrum vero ad alterum processum a. 1325 pertineant, valde dubium mihi apparet. In illo processu Ubertinus salutem quaesivit fuga, de qua refert Iohannes XXII bulla data 16 sept. 1325 (10): *Cum Ubertinus de Casali,* ubi is dicitur diu fugisse, quod utique ad annum 1325 referri potest, quamvis a. 1324 non excludatur (11). Generatim processus et fuga ad a. 1325 referuntur (12), et proinde etiam scriptum. Sed inde difficultates oriuntur tum quoad auctorem tum quoad modum eius procedendi. In secundo enim articulo Ubertino obtruditur quod (13) « defendit illum errorem, videlicet quod abdicatio proprietatis et dominii et omnis iuris ... tam in speciali quam in communi ... est lampas nostrae fidei et de essentia sive substantia ac integritate perfectionis evangelicae et vitae apostolicae ... et quod contra dicere vel sentire est haereticum, et quod dicere Christum non imposuisse haec suis apostolis et spiritualibus sectatoribus sub praecepto, est Christi vitam et evangelium

(1) ALKG II, 142ss. (2) L. c. III, 27s.
(3) BF V, 127. (4) L. c. V, 137.
(5) Baluzius-Mansi, l. c. II, 276b. In editione falso legitur *Gloriosum*.
(6) L. c. II, 276b.
(7) L. c. II, 258ss.; Denifle, *Chart. Univ. Paris.* II, 238, n. 790.
(8) Ehrle, ALKG III, 455s.; BF V, 297; Baluzius, *Vitae Paparum Avenionensium,* ed. Mollat, I, Paris 1914, 166.
(9) BF V, 232; Baluzius, *Vitae Paparum Aven.* ed. Mollat, II, Paris 1927, 253.
(10) BF V, 292.
(11) Hunc annum suspicari videtur E. Knoth, *Ubertino von Casale,* Marburg 1903, 150.
(12) Raynaldus, *Annales,* ad an. 1325, n. 20; E. Marcour, *Anteil der Minoriten am Kampfe zwischen König Ludwig IV von Baiern und Papst Johann XXII,* Emmerich 1874, 38; F. Callaey, O. M. Cap., *L'idéalisme franciscain spirituel au XIVe siècle. Etude sur Ubertin de Casale,* Louvain 1911, 236.
(13) Bal.-Mansi, *Misc.* II, 277a.

blasphemare ». Additur dictum errorem in Olivi *Tractatu de altissima paupertate* et in eius *Postilla super Apocalypsim* doceri, « quem errorem tam magistri, quibus vestra sanctitas commisit, quam alii plures iudicaverunt haereticalem manifeste ». In praedicto igitur articulo clare agitur de paupertate evangelica absoluta seu de paupertate Christi et apostolorum. Si vero Bonagratia hos *Articulos prob.* a. 1325 scripsisset, Ubertino certo hunc errorem non obiecisset, cum ille ipse inde ab anno 1322 eamdem doctrinam pertinaciter professus sit, neque solos magistros condemnantes Olivi *Postillam in Apocalypsim* « et alios plures », invocasset, sed ante omnia ad decretalem *Cum inter nonnullos*, 12 nov. 1323 debuisset appellare. Ex alia parte, ex ipso modo vago, quo problema de paupertate evangelica absoluta et Christi apostolorumque hic ponitur, apparet controversiam de hac nondum ortam, multo minus definitam fuisse.

Ex hoc proinde loco sequi mihi videtur *Articulos prob.* non ad secundum Ubertini processum (1325) pertinere, sed potius ad quamdam in eum actionem motam post condemnationem Olivi *Postillae in Apocalypsim* (1318-1320) et ante exortam de Christi et apostolorum paupertate controversiam (1321).

Hic vero duo iuvabit in mentem revocare. Primum est quod a Bernardo Guidonis condemnatio Postillae Olivi in Apocalypsim praecise ad annum 1319 ponitur [1]; alterum est quod hoc eodem anno 1319 Bonagratia Procurator Ordinis est institutus, procul dubio ad Ordinem defendendum in causa quadam particulari [2]. Non erimus igitur a veritate longinqui, assumentes quod Bonagratia tunc nomine Ordinis Ubertino defensionem Olivi in disceptationibus prioribus, de quibus plurima in *Articulis prob.*, factam obiecerit et hos articulos ediderit, qui ceterum non sunt nisi supplementum ad aliud scriptum iam porrectum, sed nunc deperditum. Notam igitur chronologicam huic scripto apposuimus a. 1319.

Ceterum a. 1325 Bonagratiam scribere non potuisse ut hic scripsit, iam perspexit Marcour, qui *Articulos prob.* in processu a. 1325 ortos credens, eorum auctorem quemdam Bonagratiam alium habet [3]. Ehrle vero *Articulos prob.* Bonagratiae adscribens, eos ante a. 1325 ortum habuisse recte opinatur [4].

7. Tractatus de Christi et apostolorum paupertate. — 1322.

Infra examini subiciemus et iuxta duos codices edemus.

8. Appellatio Bonagratiae contra bullam *Ad conditorem canonum* (8 dec. 1322) in concistorio Papae porrecta, 14 ian. 1323.

---

(1) Cf. ALKG III, 452. (2) Cf. supra, p. 298, et infra, n. **12** et **13**.

(3) Marcour, *Anteil*, 39, nota 1: « Der genannte Bonagratia kann übrigens wohl kaum identisch sein mit dem gleichnamigen Procurator des Minoriten Ordens in Avignon; vielleicht liegt auch eine Namensverwechselung bei Baluze vor ». (4) ALKG III, 450.

Ediderunt Baluzius-Mansi, *Miscellanea,* III, Lucae 1762, 213-21; Eubel, BF V, 237-46 in nota. Cf. etiam F. Zambrini, *Storia di Fra Michele Minorita,* Bologna 1864, 88-90; H. Laemmer, *Meletematum romanorum mantissa,* Ratisbonae 1875, 77 s.

9. Glossae in librum a. 1323 a Guido Terreni (Terré), O. Carm., *De perfectione vitae evangelicae* conscriptum, in quo is (Guido) doctrinam Fratrum Minorum impugnat. — Ante 26 maii 1328.

Postquam Bonagratia 26 maii 1328 aufugerat Avenione, ibi liber Guidi Terreni cum Bonagratiae glossis marginalibus inventus est, ut ipse Guidus in novo opere *Defensorium tractatus De perfectione vitae evangelicae* narrat. Utrumque Guidi scriptum adest in Bibliotheca Avenionensi Cod. *299,* saec. XIV. *Defensorium* (f. 77v-180r) sic exorditur: *Incipit tractatus editus per venerabilem doctorem fratrem Guidonem Terreni, episcopum Maioricensem, quem fecit contra fratrem Bonagratiam de Pergamo, Ordinis Fratrum Minorum, et contra alios multos dicti Ordinis hereticos et scismaticos manifestos, qui impugnaverant tractatum precedentem De perfectione vitae editum per doctorem prefatum....*

In dicto codice Avenionensi unice noto *Defensorium* ita procedit, ut primo loco ponatur locus incriminatus ex *De perfectione vitae,* deinde glossa Bonagratiae et demum refutatio G. Terreni.

Cf. Barth F. M. Xiberta, O. Carm., *De mag. Guidone Terreni* ... in *Analecta Ordinis Carmelitarum,* an. XV, vol. V, Romae 1924, 113-206; P. Fournier, *Gui Terré (Guido Terreni),* in *Histoire littéraire de la France,* 36, Paris 1927, 432-73, speciatim 458-61. — Neuter auctor advertit Guidum Terreni a Bonagratia Avenione impugnatum fuisse tradi in *Appellatione maiori* Michaelis a Caesena, Pisis 12 dec. 1328 facta; ap. Baluzius-Mansi, *Misc.* III, 302a; BF V, 409 (nota).

10. Clypeus. — 1328-1329.

Est defensio Michaelis a Caesena, et eius modi agendi cum Iohanne XXII, scripta Pisis in fine a. 1328 vel initio a. 1329.

Edidit A. Mercati in AFH XX, 1927, 271-4 et iterum ibidem, 289-91 (sed hic deest finis).

11. Allegationes religiosorum virorum Fratrum Henrici de Talhem, Francisci de Apponiano dicti de Esculo, Guilhermi de Ocham in sacra pagina Magistrorum et Fratris Bonagratia de Pergamo. — 1329.

Allegantur 8 rationes ad ostendendum depositionem Ministri Generalis Michaelis a Caesena et electionem novi Ministri Generalis Geraldi Odonis, Parisiis mense iunio 1329 factam, nullam esse. Ortum est igitur hoc scriptum altero medio a. 1329.

Ediderunt ex Nicolao Minorita Baluzius-Mansi, *Miscellanea,* III, 315-23; Eubel, BF V, 388-96 (nota); cf. etiam H. Laemmer, *Meletematum romanorum mantissa,* 87.

12. Appellatio contra Iohannis XXII errores de visione beatifica. — Monachii 10 apr. 1332.

Est inedita habeturque in Cod. Vatic. lat. *4009*, chart. et membr., saec. XIV, f. 207r-13r; de quo codice (= **V**) cf. Riezler, *Vatik. Akten*, 272-5; K. Eubel, *Zu Nicolaus Minorita*, in *Historisches Jahrbuch*, 18, 1897, 375-86, atque in codice bibliothecae municip. Metensis *190* [= **M**], f. 217ra-35rb cuius codicis miscellanei haec pars saec. XIV exarata est: « *Appellatio maior interposita per fratrem Bonagratiam contra omnes errores domini Iohannis XXII* ». *In Christi nomine. Anno a nativitate domini MCCCXXXII in civitate Monacensi* ... ». Textus M in pluribus a V discrepat, ita ut aliquot tantum variantes hic utiliores infra notentur (1). Cum textus sit ineditus, initium et finem parum largius hic e V iuvat adnotare:

Appellatio interposita per fratrem Bonagratiam procuratorem Ordinis ad hec, contra errores predicatos per Iacobum de Caturcho.

In Christi nomine. In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Anno a nativitate domini millesimo CCCXXXII in civitate Monacensi in domo fratrum minorum. Ibi religiosus vir frater Bonagratia de Pergamo, ordinis fratrum minorum, procurator ipsius ordinis, sicut constat per instrumentum publicum per Persevalum Gratacelum de Mediolano notarium publicum, confectum anno domini millesimo trecentesimo decimo nono, ibidem productum et ostensum, constitutus in presentia infrascriptarum venerabilium et autenticarum personarum, suo proprio et ipsius ordinis et omnium sibi adherencium vel adherere volentium nominibus, asserens fore publicum et manifestum, tam in civitate Avinionensi quam in aliis diversis mundi partibus, quod Iacobus de Caturcho, qui se Iohannem papam XXII profitetur et asserit, in suis predicationibus, sermonibus ac scriptis per ipsum Iacobum publice et manifeste factis, promulgatis et publicatis dixit, professus est, docuit et predicavit publice et assertive infrascriptas hereses detestabiles per ecclesiam catholicam condempnatas, que inferius succincte et per ordinem explicantur.

Prima heresis dampnata quam ipse Iacobus anno domini millesimo CCCXXIX, assumens et pertractans verba apostoli: Gaudete in domino semper et iterum dico gaudete etc., publice predicavit, docuit et asseruit, talis est, videlicet quod tres persone.... (Agitur de visione beatifica, et f. 210vss. impugnantur « quatuor detestanda Statuta hereticalia »).

Explicit f. 213r: ... *et protestatus fuit semper se firmiter tenere et tenere velle perpetuo illam fidem catholicam, quam sancta romana ecclesia, que disponente domino cunctorum mater est et magistra, tenet, predicat et observat.*

Acta et facta fuerunt predicta per dictum fratrem Bonagratiam dicto nomine in Monacho in domo fratrum minorum, anno a nativitate domini millesimo trecentessimo tricessimo secundo, indictione quintadecima, die decima mensis aprilis (2), *presentibus testibus ad hoc specialiter vocatis et rogatis, venerabilibus viris dominis fratre Petro de Viterbio episcopo* (3),

---

(1) Codicem ac variantes adiecit P. Michael Bihl, qui alias plura de eo dicet. (2) Ita etiam M. (3) *de Viterbio episcopo* om. M.

ordinis fratrum Predicatorum. Et Friderico abbate de Richienbach ordinis sancti Benedicti, confessore domini imperatoris (1). *Et Sifrido abbate de Ahuisen dicti ordinis S. Benedicti. Et Gerwino preposito Bernowensi Brandeburgensis diocesis. Et fratre Iohanne de Westhoven de provincia Theutonie ordinis Predicatorum. Et fratribus Nicholao de Viterbio socio dicti domini fratris Petri, et Bertoldo de Spira socio dicti fratris Iohannis* (2), *ordinis fratrum Predicatorum. Et fratre Henrico Preo ordinis Minorum confessore dominarum sancte Clare et fratre Richardo ordinis sancti Benedicti, et dominis Iohanne ac Bernardo capellanis domine marchionisse Brandeburgensis. Et Philippo de Eugubio familiari domine imperatricis et Egidio de Tuderto et Lucio de Assissio. Et Bertoldo notario domine imperatricis. Et Michaele de Ubaldinis notario publico et fratre Eusebio de Bonillo* [?] (3) *de Pergamo notario, qui rogati fuerunt ut predicta in formam publicam redigerent et de ipsis conficerent publica instrumenta, unum et plura sicut et quando expediens videretur, qua appellatione et procuratione lecta, statim prefati dominus frater Petrus episcopus et frater Iohannes ordinis Predicatorum protestati sunt in presentia predictorum testium quod ipsi appellationi adherebant* (4).

Ego frater Eusebius de bonillo [?] (5) *de Pergamo, imperiali auctoritate notarius publicus, cunctis et singulis una cum supradictis testibus interfui rogatus et predicta scripsi et in hanc formam publicam redegi rogatus. Et signum meum apposui.*

13. Appellatio contra Iohannis XXII errores de visione beatifica. — Monachii 1334.

Est inedita in Cod. Vatic. lat. *4009*, f. 164r-8r, et in cod. *XX* sin. *12* S. Crucis bibl. Laurentianae Florentiae, in fine Nicolai Minoritae (6). Codice Vaticano *4009* iam usus est Raynaldus ad an. 1334, n. 29, ubi textum exhibet ex hac Appellatione desumptum. Hic e codice Vaticano sequentia excerpta facere lubet:

Appellatio contra errores Iacobi de Caturco de animabus, facta per fratrem Bonagratiam. In Christi nomine.

Anno a nativitate domini Millesimo CCC tricessimo quarto, in domo fratrum minorum de Monacho. Ibi frater Bonagratia de Pergamo, ordinis fratrum minorum, procurator ipsius ordinis, sicut constat per instrumentum publicum rogatum et confectum per Persevalum Gratacelum de Mediolano notarium publicum, anno domini millesimo CCC decimonono,

(1) *conf. d. imp.* om. M; mox tunc *Ahusen*, cum *i* supra *u* V; *Ausen* M.

(2) *soc. d. fr. Ioh.* om. M; subinde *Preo* legunt V et M.

(3) Sic dubie V; *Bonate* M. Paulo infra post *qui* add. *notarii* M.

(4) In M hic inseruntur etiam formulae subscriptionum notariorum Michaelis de Ubaldinis et Bertoldi notarii Imperatricis.

(5) *Eus. de Pergamo* M.

(6) Bandini, *Catalogus cod. lat. Bibliothecae Laurentianae*, IV, Florentiae 1777, 155; cf. etiam F. Tocco, *La quistione della povertà nel secolo XIV*, Napoli 1910, 10, nota 1.

ibidem productum et ostensum, constitutus in presentia infrascriptarum honestarum et autenticarum personarum, suo proprio nomine, et nomine et vice dicti ordinis minorum et omnium sibi in hac parte adherentium et adherere volentium, dedit, porexit, presentavit et publicavit infrascriptum libellum. Et dixit et protestatus fuit et fecit in omnibus et per omnia prout inferius continetur. Cuius libelli tenor talis est:

Noverint universi fideles Christi presens instrumentum publicum inspecturi, quod licet ego frater Bonagratia de Pergamo, ordinis fratrum minorum procurator et procuratorio nomine ipsius ordinis fratrum minorum, et etiam meo proprio nomine, et nomine et vice omnium mihi adherentium et adherere volentium, anno a nativitate domini millesimo CCC tricessimo secundo, die decima mensis aprilis, legiptime, publice et solempniter provocaverim et appellaverim ad sacrum generale concilium canonice et legiptime convocandum, et ad sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam, et ad futurum catholicum romanum pontificem, canonice et legiptime intrantem, et ad quemlibet ad quem posset ipsius provocationis et appellationis cognitio devenire de iure. Contra multos errores quos dominus Iacobus, qui se Iohannem papam XXII profitetur et dicit, pluries et frequenter, publice ac notorie docuit, predicavit et asseruit. Et specialiter et nominatim contra illos duos errores, quos ipse dominus Iacobus pluries et frequenter in suis sermonibus et predicationibus dixit et asseruit ac predicavit publice et notorie, qui tales sunt, videlicet quod anime sanctorum, qui in celo sunt, non vident nec videbunt faciem dei usque ad diem generalis iudicii et futuram corporum resurectionem. Et quod dominus noster Yhesus Christus post ipsum generale iudicium tradet regnum deo patri et amplius non regnabit, sed totum faciet immediate ipse deus pater per se ipsum.

Qui quidem errores fidei catholice, quam sancta romana ecclesia firmiter credit, tenet et confitetur, obviant manifeste, prout in appellatione super his facta sub forma duplici, brevi scil. et longa, ostenditur evidenter, que appellatio fuit et est iam dudum per mundum publice divulgata. Tamen ad mei prefati fratris Bonagratie noticiam noviter est deductum, quod ipse dominus Iohannes post et contra dictam appellationem et provocationem, ex lege, contra legem, more hereticorum, asumens argumenta, anno domini millesimo CCC XXXIIII, de mense ianuarii in consistorio publico coram cardinalibus et maxima multitudine prelatorum et clericorum, primo fecit legi allegationes et raciones aliquorum qui tenent quod anime sanctorum ex nunc clare vident faciem dei sive divinam essentiam. Quibus lectis, ipsemet dominus Iohannes incontinenti verbo vivo et cum magno fervore asseruit et probare ac ostendere conatus est quantum potuit, et in cordibus audientium imprimere, quod anime sanctorum purgate non vident deum facie ad faciam, firmiter asserens quod in sacra scriptura merces clare visionis dei promititur solummodo toti supposito sive composito et non anime separate, et solum post iudicium generale, cum dicetur: Venite benedicti patris mei.... [Quatuor rationibus Bonagratia ostendit explicationes et excusationes a Iohanne XXII factas eum ab « heresi » non excusare]. [f. 168r] *Quare ex predictis rationibus et causis et*

ex rationibus in aliis appellationibus insertis, et qualibet earum per se sufficienti, in solidum, Ego prefatus frater Bonagratia, procurator et procuratorio nomine dicti ordinis minorum et fratrum eius et etiam meo proprio nomine et omnium mihi adherentium aut adherere volentium edico, denuncio et universis Christi fidelibus manifesto et declaro predictas protestationes et excusationes factas per dictum dominum Iohannem ad excusationem sive paliationem suorum errorum fuisse et esse nullas et nullius valoris et momenti et non posse de iure ipsum dominum Iohannem ab haeresi quomodolibet excusare. Et eis non obstantibus, ipsum dominum Iohannem fuisse et esse censendum hereticum manifestum et pertinacem et tanquam hereticum ab omnibus catholicis evitandum et penas et sententias editas contra hereticos incurrisse.

(Sequuntur novem lineae quae lineis superpositis expunctae sunt. Continent formalem appellationem ad generale concilium, ad papam futurum, ad sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam. Finis huius textus expuncti talis est):
et protestatus sum semper et protestor semper, me firmiter tenere et tenere velle perpetuo illam fidem catholicam quam sancta romana ecclesia hactenus tenuit et tenet ac predicat. Et protestor dicto nomine quod per hanc provocationem et appellationem non intendo ab aliis provocationibus et appellationibus per me aut pro parte dicti ordinis vel alias pro fidei catholice deffensione factis et interpositis discedere sive recedere, sed eis potius firmiter inherere. Acta et facta fuerunt predicta. (Cetera desunt; sequitur pagina textu vacans).

14. Proclamatio maior *Fidem catholicam* Ludovici Bavari. — Francofordiae 8 aug. 1338.

Editiones antiquiores cf. ap. I. F. Boehmer, *Regesta Imperii ab anno MCCCXIV usque ad annum MCCCXLVII,* Frankfurt 1839, p. 120, n. 1921; cf. etiam Riezler, *Widersacher,* 96. Iuxta Nic. Minoritam in Cod. bibl. nat. Parisiensis, lat. *5154,* saec. XIV, f. 331-5, documentum prodiit 6 aug.; cf. *Zeitschrift für Kirchengeschichte,* VI, 1884, 77.

Proclamatio seu appellatio haec Bonagratiae tribuitur a Ioh. Vitodurano, ed. Wyss, 141 (cf. 142); ed. Baethgen, 156 (cf. 157), quocum concordat aequalis Matthias Neuenburgensis, *Cronica,* ap. Boehmer, *Fontes rerum Germ.,* IV, 212-3: « Princeps quoque Frankenfort decretum quoddam de consilio quorundam fratrum Minorum confectum sub sigillo suo magno ... ianuis sue curie affigebat »; ed. Ad. Hofmeister, Berlin 1924, 157-8 *(Script. rer. German.).*

15. Consilium Bonagratiae de iuramento Ludovico Bavaro non oboediendi. — Circa 1338.

Edidit e cod. bibl. nat. Parisiensi lat. *5154,* saec. XIV, f. 343a (Nicolaus Minorita) I. F. Boehmer, *Fontes rerum Germanicarum,* IV, Stuttgart 1868, 603-8. Brevem analysim habes ap. Riezler, *Widersacher,* 99.

Incipit *Quia nonnulli clerici et laici iuraverunt et promiserunt, non obedire domino Ludovico iiii Romanorum imperatori, prebere auxilium,*

consilium et favorem, dubitaverunt predicti an teneantur ad ipsius observantivam [sic pro: *observantiam*] *iuramenti et an illud absque animarum suarum periculo et detrimento valeant observare. Ad quam dubitacionem frater Bonagracia de Pargamo, ordinis fratrum Minorum, in utroque iure peritus duxit ut sequitur, respondendum:*

Ad predictam questionem absque dubio est dicendum, quod illi, qui tale iuramentum fecerunt, ad eius observanciam non tenentur.... Explicit *et quod absque animarum suarum periculo et detrimento non possunt tale iuramentum aliqualiter observare.*

16. Informatio de nullitate processuum papae Iohannis XII contra Ludovicum Bavarum. — Tempore verno 1340.

Ediderunt Goldast, *Monarchia,* I, Hanoviae 1612, 18-21; W. Felten, *Bonagrazias Schrift zur Aufklärung über die Nichtigkeit der Prozesse Iohanns XXII,* in *Trierisches Archiv,* I, Trier 1898, 63ss., qui scriptum ortum credit intra finem aprilis et medium mensem maium. Cf. Riezler, *Widersacher,* 98, qui notat arctum connexum inter hoc scriptum et Proclamationem imperatoris Francofordiae 1338 (n. **14**) factam.

Mihi vero scrupulus venit de huius scripti attributione Bonagratiae facta. Dum enim in ceteris suis scriptis Bonagratia legitimitatem Iohannis XXII non agnoscit, imo eum haereticum vocat, auctor huius libelli dicit Iohannem XXII processus contra Bavarum quidem zelo fidei fecisse, licet erronee. Nullibi etiam papam haereticum vocat. Nisi ergo in hoc ultimo Bonagratiae scripto resipiscentiam quamdam agnoscere volumus, dubium mihi videtur, utrum idem scriptum sit opus authenticum Fr. Bonagratiae.

B. - Opera canonica.

Schulte [1], Bonagratiam ut auctorem rerum canonicarum ignorat. Exstant tamen in codicibus duo tractatus sub nomine Bonagratiae. Utrum vero sint Bonagratiae de Bergamo, non videtur plane certum, quamvis valde verisimile, cum ipse in utroque iure fuerit expertissimus et ex muneribus quae in curia Ordinis habebat, ad talia scribenda facile occasiones habuerit. Duo saltem huiusmodi opera habentur:

17. Casus papales et episcopales cum explanatione praedictorum.

Cod. *645* Bibl. municip. Assisii, chart., saec. XIV, f. 110-21v.; cf. Mazzatinti, *Inventari dei Manoscritti delle biblioteche d'Italia,* IV, Forli 1894, 123; L. Alessandri, *Inventario dell' antica biblioteca del S. Convento di S. Francesco in Assisi, compilato nel 1381,* Assisi 1906, p. 98, 196.

a) f. 110r-4r (rubr.): «*In nomine dni amen. Infrascripti sunt casus papales et episcopales extracti per fratrem Bonegratiam de diversis libris iuris*». Incip. «*Isti sunt casus de quibus non possunt absolvere*

(1) Joh. Friedr. von Schulte, *Die Geschichte der Quellen und Literatur des Canonischen Rechts,* Stuttgart 1877, vol. II: *von Papst Gregor IX bis zum Concil von Trient.*

fratres Minores et Predicatores confessores». Explicit f. 114r: «*ubi agitur de casibus a iure expressis*».

b) f. 114r-21v (rubr.): «*Explanatio predictorum facta per eundem Bonamgratiam*». Incip. «*Plorans simplicibus*». Explicit f. 121v: «*et in pluribus locis etiam istos invenies etc. Expliciunt casus pro conscientiis hominum confitentium valde boni*».

In indice antiquo codicis f. 1v legitur: «*Casus papales et episcopales extracti de diversis libris iuris per fratrem Bonam Gratiam de Bononia* [alia manus supra «*de Bononia*» scripsit: «*de Pergamo*»] *de ordine Minorum fratrum*».

Alius codex, qui continet opusculum sub *a* codicis praecedentis, est cod. *333* [330] Collegii Corporis Christi, Cantabrigiae (olim cod. 290, n. 3 S. Benedicti, Cantabrigiae et sub hoc nomine commemoratus ab Oudin, Iohanne a S. Antonio et inde a Sbaralea, *Suppl. ad Scriptores*, I², 147), cuius descriptionem dedit Ehrle, ALKG III, 46, nota 1: «*Tractatus fratris de Bona Gratia*». Incipit: «*Religiosi absolventes, ubi non possunt, non semper incurrunt excommunicationis sententiam*». Explicit: «*ubi agitur de casibus a iure expressis*». — Finis igitur correspondet cum fine prioris opusculi codicis Assisiensis.

18. Nota de quibus danda est quarta [canonica], secundum fratrem Bonagratiam.

Invenitur in cod. 22-*31* bibl. cathedralis ecclesiae Toletanae, membr., saec. XIV, f. 331v-2r, ex collectione Card. Zelada, quem codicem iam citat Sbaralea, *Suppl.*, I², 147, et nuper descripsit A. López, in *Archivo Ibero-Americ.*, III, 1915, 92ss., quem hic sequimur:

Incipit post titulum: «*In primis, cum in decretali* Super cathedram *dicatur expresse quod fratres habeant liberam sepulturam, ut omnes ad eam recipere valeant, qui in eorum ecclesiis seu locis elegerint sepeliri, et in privilegiis ab apostolica sede Ordini nostro concessis, expresse dicantur hec verba: Sepulturam quoque in locis*». Explicit: «*De consuetudine c. ultimo libr. VI. Amen*».

Adest quoque in codice bibl. municipalis Senensis *F. VI. 31*, quem descripsit Benv. Bughetti, AFH XXI, 518, qui etiam eius textum in hoc fasciculo edit.

C. - Opera deperdita.

Hic ea indicare intendo Bonagratiae scripta, quorum notitiam certam habemus, sed quae nondum sunt iuventa. Procul dubio alia etiam in crebris, quas habuit controversiis, edidit opuscula, quorum notitia ad nos nondum pervenit.

19. Articuli in causa Olivi et eius defensoris Ubertini Casalensis, Card. Guillelmo Petri Godini, O. P., porrecta. — Avenione, c. 1319.

Cf. supra, n. **6**. Potest esse quod hi articuli non tam Ubertinum quam Petrum Iohannis Olivi respexerunt et quod 8 magistris materiam pro condemnatione *Postillae in Apocalypsim* subministraverunt.

20. Libellus contra Zenselini de Cassanis Apparatum in lib. VI et in Extravagantes Iohannis XXII. — Avenione, c. 1325.

Cf. Appellat. Maiorem Pisanam Michaelis a Caesena; ap. Bal.-Mansi, *Misc.* III, 301 b-2 a.

21. Tabula errorum, contra Constitutiones Iohannis XXII composita. — Pisis (?), ante a. 1330.

Cf. A. Mercati ap. AFH XX, 301.

22. Appellatio minor contra Iohannis XXII errores de visione beatifica. — Monachii 1332.

Cf. supra, n. **12** et **13**.

23. Epistolae.

Post suam fugam Bonagratia evidenter plures litteras in causa Michaelistarum scribebat. Ex processu contra Franciscum Bartholi facto, scimus a Bonagratia Pisis litteras datas esse Fratribus Alvernae; A. Mercati ap. AFH XX, 277.

D. - Opera dubia vel spuria.

Agemus hic de aliquibus opusculis, quae auctores quidam Bonagratiae absque ratione sufficienti attribuere conati sunt.

1. Responsiones ad oppositiones eorum qui dicunt, quod Iohannes papa XXII sententialiter definivit in constitutione « *Cum inter nonnullos* », haereticum fore censendum asserere illud quod in decretali « *Exiit qui seminat* », § Porro, continetur.

Editiones: Alvarus Pelagius, *De Planctu ecclesiae,* lib. II, cap. 59. Eubel, BF V, 256-9, in nota, ex Archivo Vaticano, Arm. *XXX, 42,* fol. 89-93.

Scriptum est anonymum et ap. Alv. Pelagium a reliquo textu non distinguitur. Quare AFH III, 507, n. 4, dixi esse scriptum ipsius Alvari Pelagii, ortum inter 1326 et 1330 et in hoc opere maiori insertum, cum ideis auctoris plene correspondeat. Econtra Ioh. Hofer, *Der Verfasser und die Entstehungszeit der Responsiones ad oppositiones eorum* etc., ap. *Franzisk. Studien,* IV, 1917, 93-8, auctorem Responsionum habet Bonagratiam a Bergamo, qui scriptum hoc inter 12 nov. 1323 (*Cum inter nonnullos*) et 10 nov. 1324 (*Quia quorumdam*), verisimiliter in priore medio anno 1324 edidisset.

Videamus inprimis, quid dicendum de nova chronologia proposita. Hanc teneri non posse, evidens est ex condemnatione papali *Postillae* Olivi in *Apocalypsim* commemorata. Licet iam ante a. 1326 aliquando de ea fiat sermo, ex condemnatione scil. theologorum a. 1319 (cf. supra n. **6**) facta, in textu nostro clare agitur de condemnatione a. 1326, nam auctor expressis verbis eam dicit evenisse « post editionem et publica-

tionem dictae constitutionis *Cum inter nonnullos* », i. e. post 12 nov. 1323. Nec obstat quod auctor de canonizatione S. Thomae Aquinatis (18 iul. 1323) loquens, dicit eam factam esse « novissime ». Haec enim expressio est relativa, et significare potest tam paucorum dierum quam aliquorum annorum spatium. Quare cum Eubel recte hoc scriptum tempori inter a. 1326-1329 assignamus.

Nunc de auctore. Constructio P. Hofer est omnino hypothetica, quare interea nec alium valorem habere potest quam hypotheticum. Ni fallor, circumstantiae magis contra Bonagratiam loquuntur quam pro eo. Bonagratia enim scripserat a. 1322 suum quem hic edimus tractatum de paupertate Christi et apostolorum, in quo defendit acerrime sententiam Ordinis. Protestatus est vehementer contra bullam *Ad conditorem canonum*, ubi mens Pontificis in dicta quaestione iam patebat; per annum fere carceri inde mancipatus est, quo tempore prodiit *Cum inter nonnullos*. Vix liberatus (versus Natale Domini 1323), hoc scriptum edidisset (priore medio anno 1324 iuxta Hofer), in quo *Exiit* Nicolai III, cum decretali *Cum inter nonnullos* Iohannis XXII conciliare tentasset! Talem mentis compositionem in homine truce et obstinato, qualis Bonagratia semper et ubique in vita et scriptis certis apparet, admitti posse, i. e. eum propriam doctrinam ita renegasse ut conciliationem tentaret, hoc « credat Iudaeus Apella ».

Quod si scriptum hoc cum Tractatu hic edendo conferimus, videmus utique quemdam contactum, sed etiam non parvam discrepantiam. In primis auctor *Responsionum* tripliciter distinguit *habere*, sicut Bonagratia in tractatu nostro, sed ordinem invertit. Uterque auctor appellat ad S. Bonaventuram *(Apologia)* et ad Iohannem Pecham *(Tractatus pauperis)*. Ex alia parte in *Responsionibus* usus iuris civilis minor est quam in Tractatu.

Omnibus igitur consideratis, ex indole Bonagratiae et fatis eiusdem, sicut etiam ex utriusque textus discrepantiis, Bonagratia mihi non videtur considerari posse ut *Responsionum* auctor, sed auctor, sive Alvarus Pelagius sive anonymus, verisimiliter Bonagratiae tractatu *de Christi et apostolorum paupertate* usus est.

2. Libellus editus ad defensionem fidei catholicae et contra haereses quae insurrexerunt adversus ipsam fidem.

Edidit pro maxima parte R. Scholz, *Unbekannte Streitschriften*, II, Rom 1914, 552-62, ut tractatum anonymum, scriptum contra bullam Benedicti XII, *Benedictus Deus*, 29 ian. 1336, et quidem inter 1336 et 1339. In vol. I, Romae 1911, 248 s., tractatum Bonagratiae tribuere vellet. Perlegens quidem hunc tractatum clare perspicit contactum cum duabus appellationibus Bonagratiae annorum 1332 et 1334 (cf. supra n. **12** et **13**), sed idem valet de aliis scriptis in hac causa a Michaelistis editis. Ex altera parte, si Bonagratia huius tractatus esset auctor, apertius ad duas Appellationes praecedentes amandasset, cum ipse in huiusmodi scriptis omnino personalis, ut dicitur, esse solet. Quare donec alia argumenta positiva in medium ferantur, hanc attributionem nullo solido argumento reponi censeo.

3. Tractatus de aetatibus Ecclesiae, contra primatum et superioritatem papae Romani.

Edidit Goldast, *Monarchia,* I, Hanoviae 1612, 25-9. In *Dissertatione de auctoribus* volumini (absque paginarum numeratione) praemissa, Goldast refert a quodam opinatum esse auctorem libelli « esse F. Bonagratiam Pergamensem quod tam bona gratia institutus sit [libellus], ut nemo meliori potuerit. Ego nihil decerno ». Addit tamen se credere tractatum tempore magni schismatis (1378-1417) scriptum fuisse, eo quod sermo fit de renuntiatione Papae. Quare immerito Sbaralea, *Suppl.* I², 147, refert hoc opusculum a Goldast Bonagratiae fuisse vindicatum.

III. — De codicibus, tempore compositionis, fontibus, argumento tractatus De paupertate Christi et apostolorum.

1. Evolventi mihi, iam sunt fere 20 anni, in bibliotheca Vaticana codicem Ottob. lat. *522,* tractatus anonymus de Christi et apostolorum paupertate occurrit, scriptus in notissima ea de quaestione sub Iohanne XXII agitata controversia.

Cum ex alia parte in codice *4046* bibliothecae nationalis Parisiensis similes inesse tractatus scirem, initia quaedam horum tractatuum exinde a bibliothecario Ph. Lauer transscribi mihi feci et ita comperi tractatum illum anonymum cod. lat. Ottob. *522* esse Bonagratiae de Bergamo, dum hucusque solus ille codex Parisiensis innotuerat. Transscripsi igitur a. 1910 tractatum e cod. Ottob. et postea lectiones variantes e Parisiensi iuxta photographias collegi, et ex utroque textum constitui sequentis editionis. Quibus praemissis, en pauca de ambobus codicibus.

a. Cod. Vaticanus Ottob. lat. *522*, membr., mm. 158×110, saec. XIII-XIV, miscellaneus a pluribus manibus conscriptus, clare in duos codices, olim separatim exsistentes, dividitur.

Partem alteram *Librum exemplorum Fratrum Minorum* continentem f. 142-321, minute descripsi in *Antonianum,* II, 1927, 204 s., ubi, p. 213-76, exempla nn. 146 ex hoc edidi codice. Ibidem p. 205, nota 1, eos etiam auctores enumeravi, qui hoc codice usi sunt (¹). Auctores illi utique ut plurimum ex altera parte seu codice olim independente secundo hauserunt.

Pars prior f. 1r-141v numquam descriptus fuit, quare hic summarie id praestabimus.

(¹) *De humanae cognitionis ratione,* Ad Claras Aquas 1883, p. xix. *Exempla* 17 edita sunt ap. AF I, 313-9; item *Exempla* 6 repetita sunt et duo adduntur ap. S. Bonav. *Op. om.* X, 1902, 62-3; H. Golubovich, *Biblioteca ... Terra Santa,* I, ibid. 1906, 36 s., 233, tres narrationes inde edidit; aliud exemplum prodiit ap. AF IV, 108, nota 2. Cf. etiam L. Lemmens, *Extractiones de Leg. antiqua,* ibid. 1902, 10, 17. De parte I, cf. *Bibl. francisc. ascet.* IV, 1905, xiv et Oliger, *Expositio Regulae Frat. Min. auct. Angelo Clareno,* ibid. 1912, xvii.

1. f. 5r-52r: « *Concordia quattuor evangeliorum, qui liber vocatur Unum ex quattuor ... qui alio nomine dicitur Breviarium, Clementis* [Claudiocestrensis], *Lauthoniensis* [codex: *Lauchoniensis*] *ecclesie presbyteri* ». — Incipit Prologus: « *Clemens Lauchoniensis ecclesie presbiter N. pacem utramque. Huius operis, fili karissime, causam requiris et fructum?*. — Sequitur index singulorum capitulorum 12 partium libri. f. 6v-52r textus, qui incipit: « *In principio erat verbum* »; explicit: « *neque arbitror mundum capere eos qui scribendi sunt libros. Deo gratias. Amen* ». — Opus Clementis Lauthoniensis (vulgo *Llantony*) dicitur etiam *Monatessaron*. Deest ap. Migne, P. L. De auctore († 1170) cf. Hurter, *Nomenclator literarius,* II³, 111, nota 1; Fabricius, *Bibliotheca latina,* ed. Florentiae 1858, I, 366; qui Wiclefum hoc opus anglice vertisse tradunt.

2. f. 53r-70r: « *Funiculus triplex difficile rumpitur* ». — Auctor est Aldebrandus de Tuscanella, O. P. Aliquando tractatus tribuitur S. Bonaventurae. — Cf. Fidelis a Fanna, *Ratio novae collectionis operum ... S. Bonaventurae,* Taurini 1874, 279-82; *Op. om.* VIII, p. CXVI b; X, 28, n. 84.

3. f. 70r-2v: S. Hieronymi epistola ad Heliodorum monachum [codex: *episcopum*]. — Edita ap. P. L. 22, 347-55.

4. f. 73r-5v: S. Augustini *De quattuor virtutibus caritatis.* Incipit: « *Inter ceteras virtutes quas commemorat apostolus Paulus* ». — Ap. P. L. 47, 1127 ss.

5. f. 76r-87r. Expositio Regulae Ordinis Minorum auctore Angelo Clareno, cum multis lacunis. Incipit anonyme: « *Postulasti a me frequentius* »; ed. L. Oliger, *Expositio Regulae auct. Fr. Angelo Clareno,* p. XVII.

6. f. 87v: « *Fratris Bon*[*aventurae*] ». — « *Et nullo modo licebit eis etc. Hucusque fr. Bo.* ». — Sunt Excerpta ex S. Bonaventurae *Expositione Regulae,* c. II, n. 13-15, *Op. om.* VIII, 401 s.

7. f. 88r-97v: « *Nolite possidere aurum neque argentum Mt. 6. Postquam informavit predicatores evangelicos in abdicatione temporalis prosperitatis* ». Explicit: « *Tunc enim constituta sunt exemplaria perfectionis et simplicia perfectionis aliarum et ibant velud principales magistri omnis perfectionis a Christo corporaliter separati* ». — Cum auctor anonymus S. Thomae Aquinatis doctrinam de paupertate evangelica impugnet, suspicatus sum de noto opusculo Petri Ioh. Olivi agi. Et revera textus ap. Ehrle, ALKG III, 519-22, nostro correspondet textui, qui tamen fusior est. Codex fugit Ehrle ALKG III, 502, et me AFH XI, 316 s. Addimus iuxta ultima studia opusculum Olivi contra S. Thomam non esse nisi cap. X Olivi *Postillae in Matthaeum.* Cf. M. Th. d'Alverny, *Les écrits théoriques concernant la pauvreté évangélique* (Positions des thèses), Paris 1928, 5 s.

8. Canticum pauperis pro dilecto « *fratris Iohannis de picça*[*no*] » (Pecham), sub falso titulo « *Tractatus de paupertate et perfectione evangelica* ». Incipit: « *Confiteor tibi rex* ». Explicit: « *Cum tamen recte dives dicatur, ut hoc ibi dicit Augustinus etc.* ». — Est igitur fragmentum tantum, *Bibl. franc. ascet.* IV, 133-74, lin. 11; cf. ib. p. XIX.

9. f. 105v-18v: « *Tractatus de paupertate evangelica* ». — Est Bonagratiae de Bergamo; infra editur.

10. f. 119r-23v: « *Fratris Bonaventure* », de oboedientia et de pecunia, excerpta ex S. Bonaventurae *Expos. Reg.*, c. I, n. 4 (*Op. om.*

VIII, 394); c. I, n. 8 (l. c. 396); c. IV, n. 2 (l. c. 412); c. IV, n. 21 (l. c. 418).

11. f. 124ra-133va: « *Petrus Damiani* », De perfectione monachorum. Incipit: « *Dompno O. venerabili et sancto conventui P[etrus] peccator* ». — Ap. P. L. 145, 291-328.

12. f. 133va: Quaedam dicta brevia. Incipit:

« *Mors in olla absque farina*
Lictera sine spiritu »
explicit: « *Intellectus et sapor*
Meritum et premium ».

Sequuntur f. 133v-b pauca verba S. Bedae Venerabilis.

13. f. 143r-41va: Carmen de vita monachorum in distichis.

Incipit: « *Claustralis vite quondam sanctissimus ordo*
Imbuerat monachos religione duos ».
explicit: « *Hinc ego iam Kayn mihi vulnera nulla* [?],
Factus Abel iustus sedulitate crucis. Amen ».

14. f. 141v-b: Notula de regulis grammaticae.

15. Sequitur f. 142r-306v: Liber exemplorum cuiusdam Fratris Minoris, de quo iam diximus, p. 317.

b. Cod. lat. *4046* (Colb. 506, Regius 3890, II) bibl. Nationalis Parisiensis, in-fol., membr. saec. XIV, continet collectionem textuum (decretales et tractatus) de paupertate et de potestate ecclesiastica exortorum in controversiis sub Bonifatio VIII et Iohanne XXII huiusque priorum successorum. Codex, ob messem divitem quam praebet, saepe adhibitus est a viris doctis, quos, utique, potissime recentiores, videas apud R. Scholz, *Unbekannte kirchenpolitische Streitschriften,* II, Rom 1914, 570s., qui ibidem singulos textus breviter describit.

Scriptura codicis est gothica cursiva pessimae formae, membrana aspera et aliquando rugosa, insunt multa menda, ut iam notavit C. Müller, *Der Kampf Ludwigs des Baiern mit der römischen Curie,* I, Tübingen 1879, 394, et nos quod tractatum Bonagratiae, f. 66rb-72vb, spectat, plene possumus confirmare. Si nostri tractatus solus hic codex superesset, vix possibile evaderet textum eius completum et correctum exhibere. Idem illustratur excerptis tractatus Roberti regis Neapolitani *De paupertate evangelica,* f. 72vb-82rb, quae edidit G. B. Siragusa, *L'ingegno, il sapere e gl'intendimenti di Roberto d'Angiò,* Palermo 1891, App. p. XIII-XXVII, ubi errores, utique etiam ex editoris exigua experientia, abundant (1).

Ut vero de valore utriusque codicis aliquid dicamus, haec sequentia sunt notanda. Cod. Ottob. *522* (= **O**) suos defectus habet. Imprimis amanuensis non paucos textus omisit per homoioteleuta. Has

(1) Hunc tractatum integrum ex hoc codice edere sibi proposuit S. Brettle, O. M. Conv., *Ein Traktat des Königs Robert von Neapel De evangelica paupertate,* in *Festgabe H. Finke,* Münster i. W. 1925, 290-308, sed promissioni hucusque non stetit. Ego ipse eamdem intentionem habui a 20 annis et photographias codicis mihi iam tunc procuravi, ac ne nunc quidem huic consilio renuntio. — Descriptionem partialem cod. *4046* promittit M. Th. d'Alverny, *Les écrits théoriques concernant la pauvreté évangelique* (Positions des thèses), Paris 1928, 8.

lacunas, ut plurimum, ex Cod. lat. *4046* Parisiensi (= P) complere licuit. Ubi enim omissiones in O ex hac causa clare apparebant ortae, non dubitavi textum longiorem P in nostram inserere recensionem. Ubi vero omissiones in O ex dicta causa non erant evidentes, textum longiorem, ut plurimum, inter lectiones adnotavi variantes. P enim aliquando etiam glossas quasdam marginales in textum recepisse videtur. O prae P maximum habet momentum quod clarius et distinctius est scriptus, dum P in scriptura saepe est fere indeterminatus; coniungit etiam vel separat verba, non attento eorum sensu. Ex sola graphia aliquando perspicitur, quomodo male legerit amanuensis, qui linguae latinae parum gnarus fuisse videtur. Brevi, textus solius P vix ut basis editionis correctae adhiberi potest. Sed quia est completior, hinc inde etiam meliorem praebet lectionem, est adminiculum non spernendum ad textum reconstruendum. Quare diligenter eo usi sumus. Quando vero transscriptio eius est pure materialis, et exinde proveniunt menda, ex O facile corrigenda, haec ne in lectionibus quidem variantibus attendimus. Basis igitur nostrae editionis est O, cuius etiam folia indicavimus in textu et retinuimus graphiam.

2. Scripsit vero Bonagratia Tractatum hunc certe post bullam *Quia nonnunquam,* datam 26 mart. 1322, cuius argumentum initio textus commemorat, imo valde verisimiliter post Capitulum Perusinum, maio-iunio 1322 habitum, cum illo in Capitulo ad Ordinis doctrinae defensionem deputatus sit. Licet Capitulum istud non commemoret in suo tractatu, habetur tamen in eo relatio ad litteras maiores Perusinas. Terminus *ante quem* est bulla *Ad conditorem canonum,* 8 dec. 1322, cuius nullum in scripto Bonagratiae apparet vestigium. Ortus est igitur Tractatus de paupertate Christi et apostolorum aestate a. 1322, cum ex utraque parte haec quaestio sat serene tractabatur.

3. De fontibus Tractatus pauca nunc sunt dicenda. Bonagratia erat quidem iuris utriusque peritissimus, sed e sua formatione advocatoria non potuit esse magnus theologus. Hoc in eius tractatu etiam elucet. Maxime excoluit latus iuridicum quaestionis, sicut ceterum in aliis quoque tractatibus in hac controversia editis fiebat ([1]). Argumenta vero ex S. Scriptura, ex SS. Patribus hausta auctor ex S. Bonaventurae *Apologia pauperum,* et Iohannis Pecham, *Tractatus pauperis* seu *De perfectione evangelica* potissime transscripsit, quos tractatus ceterum expresse nominat. Aliquando Bonagratia non solum « auctoritates » e S. Bonaventura transsumpsit, sed simul etiam contextum. Erat igitur *Apologia pauperum* verum Bonagratiae armamentarium theologicum. — Adsunt etiam contactus cum *Epistola* Capituli generalis Perusini (1322).

([1]) Cf. F. Tocco, *La quistione della povertà nel secolo XIV,* Napoli 1910.

Ditissimus est Bonagratia in citationibus iuris civilis Romani, cuius ex vita sua anteacta erat peritissimus ([1]), dum ex iure canonico non plus desumit quam et alii eiusdem causae defensores, qui omnes in decretali Nicolai III *Exiit* maxime insistunt, qua de re sumus magis dicturi.

4. Argumentum Tractatus Bonagratiae non est facilis analyseos, cum ipsum scriptum celerius forsan compositum, structuram stricte logicam non exhibeat. Deficit praesertim in clara dispositione, in qua quaestiones scholasticorum saepe excellunt; forsitan et hic defectum formationis scholasticae in auctore observare licet. En schema argumentationis:

I. Exponitur status quaestionis.

1. Non agitur de Christo ut Deo, sed ut homine.

2. Neque de apostolis ante vocationem vel ut praelatis ecclesiae, sed pro tempore quo fuerunt cum Christo et eis imposita est forma perfectionis.

3. Habere aliquid potest intelligi tripliciter:

a. iure dominii vel quasi dominii,

b. largo modo, de facto, vel ad usum simplicem, sine iure dominii vel proprietatis,

c. habere administrationem vel dispensationem, ex. gr. bonorum ecclesiasticorum, qui modus excludit dominium, proprietatem et possessionem proprie dictam.

In quaestione praesenti agitur de primo modo.

II. His praemissis respondetur: Non est haereticum asserere quod Christus et apostoli non habuerunt aliquid in communi vel in speciali, imo haereticum est pertinaciter asserere quod Christus et apostoli habuerunt aliquid in speciali vel in communi.

Ratio: Asserere de doctrina et vita Christi et apostolorum quod Ecclesia catholica asserit et definit, non est haereticum sed catholicum, et eius contrarium asserere pertinaciter est haereticum, quod probatur e iure canonico et e Scriptura sacra.

Atqui Ecclesia expresse diffinit et asserit quod Christus et apostoli non habuerunt aliquid in communi, quod probatur:

a. ex approbatione Regulae S. Francisci et Summorum Pontificum eiusdem expositionibus, ex canonizatione SS. Francisci, Antonii, Ludovici episcopi, ex Stigmatibus S. Francisci. Solvitur obiectio.

b. ex decretali *Exiit*.

Tres obiectiones in ipsa decretali iam factae:

1 Obiectio: Interdum dicitur Christum loculos habuisse.

Ad quod respondetur § *Porro* eiusdem decretalis: Christus non tantum carne sed et mente condescendit infirmis, sed sic quod a summae perfectionis rectitudine non curvetur.

([1]) Cf. supra, p. 294 s.

Ex hac determinatione Ecclesiae tres eliciuntur conclusiones:

α. Apostoli omnium rerum abdicationem voverunt;

β. Christus et apostoli postquam statum perfectionis et paupertatis evangelicae assumpserunt, numquam habuerunt proprietatem seu dominium alicuius rei temporalis;

γ. Christus non habuit regulariter loculos, sed solum aliquando, scil. infirmis condescendendo.

2 Obiectio. Huiusmodi abdicatio omnium rerum non est possibilis, maxime quoad illas res quae usu consumuntur.

Ad quod respondetur ex eadem decretali *Exiit*, § *Porro*, iuxta quam in illis rebus, ii qui omnibus renuntiant, non iuris sed facti tantum habent usum, qui solus necessarius est, et separabilis a dominio etiam in rebus usu comsumptibilibus. Quare apostoli et Fratres Minores etiam huic dominio renuntiare potuerunt. De facto ante peccatum nullus habuisset dominium earum rerum quae usu consumuntur, cum meum et tuum tunc non exstitissent. Quod si Christus et apostoli habuissent dominium rerum usu consumptibilium, duo absurdissima et haeretica sequerentur:

α. Christus et apostoli fuissent proprietarii in singulari. Et tunc Ecclesia eousque errasset, docens religiosos omnibus renuntiantes tenere figuram apostolorum;

β. Christus et apostoli habuissent dominium et proprietatem pecuniarum, cum pecunia connumeretur inter illas res quae usu consumuntur, quod est contra textum evangelii Matth. 10, 9: *Nolite possidere aurum et argentum* etc.

Ceterum lex 7 allata ff. lib. VII, tit. 5 ad firmandam obiectionem (β) nihil probat, quia non loquitur de usu simplicis facti, qui usus nihil habet iuris annexum, ut docetur in *Exiit*.

3 Obiectio supra annuntiata, deest, verisimiliter quia in praedictis iam soluta.

Ex hac tractatus succincta analysi et plenius ex ipso textu patet Bonagratiam thesim suam potissime ex decretali *Exiit* Nicolai III probare, quae quidem a praeclaris iuristis redacta est (1), sed minime aliquid dogmatice definire intendit.

Demum addimus Alvarum Pelagium, *De planctu ecclesiae*, II, 60, ed. Venetiis 1560, f. 145 r b-9 v b sequi structuram huius tractatus Bonagratiae, saepissime textus ad litteram exscribendo, tacito utique nomine.

In nostra editione fontes litteris *cursivis* indicabuntur. In lectionibus variantibus **O** = Ottob. lat. 522 bibl. Vaticanae, **P** = cod. *4046* bibl. nat. Paris. Foliorum indicatio, orthographia sunt ex O.

(1) Cf. AF III, 369.

Tractatus de paupertate Christi et apostolorum.

[f. 105v] (rubr.) Tractatus de paupertate evangelica [a].

In questione qua queritur, utrum asserere quod Christus et apostoli non habuerint aliquid in communi [b], sit hereticum, primo explicandus est titulus et intellectus questionis. Nam non queritur de Christo inquantum Deus: Quia [c] *Domini est terra et plenitudo eius* [1], ut [d] extra, *de decimis*, c. *tua nobis* [2], § *verum*, et VIII di., *quo iure* [e] [3]; et loquitur Iohannes evangelista, prout exponit Leo papa in sermone de circumcisione Domini [4]: *In propria* [5], inquit, [*venit*], *et sui eum non receperunt;* et iterum ait per prophetam [6]: *Si exuriero, non dicam tibi, meus est enim orbis terre et plenitudo eius.* Nec [f] intelligitur ista questio de Christo [g] prout fuit in etate puerili, seu iuvenili. Nec de apostolis antequam essent vocati a Christo et ad predicandum missi. Nam ante nondum erant apostoli. Apostolus enim [h] interpretatur [i] missus [k]. Set intelligitur de Christo pro illo et ab illo tempore, quo ipse cepit [l] publice predicare, et ad contemptum mundi et ad penitentiam homines invitare, et apostolos, qui fuerunt prima et principalia membra corporis mystici catholice ecclesie, ad statum perfectionis vocare, sicut habetur Mt. 4 [m] [7] quod vocavit *Petrum et Andream fratrem eius* et *Iacobum et Iohannem fratrem eius.* Quibus et dixit *venite post me* etc. [n]. Et de apostolis pro illo et [o] ex illo tempore, quo Christus illos constituit apostolos et eos ad predicandum mittens, ac eis formam perfectionis dedit [p] dicens Mt. X [8]: *Nolite possidere aurum neque* [q] *argentum;* Luc. X [9]: *Nolite portare sacculum* [r] *neque peram;* et Luc. 9 [10]: *Nichil tuleritis in via;* et Mr. 6 [11]: *Precepit eis ne quid tollerent in via.*

Nec etiam potest intelligi dicta questio de apostolis prout fuerunt prelati ecclesie militantis constituti et cura animarum eis commissa, quia huiusmodi prelatio et cura non fuit eis tradita seu commissa ante mortem Christi, set post mortem et [f. 106r] resurrectionem, ut habetur expresse [s] L dist., c. [12] *considerandum* in textu et glossa in verbo *preposuit* [t], et extra, *de electione,* c. [13] *significasti* et nota XXI distin-

---

(a) P Incipit libellus de paupertate Christi editus a bona gratia.
(b) P terra. (c) P *add.* hoc modo. (d) O *per homoioteleut. om.* ut-plenitudo eius. P *post* ut *habet citationem falsam expunctam.* (e) P iuste (?).
(f) P *add.* etiam. (g) P tempore prout Christus. (h) P autem.
(i) O inter. (k) P missi. (l) *Pro* ipse cepit, P incipit. (m) P *add.* c.
(n) P *add.* faciam vos fieri piscatores hominum. (o) P *om.* et ex-et eos.
(p) P dans. (q) *Pro* ne. arg., P etc. et. (r) O *rep.* (s) P *add.* in glossa super illud Ioh. XXI: Vado piscari, in. (t) O proposuit.

---

(1) Ps. 23, 1. (2) Cap. 24 (III, 30). (3) Cap. 1.
(4) Talis sermo inter opera S. Leonis desideratur. (5) Ioh. 1, 11.
(6) Ps. 49, 12. (7) Vers. 18, 21, 19. (8) Vers. 9. (9) Vers. 4.
(10) Vers. 3. (11) Vers. 8. (12) Cap. 53. (13) Cap. 4 (I, 6).

ctione, c. (1) *in novo* et (a) in glossa ordinaria (b) (2). Set (c) intelligitur de apostolis pro tempore quo fuerunt cum Christo et ab eo (d) missi ut predicatores et eis, ut dictum est, inposita forma perfectionis ad huius seculi cupiditatem et avaritiam extirpandam. Et ideo signanter in titulo questionis copulative sive coniunctive dicitur: Queritur utrum asserere quod Christus et apostoli (e).

Rursus ad intellectum dicte questionis attendendum est (f), quod habere aliquid, quantum ad presentem materiam pertinet, potest intelligi tripliciter:

Primo (g) modo iure dominii vel quasi dominii seu proprietatis aliquid (h) obtinere (i), ff. *de verborum sig.*, l. (3) *habere duobus modis dicitur* etc.; ff. *de verborum obligatione*, l. (k) (4) *stipulatio ista*, § *habere duplicitur accipitur* etc. Et hoc modo proprie dicitur res in bonis alicuius singularis persone, vel alicuius collegii, cum (l) pro ea, si eam possidet, datur exceptio, aut si eam perdat (m), datur actio, ff. *de aquirend. re. do.*, l. (5) *rem* (n) *in bonis*.

Secundo modo dicitur quis habere (o) largo modo sumendo. Cum rem quis tenet de facto, vel ad usum simplicem facti, nichil iuris dominii seu proprietatis in ea sibi vendicans neque habens. Et hoc modo servus et (p) religiosus dicuntur habere vestes et res ceteras quibus utuntur. Et tunc per habere demonstratur primo factum (q), ff. *de peculio*, l. (6) *nec servus* (r); *quod actinet ad ius civile servi pro nullis habentur*, ff. *de regulis iuris*, l. (7) *quod actinet*. Et idem in religiosis, qui quantum ad ius civile pertinet, habentur pro mortuis, C. (s) *de episcopis et clericis*, l. (t) (8) *Deo nobis* (u) § 1 in fine, in textu et in (v) glossa posita super (x) verbo *legitime* in fine glosse. Et in aut(hentico) *de nuptiis* (y), § (9) *distrahuntur* (z); unde vestes, quibus utuntur servi et religiosi, non sunt eorum, quia nichil proprii habent, nec possidere possunt XII, q. 1., c. (10) *Non dicatis*, in textu et glossa ordinaria posita super verbo (a) *possidere dicitur* (b), ubi dicitur quod *vestem, quam habet* et *qua semper utitur servus* vel religiosus, *non dicitur possidere*, ff. *de peculio* (c), *id vestimentum* (11). *Nam monachus dicitur servus*, LIIII d., c. (12) *multos* (d). Et similiter (e) XII,

---

(a) P *om.* (b) P *om.* (c) P *add.* quod. (d) P ipso. (e) P *add.* etc. (f) P *om.* att. est. (g) P uno. (h) P *om.* (i) P *add.* ut. (k) P vel. (l) *Ita* P; O tam. (m) P *add.* eidem. (n) O tunc (?). (o) P habendo. (p) O *per homoioteleuton om.* et - nec servus. (q) P *add.* quamvis. (r) O *add.* quia. (s) O servus pro nullo habetur. (t) P vel. (u) P vobis. (v) P *om.* (x) P in (y) O nuptis. (z) P detrahentur. (a) P illo. (b) P *om.* dicitur - possidere. (c) P *add.* l. (d) O mulieres (!) (e) O super.

---

(1) Cap. 2. (2) Ad verba *Tu es Petrus.*
(3) Lex 188, lib. L, tit. 16. (4) Lex 38, § 9, lib. XLV, tit. 1.
(5) Lex 52, lib. XLI, tit. 1. (6) Lex 41, lib. XV, tit. 1.
(7) Lex 23, lib. L, tit. 17. (8) Cod., lex 44, lib. I, tit. 6.
(9) Auth. seu Novellae cap. 2, tit. 1. (10) Cap. 11. (11) Lex 25, lib. XV, tit. 1. (12) Cap. 23.

q. 1, c. (1) *dilectissimis* in glossa (2) super verbo *De hiis que possidebant,* dicit *idest detinebant, sicut servus dicitur possidere,* ff. *de* (a) *aquiren. pos.,* l. (3) *quod si servus* in principio et in fine. Et quod verbum *habebant* (b) in religiosis sumatur pro simplici usu facti, probatur in (c) decretali *Exiit qui seminat, de verborum significatione,* posita (d) in VI° libro (4). Et etiam in decretali, que incipit *Exivi de paradiso,* posita in VII libro (5), *de verborum significatione.* In quibus dicitur quod fratres Minores nichil (e) possunt habere nec in speciali nec in communi. Et tamen in eisdem decretalibus dicitur, quod fratres ipsi habeant unam tunicam etc. per quod patet, quod verbum (f) *habeant* (g) refertur (h) necessario ad [f. 106v] simplicem facti usum.

Tertio modo dicitur quis habere res, cum earum habet administrationem, sicut (i) prelatus habet administrationem rerum ecclesiasticarum vel dispensationem. Sicut aliquando habet religiosus dispensator seu (k) executor constitutus ad aliqua bona pauperibus dispensanda et (l) eroganda, vel cum quis habet sibi res per aliquem (m) commendatas seu depositas. Et tunc in hiis non habet dominium nec proprietatem. Nec etiam proprie possessionem, licet (n) aliquando, cum possidere sumitur largo modo pro detentione (o) facti, dicantur prelati et depositarii possidere, ut dictum est, unde Augustinus (6) et ponitur XXIII, q. VII, c. (7) *quod autem* (p), loquens de rebus ecclesie (q) dicit: *Non sunt illa nostra set pauperum, quorum procurationem gerimus, non proprietatem nobis usurpatione damnabili vendicamus.* Et idem dicitur XII, q. 1, c. ult. (8); et extra, *de dona.,* c. secundo (9); et XII, q. II, c. (10) *sine exceptione,* cum similibus. Sicut (r) dispensator sive (s) executor et depositarius dicuntur res eis commendatas seu depositas habere, prout largo modo dicitur (t) hic (u) habere, scilicet pro detentione (v), ff. *de verborum obligatione,* l. (11) *stipulatio* (x) *ista,* § *habere dupliciter dicitur* etc.

Constat autem ex preallegatis (y) quod questio presens (z) non potest intelligi de ultimis duobus modis habendi. Tum (a) quia etsi detinere res de facto seu uti rebus simplicis (b) facti usu, aut amministrare res (c) aut (d) dispensare, vel per modum custodie seu depositi tenere, possit (e) competere pluribus ut (f) singularibus, non tamen potest (g) competere (h) collegio sive universitati. Nam quamvis in hiis que iuris sunt, seu que

---

(a) O ad. (b) P *om.* (c) P et. (d) O posito. (e) P *add.* proprium. (f) P li. (g) P *om.* (h) P refferatur. (i) P *om.* sicut - administ. (k) P vel. (l) P *om.* disp. et. (m) P alium. (n) O set. (o) O detentatione. (p) P *add.* ubi. (q) P ecclesiasticis. (r) P *add.* et. (s) P seu. (t) P sumitur. (u) P *om.* (v) O detentactione. (x) P stipulo. (y) P pluribus. (z) P patens. (a) P tamen. (b) P simpliciter. (c) P *om.* (d) O *om.* (e) P posset. (f) O et. (g) P posset. (h) P *add.* proprie.

---

(1) Cap. 2. (2) Ordinaria. (3) Lex 24, lib. XLI, tit. 2. (4) Cap. 3 (V, 11) in VI°. (5) Cap. 1 (V, 11) Clem. (6) *Ad Bonifacium comitem,* ap. Migne P. L. 33, 809. (7) Cap. 3. (8) Cap. 28. (9) *Fraternitatem tuam* (III, 24). (10) Cap. 52. (11) Lex 38, § 9, lib. XLV, tit. 1.

spectant ad ius hereditatis ([a]), collegium et universitas vicem persone obtineant, ff. *de fideiussoribus*, l. ([1]) *mortuo* et in fine, *de stipul. servorum* in principio ([2]), in hiis tamen que facti ([b]) sunt, seu in quibus ([c]) factum persone requiritur ([d]), sive ubi sine certa persona quid fieri non potest, non obtinet collegium vicem persone, ff. *de aquiren. re. do.*, l. ([3]) *hereditas.* Tum ([e]) quia questio proposita non querit absolute, utrum asserere quod Christus et apostoli non habuerint aliquid, sit hereticum, set cum determinatione, scilicet in communi. Habere autem ius in communi proprie intelligitur ([f]) prout distinguitur ab habere ius in speciali. Usus autem facti rerum utibilium ([g]), etsi ([h]) sit communis, sicut ([i]) dicit preallegatum ([k]) capitulum *dilectissimis,* non tamen potest dici quod habeatur ab aliquibus in ([l]) communi. Fatuum autem ([m]) magis quam hereticum foret asserere, quod apostoli non habuissent usum rerum necessariarum ad vitam humanam: cum, ut dicit [f. 107r] sepe dicta decretalis *Exiit qui seminat* in § *Porro, nulla prorsus possit esse professio que usum a se necessarie substentationis excludat.* Et ideo verba predicte questionis, cum dicitur, quod Christus et apostoli non habuerunt aliquid in communi, accipienda sunt secundum illum sensum, qui questioni sive rei de qua agitur aptior est, ff. *de regulis iuris,* l. ([4]) *quotiens idem sermo.* Et prout habere sumitur in propria et plena significatione, que ([n]) est cum effectu habere aliquid in communi, quoad proprietatem seu ([o]) dominium vel ius agendi vel excipiendi, ut in preallegatis iuribus, ff. ([p]) *de verborum obligatione,* l. ([q]) ([5]) *stipulatio* § *habere.* Et *de verborum significatione,* l. ([6]) *habere,* et l. ([7]) *bonorum* ([r]) § *in bonis.* Et *de aquiren. re. do.* l. ([8]) *rem in bonis.* Et sic *qui actionem habet, rem habere videtur* ([s]), ff. *de regulis iuris, qui actionem* ([9]). Sic et cui non competit actio nec exceptio pro repetenda vel defendenda, non dicitur proprie et perfecte secundum iura civilia rem habere.

Preterea cum ex facto domini pape, scilicet ex suspensione ([t]) sententie excommunicationis prolate in dicta decretali *Exiit* ([u]) *qui seminat* in dicentes sive scribentes contra ea vel aliquid eorum que in ipsa decretali continentur ([v]), ut ([x]) ex hiis que dicta sunt in consistorio de intenctione ipsius domini pape, qui dictam proposuit

---

([a]) P *om.* ([b]) P *om.* ([c]) P hiis que. ([d]) P requiratur. ([e]) P est non. ([f]) P *add.* et super (?) questionem non horum intelligentiam sumitur. ([g]) P utilium. ([h]) P et sic. ([i]) P prout. ([k]) P post allegatum. ([l]) P *om.* ([m]) P et. ([n]) *Pro* que - aliquid, P quod est effectu cum habere. ([o]) P vel, *deinde* seu. ([p]) P *om.* ([q]) P *om.* ([r]) O verborum; *pro* l. P §. ([s]) P *om.* ([t]) P successione (!). ([u]) O *om.* Exiit - decretali. ([v]) O contineantur. ([x]) P et.

([1]) Lex 23, lib. XLVI, tit. 1. ([2]) Lex 1, *Cum servus,* lib. XLV, tit. 3.
([3]) Lex 34, lib. XLI, tit. 1. ([4]) Lex 67, lib. L, tit. 17.
([5]) Lex 38, lib. XLV, tit. 1. ([6]) Lex 188, lib. L, tit. 16.
([7]) Lex 49, lib. L, tit. 16. ([8]) Lex 52, lib. XLI, tit. 1.
([9]) Lex 15, lib. L, tit. 17.

questionem, pateat[a] (1), scilicet[b] quod intenctionis eius est querere: Utrum asserere quod Christus et apostoli non habuerint aliquid in communi per modum dominii et proprietatis sive iuris, sit hereticum; et intenctio proponentis sit spectanda [c], extra, *de preben.*, c. ultim. (2), et ff. *de verborum significatione*, l. (3) *nepos Proculo*, et XXII, q. ultim. [d], c. (4) *humane*, et intelligentia verborum ex causis sit assumenda dicendi, extra, *de verbo. signi.*, c. (5) *intelligentia*, sequitur quod sub isto intellectu [e] verba dicte [f] questionis sunt accipienda.

Hiis premissis [g] circa [h] dicte questionis articulum [i], ad ipsam questionem respondeo, quod non est hereticum asserere, quod Christus et apostoli non habuerunt aliquid in communi, set catholicum et fidele; et quod cum sancta romana ecclesia catholica est firmiter credendum, confitendum [k], tenendum et asserendum, quod Christus et apostoli non habuerunt aliquid in communi vel in speciali; et [l] quod hereticum est pertinaciter asserere, quod Christus et apostoli habuerunt aliquid in speciali et vel in communi. Quod evidenter [m] probatur rationibus et iuribus infrascriptis:

Prima ratio sic sumitur: Certum est quod asserere, tenere [n] et confiteri de doctrina et vita Christi et apostolorum quod sancta romana ecclesia catholica et [o] apostolica asserit, diffinit et sentit, non est hereticum set catholicum, et [p] eius contrarium asserere pertinaciter, est hereticum. Maior hec propositio probatur XXIIII, q. I, c. (6) *hec* [q] *est fides*, et 5 (7) *alienus est*, et c. (8) [f. 107v] *omnis qui recedit*, et c. (9) *quoniam vetusto*, et XX di., c. (10) *de libellis*, ad finem, et XIX di., c. (11) *nulli fas*, et (12) *ita Dominus*, XI di., c. (13) *nolite*, et LXXXI di. c. [r] (14) *si qui* [s] *sunt presbiteri*, in fine. Et extra, *de hereticis*, c. (15) *ad abolendam* in textu et glossa [t] (16). Et Hostiensis in apparatu. Et extra, *de hereticis* [u], c. (17) *firmissime*. Et in summa eiusdem [v] tituli plene notat[ur]. Et extra, *de summa trin.*, c. [x] primo (18), et c. (19) *dampnamus*, cum

---

[a] O et P *sic*. [b] P om. [c] P exspectanda. [d] P I.
[e] *Pro* isto int., O huius tituli. [f] O dicta; P *om.* [g] O pretermissis; P promissis. [h] P *add.* dicta. [i] P argumentum. [k] P *om.*
[l] P *om.* Et-communi. [m] P *add.* apparet et. [n] P *om.* [o] P *om.*
[p] P *om.* et-hereticum. [q] P *om.* hec-recedit et c. [r] P *om.*
[s] *Pro* si qui, P sic. [t] P *add.* hord. [u] P heretico. [v] O eundem.
[x] *Pro* c. primo et c., P l. t. c.

---

(1) Dicta excommunicatio suspensa est bulla *Quia nonnunquam*, 26 martii 1322; BF V, 224; Baluzius-Mansi, *Miscell.* III, 207; Wadding ad a. 1322, n. 51 (VI, 395). Hanc bullam declaratio in concistorio facta praecessisse ex nostro textu apparet. (2) Cap. 38 *Cum olim* (III, 5).
(3) Lex 125, lib. L, tit. 16. (4) Cap. 11. (5) Cap. 6 (V, 40).
(6) Cap. 14. (7) Cap. 19. (8) Cap. 24. (9) Cap. 25. (10) Cap. 1.
(11) Cap. 5, (12) Cap. 7. (13) Cap. 3. (14) Cap. 15. (15) Cap. 9 (V, 7).
(16) Ordinaria. (17) Cap. 3 (V, 7). (18) *Firmiter* (I, 1). (19) Cap. 2 (I, 1).

similibus [a]. Et confirmantur [b] hec: Quia ecclesia romana *a tramite traditionis apostolice* veritatis *nunquam erravit* nec errare potuit, nec [c] potest, XXIIII, q. 1, c. [1] *a recta ergo fide*, et c. [d] [2] *pudenda*, in fine. Et in dicto c. *hec est fides*, in fine. Nam Christus in evangelio Luc. 22 [e] [3] dixit Petro, in persona ecclesie: *Ego pro* [f] *te rogavi*, Petre, *ut non deficiat fides tua*. Cuius orationem constat esse exauditam [g], Heb. 5 [h] [4]. Et qui aliter scripturam [i] intelligit quam romana docet ecclesia, que spiritu sancto regitur, et nemo extra eam spiritum sanctum recipit, XXIIII, q. 1 [k] c. [5] *audivimus, hereticus appellari potest*, etsi in ecclesia sit corpore, XXIIII, q. 3, c. [l] [6] *heresis*. Immo in hiis maioris auctoritatis est determinatio et diffinitio romane ecclesie, quam cuiuscunque [m] alterius. Unde Augustinus *Contra epistolam fundamenti*, circa principium dicit [7]: *Ego* [n] *evangelio non crederem* [o], *nisi me ad hoc auctoritas ecclesie conmoveret*. Inmo concesso quod ecclesia romana semel in fide erraverit, sive falsum dixerit, sequitur quod evangelio [p] nulla remanet auctoritas, IX di., c. [8] *si ad scripturas*.

Set cum [q] romana ecclesia clare et expresse dixerit [r] [9], diffinit, asserit atque docet, quod Christus et apostoli non habuerunt aliquid in communi, et in contrarium publice et ex *certa scientia* docentes, *seu scripturas aut libellos facientes excommunicationis sententiam* promulgavit, *a qua* non possunt absolvi *nisi per romanum pontificem*, ergo habetur propositum.

Minor probatur ex pluribus. Primo ex eo, quod fere omnes romani pontifices qui fuerunt a tempore beati Francisci, tam de [s] consilio et collegio dominorum cardinalium, qui pro tempore fuerunt, quam etiam in conciliis generalibus factis, postmodum approbaverunt et confirmaverunt [t] regulam et vitam beati Francisci, que [u] est sanctum evan-

---

(a) P *partim mendose add.* Et Augustinus ad Faustum li. XI [c. 5, P. L. 42, 249] dicit: Existat auctoritas sanctarum scripturarum veteris et novi testamenti, cui subserviat omnis fidelis; ibi si quid absurdum noverit, non licet dicere: auctor huius rei non tenuit veritatem, sed aut codex mendossus est, aut interpres errat, aut tu non intelligis, cumque si propheta unus vel apostolus seu evangelista possuisset quod ipsa canonum auctoritate declaratur, non licet dubitare quod verum sit, alioquin vera non esset pagina, qua humane scil. inperitie regulatur infirmitas, si librorum saluberrima autoritas aut conten[p]ta penitus aboletur aut [interminata] confunditur.
(b) *Pro* conf.-quia, P confirmatur hoc quod. (c) P *om.* potuit nec. (d) P ti. (e) P *add.* c. (f) *Pro* pro-Petre, P autem oravi pro te. (g) P *add.* au[ctoritate (?)]. (h) P *add.* c. (i) P *add.* sanctam. (k) O *om.* (l) O q. c. III. (m) P cuiuslibet. (n) P *add.* in. (o) P *om.* (p) P in cā. (q) P sancta. (r) P *om.* (s) *Pro* de-collegio, P consilio collegii. (t) P *om.* et conf. (u) P *qui.*

---

(1) Cap. 9. (2) Cap. 33. (3) Vers. 32. (4) Vers. 7. (5) Cap. 4, q. 1.
(6) Cap. 27. (7) Cap. 4; ap. P. L. 42, 176. Idem locus citatur a Bonagratia in *Appellatione* a. 1323, ap. Baluzius-Mansi, III, 219b, et habetur in Epistola Capituli gen. Perusini maiore; ibid. 209a. — Plurima argumenta quae hic sequuntur, inveniuntur quoque in praedictis documentis.
(8) Cap. 7. (9) In decretali *Exiit.*

gelium observare in altissima paupertate, scilicet in (a) non habendo aliquid *in speciali nec in communi* tanquam regulam et vitam evangelicam et *a Christo doctam* et observatam, sicut patet in approbationibus et confirmationibus dicte regule et vite beati Francisci et aliis ordinationibus super statu (b) fratrum Minorum factis per felicis recordationis dominos Innocentium tertium, Honorium tertium, Gregorium nonum, Innocentium 4m, Alexandrum 4m, Clementem 4m, Gregorium Xm (c) in concilio lugdunensi. [f. 108r] Et ex (d) canoniçationibus sanctorum Francisci, Antonii et Logdovici (e) (1). Qui huiusmodi vitam et paupertatem tanquam vitam a Christo et apostolis eius doctam voverunt, tenuerunt et servaverunt. Quem etiam (f) statum predicte altissime paupertatis tanquam (g) statum quem ipsemeth Christus tenuit et servavit (h), miraculose confirmavit, cum ipsum beatum Franciscum tanquam suum specialem sectatorem suorum sacrorum vulnerum stigmatibus insignivit (i) (2), prout ex pluribus constitutionibus et statutis per Romanam ecclesiam factis super predictis colligitur evidenter. In quibus etiam districte omnibus fidelibus christianis precipitur et mandatur quod ipsa sacra stigmata tanquam veraciter ipsi sancto Francisco modo (k) miraculoso (l) inpressa et probata, per ipsam ecclesiam venerentur.

Et si dicitur (m) quod non sequitur, pro eo ipso quod (n) ecclesia romana approbavit et confirmavit regulam et vitam beati Francisci quod (o) ipsum et (p) alios sanctos dicti ordinis canoniçavit, quod propter hoc Christus non (q) habuerit aliquid in communi vel speciali, nec quod Christus docuerit huiusmodi vitam et regulam. Respondeo (r) quod immo sequitur. Nam cum diffinitio dicte regule per ipsos (s) romanos pontifices et generalia concilia, ut dictum est, approbate (t) sit talis: *Regula et vita Minorum fratrum hec est, scilicet* (u) *Domini nostri Ihesu Christi sanctum* (v) *evangelium observare, vivendo in obedientia, sine proprio et in castitate* (3). Et infra (4): *fratres nichil sibi approprient, nec domum, nec locum, nec aliquam rem.* Et in fine dicitur (5): *Sanctum evangelium Domini* (x) *nostri Ihesu Christi, quod firmiter* (y) *promisimus, observemus.* Sitque per dictos dominos Gregorium nonum (6), qui se *intencionem* beati

(a) P *om.* (b) P *add.* ordinis. (c) P *om.* Greg. X. (d) P *om.* (e) P Lodovici. (f) *Pro* quem etiam, P quod et. (g) P quasi. (h) P conservavit. (i) P *om.* insig.-constitut. (k) *Pro* modo, P et ipsum et alios sanctos dicti ordinis canonizavit auctoritate apostolica. (l) P *et* O miraculose. (m) P dicatur. (n) P quo. (o) P et. (p) O *om.* (q) P *om.* non-Christus. (r) P respondetur. (s) *Pro* per ips., P predictos. (t) P approbata. (u) P *om.* (v) *Pro* sanct.-castitate, O etc. (x) P *om.* dom.-Christi. (y) P *om.*

(1) Idem in Epistola maiore Perusina; ibid. III, 211b.
(2) Similem argumentationem cf. ap. S. Bonav. *Apologia pauperum,* XI, 15, ap. *Op. om.* VIII, 315. Argumentum hoc erat, ut aiunt, ad hominem quia ipse Iohannes XXII S. Ludovicum ep. Tolosanum a. 1317 in catalogo Sanctorum inscripserat. (3) Reg. c. 1. (4) L. c. c. 6. (5) L. c. c. 12.
(6) Bulla *Quo elongati;* BF I, 68.

Francisci [a] *in concedendo* [b] *dictam regulam* [c] cognovisse testatur [d], et [e] Innocentium 4 [1] et [f] Alexandrum 4 [2] expressissime declaratum, quod huiusmodi expropriatio, quam sanctus [g] Franciscus promisit et vovit et promittendo evangelium *vivendo sine proprio,* debet intelligi et servari [h] tam in speciali quam in communi, et in dicta regula huiusmodi [i] expropriatio vocetur *celsitudo altissime paupertatis* [3]. Et cum quis promittit altissimam paupertatem illam, intelligatur [k] promittere, que principalem habet gradum [l] altitudinis, ita quod nullus [m] altior valeat inveniri et [n] reperiri, ff. *de verborum obligatione,* l. [4] *ubi autem non apparet* [o], in [p] responso. Et Christus in evangeliis docuerit paupertatem, ut regulam [q] et mensuram [r], et regula et mensura non possit excedi [s] ab aliquo, cuius [t] ipse Christus seu doctrina [u] eius sit regula. Quia si excederet [v] regulam evangelii sive Christi, potius esset regula ipsius quam econtrario. Sequitur quod si beatus Franciscus vovit et promisit evangelium vivendo sine proprio in speciali et in communi, quod talis fuit doctrina et regula evangelii et per consequens quod Christus non habuit in speciali nec in communi. Quia quod docuit Christus prius fecit.

Preterea saltem absque dubio aliquo [x] sequitur ex predictis confirma-[f. 108v]-tionibus et canoniçationibus sanctorum quod asserere quod Christus et apostoli non habuerunt aliquid in communi, non est hereticum, cum manifestissimum sit ex dictis et factis sanctorum dictorum [y] et ex [z] eorum legendis, quod ipsi sancti dictam expropriationem in speciali et in communi voverunt et promiserunt et servaverunt tanquam expropriationem a Christo et apostolis doctam et servatam et quod ipsi sancti hoc asseruerunt [a]. Non autem fuissent sancti, nec ecclesia eos canoniçare debuisset [5], si hereticum fuisset asserere, quod Christus et apostoli non habuerunt aliquid in [b] speciali nec in communi. Immo si hoc esset hereticum, ecclesia errasset eos canoniçando, quod erroneum est dicere. Ergo habetur propositum ex predictis.

Secundo probatur dicta [c] propositio evidentissime et patentissime per sollempnem decretalem [d] bone memorie domini [e] Nicolai tertii

---

(a) P *add.* et. (b) P cognoscendo. (c) O *add.* se. (d) P testum (!). (e) P *om.* (f) P *om.* (g) P sanctum (!). (h) P conservari. (i) P huius. (k) P intelligant. (l) P hanc gratiam. (m) P nulla. (n) P *om.* inv. et. (o) O apparere. (p) P *om.* (q) O regula. (r) O mensura; P *om.* et mens.-regula. (s) P extentius (?). (t) P cum. (u) P actus. (v) P extenderet. (x) P *om.* (y) doctorum. (z) P *om.* (a) P servaverunt. (b) P *om.* in-nec. (c) P minor. (d) P *add.* per. (e) *Pro* dom.-tertii, P beatum Nicolaum tertium.

---

(1) Bulla *Ordinem vestrum;* BF I, 400.

(2) In confirmatione bullae praecedentis *(Ord. vest.)* 20 feb. 1257; BF II, 196. Cf. tamen l. c. nota *c;* Eubel, *Epitome,* 90, n. 923a; L. Alessandri-F. Pennacchi, *Bullarium pontificium... Sacri Conventus,* n. 105, ap. AFH VIII, 608; (ed. separata Quaracchi 1920, 19). (3) Reg. c. 6. (4) Lex 75, lib. 45, tit. 1.

(5) Cf. S. Bonav. *Apol. paup.* X, 4, ap. *Op. om.* VIII, 305a.

super dicta [a] regula et vita fratrum Minorum editam [b], que incipit: *Exiit qui seminat* et postea approbatam et confirmatam [tam] per dominum B[onifacium] [c] papam VIII, qui [d] ipsam decretalem *Exiit* [e] in VI libro sub [f] titulo *de verborum significatione* inseri [g] fecit et mandavit ab omnibus inviolabiliter observari; quam per dominum Clementem papam V in [h] constitutione sive declaratione [i] super dicta regula [k] in generali concilio viennensi, posita in VII° libro sub titulo *de verborum significatione* et incipit *Exivi de paradiso* (1); ac etiam per [l] alias constitutiones per sanctissimum patrem dominum Io[hannem] [m] XXII super dicta regula et statu [n] fratrum Minorum editas, et [o] maxime ex [p] illa constitutione que incipit *Quorumdam* (2). In qua quidem decretali (3) data per dictum dominum Nicolaum 3 et per universalem ecclesiam in generali concilio, ut predicitur, approbata [q], que incipit *Exiit qui seminat* etc. [r] in § *porro,* dicuntur [s] hec verba (4): *Porro cum regula ipsa* [t] *expresse* [u] *contineat quod fratres nichil sibi approprient nec domum, nec locum, nec aliquam rem, sitque* [v] *declaratum per eundem predecessorem Gregorium IX et nonnullos alios hoc servari* [y] *debere tam in speciali quam etiam* [x] *in communi, quam sic arctam abdicationem venenosis obtrectationibus aliquorum insensata depravavit astutia* [z], *ne fratrum eorumdem perfectionis* [a] *claritas talium inperitis sermonibus laceretur, dicimus, quod abdicatio proprietatis huiusmodi omnium rerum, tam in speciali quam in communi, propter Deum, meritoria est et sancta, quam et Christus viam perfectionis ostendens verbo docuit et exemplo firmavit, quamque primi fundatores militantis ecclesie, prout ab ipso fonte hauserant, in volentes perfecte vivere per doctrine ac* [b] *vite ipsorum alveos derivarunt.* Ex quibus verbis constat manifeste quod Christus et apostoli [f. 109r] non habuerunt [c] proprietatem vel dominium aliquarum rerum in speciali nec [d] in communi, et quod talem abdicationem omnium rerum tam [e] in speciali quam in communi in volentes perfecte vivere per doctrine ac vite alveos derivarunt. Alibi [f] in eadem decretali demonstrat aperte quod professio huius regule et vite fuit a Christo et apostolis verbo et exemplo docta et firmata, cum circa initium ipsius decretalis dicitur sic (5): *Hii sunt illius sancte regule professores, que* [g]

(a) *Pro* dicta-vita, P regulam et vitam. (b) P edictam. (c) P Bo. (d) P *add.* per. (e) P *add.* qui seminat. (f) P in. (g) O interseri. (h) P super. (i) P *add.* quam fecit. (k) P dictam regulam. (l) P *om.* (m) Iohannem papam. (n) P vita. (o) P *rep.* et maxime. (p) O *om.* ex-data. (q) O approbatam. (r) P *om.* (s) O dicitur in. (t) P ista. (u) O *om.* (v) P sic. (x) O observari. (y) O *om.* (z) O austutia. (a) P perfectionem. (b) O aut. (c) P *add.* aliquid. (d) P vel. (e) P *om.* (f) P *add.* et. (g) P qui.

---

(1) Confirmationem Bonifatii VIII et Clementis V *(Exivi)* Bonagratia simili modo commemorat in *Appellatione* a. 1323; Baluzius-Mansi, III, 219b.

(2) *Quorumdam exigit,* 7 oct. 1317, ap. BF V, 128. (3) Scil. *Exiit.*

(4) *Seraph. legisl. textus orig.* [= *Textus orig.*] 190s.

(5) L. c. 182s. (cum lacuna).

evangelico fundatur ([a]) *eloquio* ([b]), *vite Christi roboratur exemplo, fundatorum militantis ecclesie, apostolorum eius, sermonibus actibusque* ([c]) *firmatur. Hec est apud Deum et Patrem munda et immaculata religio* ([d]), *que descendens a Patre luminum per eius filium exemplariter et verbaliter apostolis tradita* ([e]) *et demum per Spiritum Sanctum beato Francisco et eum sequentibus inspirata. Hec est cui, attestante Paulo, nemo de cetero* ([f]) *debet esse molestus, quam Christus passionis* ([g]) *sue stigmatibus confirmavit, volens institutorem ipsius passionis* ([h]) *sue signis notabiliter* ([i]) *insigniri.*

Demum in eadem decretali respondetur tribus obiectionibus principalibus, que adversus dictam conclusionem, determinationem fieri ab aliquibus potuissent.

Prima talis est ([1]): Posset aliquis dicere domino pape: Vos determinando concluditis, quod dicta *abdicatio omnium rerum in speciali et in communi est meritoria et sancta,* et pro ([k]) ratione principali huiusmodi conclusionis adducitis, quod Christus et apostoli eius eam exemplo et verbo docuerunt. Quia non habuerunt aliquid proprium, nec ([l]) in speciali nec ([m]) in communi. Et dicitis quod dicte regule professio, *evangelico fundatur eloquio et* ([n]) *vite Christi roboratur exemplo et apostolorum eius sermonibus actibusque firmatur.* Set huic conclusioni et rationi obstare videtur, *quod interdum dicitur Christum loculos habuisse,* in quibus pecunia *et ea, que mittebantur* pro victu *portabantur* ([2]) et de quibus cibaria emebantur ([3]). Ex quo videtur, quod huiusmodi abdicatio et professio non fuit ([o]) a Christo et ab ([p]) apostolis eius verbo docta nec exemplo firmata, set potius eius actio, que vestra debet esse imitatio, fuit ([q]) in contrarium. Ad que respondetur ([r]) eadem decretali ([s]) § *porro* in hec verba ([4]): *Nec hiis quisquam* ([t]) *putet obsistere, quod interdum dicitur Christum* ([u]) *loculos habuisse. Nam sic* ([v]) *ipse Christus, cuius perfecta sunt opera, in suis actibus viam perfectionis exercuit, quod interterdum infirmorum inperfectionibus* ([x]) *condescendens, ut* ([y]) *viam* ([z]) *perfectionis extolleret, et inperfectorum infirmas semitas non dampnaret, sic infirmorum personas suscepit in loculis, sic in nonnullis aliis infirma humane carnis assumens, prout evangelica testatur ystoria,* quod *non tantum carne set et mente condescendit* ([a]) *infirmis. Sic* ([b]) *enim humanam naturam assumpsit quod in suis operibus perfectus existens, in nostris factus* ([c]) *humilis, in propriis permansit excelsus. Sic et summe caritatis* ([d])

([a]) P fundantur. ([b]) P colloquio. ([c]) P artibusque. ([d]) P collegio (!) ([e]) P edita. ([f]) O *om.* ([g]) P *om. per homoioteleuton* passionis-ipsius. ([h]) P passiones. ([i]) O nobiliter. ([k]) *Pro* pro rat., P procuratione (!). ([l]) P *om.* ([m]) P vel. ([n]) O *om.* ([o]) P fuerit. ([p]) P eius *quod subinde om.* ([q]) P fuerit. ([r]) P *add.* in. ([s]) P *add.* et dicto. ([t]) P nunquam. ([u]) P Christus. ([v]) O sicut. ([x]) P profectionibus. ([y]) P *om.* ([z]) P vitam. ([a]) P descendit. ([b]) O sicut. ([c]) O *et* P factis. ([d]) P et.

([1]) Cf. *Textus orig.* 191. ([2]) Cf. Ioh. 12, 6.
([3]) Cf. Ioh. 4, 8; 13, 29. ([4]) *Textus orig.* 191.

dignatione [a] *ad actus quosdam nostre inperfectioni conformes inducitur, quod a summe perfectionis rectitudine non curvatur* [b]. *Egit namque Christus et docuit perfectionis opera, egit et infirma, sicut* [c] *interdum in fuga patet et loculis. Set* [d] *utrumque perfecte perfectus existens, ut perfectis et inperfectis se* [e] *viam salutis ostenderet, qui utrosque salvare venerat, qui tandem mori voluit pro utrisque.* Hec ibi.

Ex predicta autem determinatione et diffinitione ecclesie eliciuntur [f] tres conclusiones.

Prima [g] quod apostoli [h] huiusmodi abdicationem omnium rerum, tam in speciali quam in communi, voverunt [i]. Quod sic probatur. Secundum diffinitionem dicte decretalis talem abdicationem omnium rerum, *tam in speciali quam in communi,* oportet concedere [f. 109v] fuisse in [k] apostolis secundum rationem et conditionem potissimam ipsius abdicationis, qualem ponimus fuisse in beato Francisco. Quod patet, cum ipsa decretalis expresse dicat, quod abdicationem illam quam habuit beatus Franciscus, apostoli *hauserant* a Christo *et in alios derivarunt.* Constat autem quod in abdicatione omnium rerum in speciali et in [l] communi, quam fecit beatus Franciscus una conditio et potior fuit votum et promissio illius abdicationis. Quod confirmatur, quia conditio potior abdicationis temporalium non actenditur secundum actum exteriorem, qui est relinquere sive abdicare [m] de facto res [n] temporales, set principaliter actenditur secundum actum interiorem, qui [o] est nolle habere res temporales et eis velle carere propter [p] Deum. Et ex isto actu principaliter censetur abdicatio meritoria. Abdicare autem temporalia et eis velle carere, sic quod in potestate sua sit licite velle et posse habere res temporales cum sibi placuerit, est alterius rationis, quam abdicare propter [q] votum et promissionem, sic quod nunquam eas liceat habere nec velle habere. Quia illa, que fit ex voto, est maioris meriti quam illa, que fit ex simplici proposito. Ergo si apostoli habuerunt illam abdicationem, quam habuit beatus Franciscus, ut [r] innuit decretalis, et beatus Franciscus habuit eam ex voto, sequitur quod apostoli habuerunt eam [s] ex voto. Alias apostoli non derivassent illam abdicationem in beatum Franciscum, seu in [t] alios volentes perfecte vivere. Nec ipse beatus Franciscus talem abdicationem ex voto habuisset ab apostolis derivatam, cuius [u] oppositum asserit decretalis.

Quod autem apostoli habuerunt illam abdicationem ex voto, et quod talis abdicatio sit maioris meriti quam abdicare ex simplici proposito, probatur per Augustinum in libro *de Mirabilibus scripture* [v] in fine

---

[a] P indignatione. [b] P *om.* [c] O *add.* et. [d] P *add.* interdum. [e] *Pro* se - ostenderet, P nostra summitas ostendatur. [f] P elucantur. [g] P primo. [h] O aliqui. [i] P *per homoioteleuton om.* voverunt - communi. [k] P ibi. [l] P *om.* [m] P abicere. [n] P *add.* per. [o] P quod. [p] P *per homoiotel. om.* propter - carere. [q] P per. [r] P *om.* [s] P *om.* [t] P *om.* [u] P *om.* [v] *Pro* scripture - argentum etc. P *male:* dicit nos elemosinarum, inquit, excusatione et paupertatis professione dixit paralitico Scripture in fine

3 libri (1), ubi loquens de verbo, quod dixit Petrus paralitico, dicit sic: *Elemosine,* inquid, *excusatione et paupertatis professione dixit paralitico: Surge et ambula* (2), *magistri preceptum servans* dicentis (3): *Nolite possidere aurum neque argentum* etc. Nota quod dixit paupertatis professione. Noverant (a) enim apostoli quod ea que fiunt ex voto, sunt maioris meriti quam ea (b) que fiunt ex simplici proposito seu propria voluntate. Et Augustinus 17 libro (c) *de civitate Dei,* c. X (4) dicit sic, loquens de apostolis: *Dixerunt,* inquid, *potentes illi: Ecce* (d) *dimisimus omnia et secuti sumus te* (5); *hoc votum potissime voverunt. Set unde* (e) *hoc votum illis, nisi ab illo de quo dictum est: dans votum voventi? Non enim posset quis* (f) *Domino vovere* (g), *nisi ab illo acciperet quod voveret* (h). Hec Augustinus. Item glossa super illud *vovete et reddite Domino Deo vestro* (i), dicit (6) quod vovere consulitur. Et extra, *de voto et* (k) *vo. re.,* c. (7) *Magne,* quod illud, quod dicitur *vovete et reddite, primum ad consilium, secundum ad imperium refertur.* Set sacra scriptura numquam dat consilium nisi de meliori bono (l). Ergo melius est bonum quod fit ex voto quam sine voto; quod confirmatur, quia bonum additum bono (m) est maius bonum quam alterum tantum. Set votum est bonum unde consulitur, ergo melius et magis (n) meritorium (o) est facere bonum ex voto quam sine voto. Unde Augustinus (8) super illud psalmi (p): *Votum vovit Deo Iacob, Nichil,* inquid, *Deo gratius* (q) *offerre possumus* quam iurare, quod est firmissime (r) promittere. Hec Augustinus. Et idem Augustinus in *Epistola ad Armentarium* (9) circa finem dicit Armentario, qui votum fecerat continentie: *Si fidem Deo fregeris, quod absit, tanto miserior* (s) *eris* [f. 110r] *quanto beatior si persolveris.* Ex quo sequitur quod (t) peior est operatio mali que fit contra votum, quam (u) illa que non fit contra votum. Sic et melior est operatio boni (v) cum voto, quam sine voto. Et hoc etiam pulcre probat Anselmus in *libro de similitudinibus* (10) proponens (x) exemplum de *duobus habentibus duas arbores* con-

---

3 libri, ubi loquens de verbo quod dixit Petrus paralitico: surge et ambula, nolite possidere aurum etc. (a) P voverant. (b) P illa. (c) O *om.* (d) P *add.* nos. (e) *Pro* unde - illis, P hoc unde. (f) P quisquam. (g) P vivere. (h) P voverat. (i) P iterum. (k) *Pro* et - primum, P et notetur prius. (l) P modo. (m) P *om.* bono - set bonum. (n) P maius. (o) P meritum. (p) P presens. (q) P gratiosius. (r) P firme. (s) P misericors (!). (t) P *add.* sicut. (u) P *om.* (v) P bona. (x) P ponens.

---

(1) Cap. 16; P. L. 35, 2200 (inter opera S. Augustini). Citatur etiam a S. Bonav. *Apol. paup.* VII, 11, ap. *Op. om.* VIII, 276.

(2) Act. 3, 6. (3) Matth. 10, 9.

(4) Cap. 4; P. L. 41, 530. (5) Matth. 19, 27.

(6) Cf. gloss. ord. ad Ps. 75, 12. (7) Cap. 7 (III, 34).

(8) Cf. *Enarrat. in Ps.* 131, 2, n. 3; ap. P. L. 37, 1717. Citatur etiam a S. Bonav. *Apol. paup.* III, 12, ap. *Op. om.* VIII, 247b.

(9) Epist. 127, n. 7; ap. P. L. 33, 487.

(10) Cap. 84; P. L. 159, 655s. Hic liber Adamaro S. Anselmi discipulo tribuitur. Locus citatur a S. Bonav. *Apol. paup.* III, 12, ap. *Op. om.* VIII, 247b.

similes, *quorum unus dat* alacriter ([a]) domino *arborem et* ([b]) *fructum* simul, *alter* ([c]) vero *dat domino* tantum *fructum,* set retinet sibi dominium et proprietatem arboris. Et dicit quod donum primi est plenius, gratius et ([d]) perfectius. Vera ergo est dicta conclusio, scilicet quod apostoli dictam expropriationem omnium rerum in speciali et in communi habuerunt sub voto et ex dicte decretalis diffinitione et ([e]) aliis ([f]) auctoritatibus hoc ([g]) probatur.

(Continuabitur). P. Livarius Oliger, O. F. M.

([a]) P alicui. ([b]) P cum fructu. ([c]) P alius. ([d]) P *om.* ([e]) P *add.* ex ([f]) P *add.* predictis. ([g]) *Pro* hoc - prob., P et iuribus conprobatur.



EXPLICATIO PRIMAE REGULAE S. CLARAE

AUCTORE

S. IOANNE CAPISTRANENSI (1445)

Quamquam sine ulla ratione quis diceret hanc Declarationem consulto fuisse suppressam, immo occultatam (1), mirari tamen debet hoc commentarium auctoris sancti et satis famosi tam diu fugisse ipsius biographos atque rerum franciscalium bibliographos. Tandem Lucius M. Nuñez, O. F. M., primus attentionem studiosorum vertit ad hanc opellam (2), cuius ulteriorem quamdam Zephyrinus Lazzeri, O. F. M., dedit notitiam (3). Ex horum elucubrationibus pauca recolere, nova addendo, necesse est, antequam Declarationis textus infra sequatur.

Revera Capistranensem esse huius Commentarii auctorem, propter validissima ac numerosissima argumenta dubitari non potest. Rari enim iique recentes haud sunt codices, qui hanc primae Regulae explicationem, sive originali lingua latina sive in aliquam vernaculam translatam, nobis conservarunt. Quae omnia MSS. expressis verbis s. Capistranensem auctorem laudant. Sigillando subscribendoque ipse Ioannes opus suum ex officio authenticavit. Paulo post Eugenius papa IV, qui amicus atque specialis erat fautor Observantium ducis, mentionem fecit de hac Declaratione a Capistranensi elaborata (4). Idem egit chronista ille bene meritus Marianus a Florentia in suo *Libro delle degnità et excellentie dell'Ordine della serafica madre ... sancta Chiara* (5). Parvi non est pendendum, quod Alexander de Ricciis, Aquilae versus finem saec. XV multa scribens, Declarationem utpote a s. Ioanne factam, exemplaverit (6).

---

(1) Gratis omnino supponitur ab auctore anonymo in *Histoire abrégée de l'Ordre de Ste Claire d'Assise*, Lyon etc. 1906, I, 394; de hoc operè cf. AFH II, 494-7.

(2) *Explicatio Regulae S. Clarae auctore Fr. Nicolao de Auximo, O. F. M. (1446), deque alia auctore S. Ioanne de Capistrano (1445)*, ap. AFH V, 299-314.

(3) *Novae animadversiones circa Declarationes regulae S. Clarae a S. Ioanne a Capistrano et a Fr. Nicolao ab Auximo conscriptas*, AFH IX, 445-7.

(4) In *Ordinis tui*, d. 5 feb. 1447, ap. Wadding, *Annales*, 1447, n. 4.

(5) Vide AFH V, 299s.

(6) Cf. Anic. Chiappini, O. F. M., *De vita et scriptis Fr. Alexandri de Riciis*, ap. AFH, speciatim XX, 314-6 et XXI, 575.

Sed ne extra Italiae quidem fines hoc commentarium ignotum remansit. Vix anno post vulgatam Declarationem elapso, rumor iam pervenerat ad s. Coletam, Clarissarum reformatricem agentem in Francia, acsi s. Capistranensis apud papam institisset, ut omnes transgressiones Regulae s. Clarae gravi peccato obnoxiae declararentur (1). Qui rumor, quamquam falsus, mire illustrat decretum Eugenii IV super Declarationem s. Ioannis d. 5 feb. 1447 datum (2). Eandem explicationem Fr. Theodoricus a Zutphania, filius Provinciae Coloniensis, anno 1507 latine sed satis imperfecte exemplavit; de quo sermo infra denuo recurret. In linguam neerlandicam translata conservatur s. Ioannis Declaratio Lugduni Batavorum, alias Leidae, apud *Maatschappij der Nederlandsche Letterkunde,* in cod. *608,* saec. XV, qui textus recenter fuit editus (3). Factum vero solum, quod definitorium Provinciae s. Iosephi Flandriae anno 1689 denuo et gravibus verbis decisiones Eugenii IV circa s. Ioannis Declarationem inculcat monialibus (4), per se non probat eandem explicationem apud illas adhuc honoratam atque observatam fuisse. Sed ex praedictis iam abunde constat hoc commentarium, in s. Clarae primam Regulam a Capistranensi compositum, non solum fuisse certo notum sed etiam satis vulgatum.

Declarationem elaboravit eique subscripsit Romae d. 27 ian. 1445, tempore primi vicariatus sui generalis (1443-46). Cuique legenti patet opellam hanc secundum Auctoris intentionem merum esse commentarium, nil novi praescribens statuensve. Vulgata non fuit instar explicationis authenticae, quae ab omnibus omnino Clarissis, in cismontanis partibus directionem Observantium sequentibus, tamquam norma admitteretur atque servaretur. Suam enim Declarationem s. Auctor composuit rogatu Elisabethae, quae, aliunde nos latens, abbatissae munere tunc fungebatur in Mantuano Clarissarum monasterio Corporis Christi necnon et s. Paulae dicto. Eidem abbatissae huiusque monialibus s. Capistranensis destinavit epistolam suam responsivam, ipsam explicationem variasque exhortationes; ex eodem Mantuano monasterio dubia solvenda circa commentarium quasi statim ad s. Auctorem pervenerunt. E quibus liquet quod ipse Vicarius generalis in vulgatione opellae usus non est tota sua iurisdictione, qua fruebatur in variis monasteriis, ubi Clarissae sub

(1) Cf. E. Sainte-Marie Perrin, *La belle vie de Ste Colette de Corbie (1381-1447),* Paris 1921, 253.

(2) Cf. *Ordinis tui,* l. c.

(3) De quo codice huiusque textum vide ap. David de Kok, *Bijdragen tot de geschiedenis der Nederlandsche Klarissen en Tertiarissen vóór de Hervorming,* Utrecht 1927, 14s. et 62-84; cf. de hoc opere, supra, 209-13.

(4) Cf. De Kok, l. c. 21.

Observantia Domino famulabantur. Inde vero non sequitur Declarationem, licet uni monasterio destinatam, alibi influxu suo omnino caruisse. E contra.

Coenobium Mantuanum Corporis Christi et s. Paulae dictum a. 1420 Clarissis fundaverat Paula Malatesta, quam marchio Mantuanorum Ioannes Franciscus Gonzaga uxorem piam generosamque habebat. Inde ab initio curae spirituali Observantium suberat (1). Primam s. Clarae Regulam ad amussim observando mox ita floruit atque nomen sanctum sibi acquisivit, ut varia in loca magistras eiusdem observantiae emittere meruerit. Ex hoc enim Mantuano monasterio evocatae fuerunt fundatrices vel reformatrices Veronam ad s. Claram circa a. 1425 (2), fortasse Ferrariam ad Corpus Christi c. a. 1431 (3), certo a. 1435 ad s. Guillelmum extra muros eiusdem civitatis (4), paulo post ad monasterium in civitate Paduana s. Bernardino dedicatum (5), ad s. Claram Tarvisii (6) et Venetias ad s. Claram de Muriano (7). Quin numerum stricte complere velimus, unum adhuc addere debemus monasterium Aquilanum, quod probabilius nullam recepit monialem ex Mantuano coenobio, sed, post quadragesimales conciones ab ipso s. Ioanne in civitate habitas, a. 1447 obtigit Clarissis « iuxta ritus, mores et instituta monasterii Corporis Christi Mantuani » viventibus (8). Ultima verba documenti pontificii iam pluries adhibita fuerant, et Mantuanum coenobium non solum seminarium sed etiam exemplar fuisse primae Regulae Clarissis clare demonstrant. Quibus Auctoris notissimi auctoritas addi liceret. Hinc huius Regulae Declaratio, licet a Capistranensi destinata uni soli Corporis Christi sive s. Paulae monasterio, etiam ab aliis huic plus minusve affinibus avide recepta et observata esse liquet. Copia apographorum adhuc exsistentium in eandem ducit conclusionem.

Fr. Gratianus de Civitate Austriae (Cividale), quo auscultato Capistranensis aggressus est opus rogatum, in fine ultimae exhortationis laudatur monasterii Mantuani confessor, Auctoris

(1) Videsis *Bull. Franc.* VII, n. 1462, 1578, 1603; Gonzaga, *De orig. seraph. Relig.*, Romae 1587, 317s.; Wadd. 1420, n. 26 et *Reg. Martini V*, 61-5.

(2) *Bull. Franc.* VII, 1669; Wadd. X, *Reg. Martini V*, 139; Gonzaga, 317 et 318.

(3) Gonzaga, 317; cf. vero ibid. 285; Wadd. 1431, n. 20 et *Reg. Eugenii IV*, 75; 1452, n. 63 et *Reg. Nicolai V*, 75.

(4) Cf. Wadd. 1439, n. 55; Gonzaga, 317 et 285.

(5) Cf. Wadd. 1439, n. 51 et *Reg. Eugenii IV*, 66; XII, *Reg. Nicolai V*, 44; Gonzaga, 321.

(6) Cf. Wadd. 1439, n. 53; Gonzaga, 317, 320.

(7) Cf. Wadd. l. c.; Gonzaga, 317, 318s.

(8) Cf. Wadd. 1447, n. 91 et *Reg. Nicolai V*, 9; Amandus Hermann, O. F. M., *Capistranus triumphans*, Coloniae 1700, 202s.; vide etiam AFH XXI, 296-8.

coadiutor laborisque particeps et amanuensis in ipsa Declaratione scribenda. Certo unus erat e melioribus Observantinae familiae patribus. In fine Dubiorum etiam confessorem monasterii Corporis Christi se prodit. Plura de ipso nos latent.

Methodus, quam Auctor in sua Declaratione observat, est litteralis, stricte reali ordini ipsius Regulae inhaerens. Quandoque tamen brevem tractatulum de iure canonico, spiritualem exhortationem vel consilium de prudenti modo agendi expositioni suae interserit. Canonista expertus, uti erat s. Ioannes, non solum Corpus Iuris sed etiam decreta pontificia, Constitutiones et praxim aliarum Regularium perite atque utiliter adhibuit. Inter ipsius fontes, ut aiunt, etiam Constitutiones s. Coletae fuisse, nemo mirabitur. Nam antea Capistranus pluries in Francia cum Sancta ista de Clarissarum reformatione egerat [1]. S. Ioannes, qua propugnator observantiae simul et unionis, indubie animum suum vertere semper solebat ad omne reformationis tentamen et separationis periculum.

Scriptum hoc, quod s. Auctor Clarissis Mantuani monasterii praestitit charitative, constat tribus: 1° Epistola responsiva simul ac introductoria, 2° primae Regulae Declaratione, 3° Exhortatione longiore finali cum authenticatione. Addenda est solutio quorumdam Dubiorum, quae insimul vel variis diebus ipsi proposita fuere. Quae Dubia, pauco interlapso tempore, vulgationem Declarationis esse secuta patent, quia moniales circa obligationis tenorem illorum 118 praeceptorum incertae adhuc haerebant. Nam 5 feb. 1447 Eugenius IV iam declaravit, omnia praecepta, in Declaratione recensita, sub gravi non obligare, exceptis tamen quatuor « quae concernunt principalia vota obedientiae, paupertatis, clausurae, castitatis, et insuper electionis abbatissae et depositionis » [2].

Quaestio, utrum Capistranensis vocabulo *praeceptum* plus quam centies repetito revera obligationem eamque in conscientia gravem denotare intenderit, neganda videtur. Nam in suis scriptis tum canonistam tum moralistam optime versatum se prodit, et in sua Declaratione etiam remittit ad bullam *Exiit* [3], quae contrarium de Minorum Regulae praescriptis sententiaverat. In hunc sensum idem ipse declaraverat de suis Constitutionibus, quas Fratribus de Observantia dederat [4]. Nostrum autem non est investigare, utrum hoc vocabulum *praeceptum* unica fuerit causa, ob quam haec Declaratio tam habiliter ac utiliter ad praxim descendens, invite recepta sit. Opella, ad cuius normam Clarissarum vita religiose ac rite institueretur, laudanda venit;

(1) Vide Perrin, l. c. 233ss., 241.
(2) *Ordinis tui*, ap. Wadd. 1447, n. 4.
(3) Infra, 344. (4) Cf. *Chronol. hist.-leg.* I, 111; *Orb. Seraph.* III, 106.

declaratio Eugenii IV vero probabilius plus minusve falso supposito laborare et hinc monitionem potius quam censuram continere videtur.

Ut textus mox edendus erueretur, quinque fuerunt adhibiti codices latini, qui varii varia, unicus vero omnia, continent. Horum sequitur descriptio brevis cum indicatione siglorum, quibus hic allegantur.

A = Aquilanus. Adservatur Aquilae in Biblioteca Provinciali, signatus *S 73*. Codex exemplatus fuit versus finem saec. XV a Fr. Alexandro de Ricciis, in eadem civitate pluries fungente guardiani munere. De amanuensi atque de codice plura dixit P. Anicetus Chiappini, O. F. M., apud AFH XX, 314-6, 320s. Exemplum fortasse praestitum scriba accepit a Clarissis Aquilanis ad s. Claram. Foliis 284-92 habentur: *Litterae responsivae ad abbatissam Mantuanam, Declaratio primae Regulae, Exhortatio cum authenticatione* (1). Desunt vero Dubia.

D = Dorstensis, bibliothecae O. F. M. in Dorsten Westphaliae. Iam minutim ac docte a Livario Oliger, O. F. M., descriptus apud hoc AFH IX, 384-94. Exaratus fuit anno 1507 a Theodorico a Zutphania, O. F. M., Provinciae Coloniensis, qui satis neglegenter scripsit vel exemplum mendosum adhibuit. Habentur foliis 159r-75r: *Litterae responsivae ad abbatissam Mantuanam, Declaratio primae Regulae* (2). Desunt vero Exhortatio cum authenticatione necnon et Dubia.

I = Collegii S. Isidori de Urbe cod. *1/65a*. E pluribus, partim membr. partim chartac., conflatus; mm. 157 et 140×109; varia manu saec. XV et XVI conscriptus. Constat 94 foliis numeratis et 2 post fol. 45 non numeratis. Superficies ligaturae membr. in scriptura recentiore annuntiat: *Defensorium | Religionis | Franciscanae de Observantia | per | Fratrem Lambertum Wanten de S. Trudone* (3) | *et alia opuscula*, quae omnia indolis franciscanae revera continentur. Primum folium interstitium typis mobilibus sigilli instar unitis et manu impressum habet: PERTINET AD LOCUM SANCTI MARTINI (4). Verisimilius paulo post a. 1500 exemplata habetur fol. 68v-79r: *Declaratio primae Regulae*. Desunt vero: Litterae responsivae, Exhortatio cum authenticatione, Dubia.

(1) Anicetus Chiappini, O. F. M., benigne nobis contulit codicem, hinc et publicas gratias optime meritus. Idem de hac Declaratione iam disseruerat in suo *La produzione letteraria di S. Giov. da Capistrano*, Gubbio 1927. p. 82s.

(2) Variantes lectiones charitative aeque ac modeste nobis collegit misitque R. P. Bibliothecarius conventus Dorstensis; gratias debitas accipere dignetur.

(3) Provinciae Germaniae Inferioris alumnus, qui per aliquot annos vixit in Italia apud Observantes Prov. Principatus; mortuus est circa a. 1600. Cf. Wadding, *Scriptores*, Romae 1650, 234; ed. 1806, 160; ed. 1906, 158; Sbaralea, *Suppl. ... ad Scriptores*, Romae 1806, 482; II², ib. 1921, 163; Serv. Dirks, *Hist. litt. et bibliogr. des Frères Mineurs de l'Observance .. en Belgique et dans les Pays-Bas*, Anvers (1885), 126.

(4) Num denotetur conventus S. Martini, quem Observantes Treviis vel Verulis incolebant, ignoramus. Neuter tamen erat Provinciae Principatus; cf. Gonzaga, 163, 182.

Is = Collegii S. Isidori de Urbe cod. *1,84*, mm. 140×103, constans foliis numeratis 427 et in fine 1 non numerato, quod partem indicis exhibet. Ex indice manco et ex praesentia reliquiarum patet amissio unius finalis folii. Ex toto fuit obductus corio albo, quod tamen in dorso nunc desideratur. Codicis contenta et fata videsis ap. Zephyrinum Lazzeri in AFH IX, 445-7, ubi etiam excerpta quaedam brevia dantur, quae rem nostram respiciunt. Variis manibus est scriptus, pars vero ad nos spectans una manu sat regulari sed mediocri saec. XVI probabilius iam inito. Parce valde initiales litterae et sententiarum divisiones rubro colore distinguuntur. Habentur fol. 198v-213v: *Litterae responsivae, Declaratio primae Regulae, Exhortatio cum authenticatione, Dubium unum* de intentione auctoris. Desunt Dubia caetera.

O = Oxoniensis cod. *Canon. Miscel. 65* in Bibliotheca Bodleiana; membr., saec. XV. Describitur breviter a H. O. Coxe, *Catalogus MSS. bibliothecae Bodleianae,* part. III, *Codices Canoniciani,* Oxonii 1854, 476, e quo ap. AFH V, 303. Addamus codicem magna cum diligentia esse exemplatum, una miniatura litteram initialem V(enerabili) repraesentante ornatum, interstitio folio manu saec. XVI (?) inscriptum: *de la M. S. Veronicha | Concesso aduso de la comunita.* Est unicus codex ubi habentur omnia, scil. *Litterae responsivae, Declaratio, Exhortatio, Authenticatio, Dubia.* Quibus immediate eademque manu additur decisio Eugenii IV *Ordinis tui,* d. 5 feb. 1447, apud Waddingum, *Ann.,* 1447, n. 4. Huius codicis amanuensis non solum, uti ex contentis patet, exemplo Mantuani monasterii usus fuisse videtur, sed etiam longe meliorem textum tradidit. Eiusdem inscriptiones Capitulorum textibus edendis praemittuntur.

In editione praeparanda sic processimus. Omnia MSS. latina exstantia et nunc nota fuerunt adhibita, ita ut *Litterae responsivae* dentur iuxta A, D, Is et O; ipsa *Declaratio* iuxta A, D, I, Is et O; *Exhortatio* et *Authenticatio* iuxta A, Is et O; *Dubia,* uno excepto etiam in Is occurrente, iuxta O solum. Quia adfuerunt solummodo apographa, eorum varia orthographia neglecta, introducta est quae nunc in usu.

Sectione *Dubiorum* excepta, textus S. Scripturae *cursivis litteris,* Regulae vero iisdem largius dispositis indicantur. Si vox quidem sed mutata e Regula desumitur, in vocabulo ipso cessat largius spatium. Lectorem, quotiescunque casus occurrit, remittere ad unum e Capitulis Regulae, plane erat supervacaneum; Auctor enim sequitur eumdem ordinem, qui in Regula obtinet. Ad calcem paginae vero referuntur loci, quos s. Capistranus sive prae manibus sive in mente habuisse videtur. In sectione *Dubiorum* indicatio capituli, quae e *Declaratione* desumta est tituli instar, spatiatur; textus ipse inde resumptus inter « » ponitur; Responsiones ab Auctore datae typis *cursivis* exprimuntur. Monere tandem nos oportet, levissimam quamque inadvertantiam amanuensium ADI inter variantes lectiones indicatas locum non obtinuisse. Quae recensentur, demonstrant horum MSS. textum esse satis imperfectum; indicata iam sufficient investigatoribus relationum has redactiones inter et versiones notas vel forte adhuc inveniendas.

A. — Litterae responsivae.

Incipit [a] *prooemium super declarationem primae regulae sanctae Clarae per R.um in Christo patrem fratrem Ioannem de Capistrano, Ordinis Minorum, R. P. Vicarium Generalem in cismontanis partibus quoad fratres de Observantia nuncupatos, compilatum.*

Venerabili in Christo matri et sorori atque filiae, dominae Helisabeth, sacris dedicatae obsequiis Iesu Domini, Salvatoris, Dei et immaculatae Virginis gloriosae Filii Unigeniti sponsae fidelissimae, Ordinis sanctae Clarae celeberrimi monasterii [b] Corporis Christi Mantuani dignissimae abbatissae frater Ioannes de Capistrano, Ordinis Minorum minimus et indignus, cum orationum patrocinio gratiam salutarem et *pacem* in Domino *sempiternam* [1].

Tuis perlectis litteris ac [c] meo venerabili fratre Gratiano de Civitate Austriae [d] attente auscultato [e], quamquam pluribus praepeditus prima facie desistendi potius quam aggrediendi opus insolitum mea pusillitas [f] suaderet [g], tuae filiarumque [h] tuarum, quas divino pabulo atque *lacte et melle* [2] nutris caelestibus imbuens disciplinis, importunae devotionis ardore flamigero excitatus negare non valui quod optabas quamvis, ut opinor, temporis angustia [i] victus et occupationibus non infimis implicatus satisfacere pleno iure tuae devotioni minime cogitarem. Sed potius de insufficientia quam de voluntatis resistentia eligens accusari, ad sanctissimi domini nostri [k] Eugenii papae IIII sacros [l] pedes devotione ac reverentia debita et humiliter osculandos [m] festinus accessi. Coram cuius angelico prostratus aspectu exposui quod petebas, et sua gratissima licentia caripendendissimaque [n] benedictione postulata [o] primitus et [p] obtenta, ecce quod imbecillitas ingenii ministravit rectitudine conscientiae transmittere ausus sum, vestras pias mentes exhortans ut a concepto [q] iam olim [r] Spiritus sancti fervore in amore dulcissimi vestri [s] sponsi Iesu Christi qui *se* [t] *in mortem* tradidit [3] *pro salute* nostra et *pretioso* suo *sanguine* [u] nos redemit [4], voluntas non tepescat,

---

[a] Loco huius rubricae ponit A: *Littera responsiva per fratrem Iohannem a Capistrano litterae abbatissae Mantuanae;* D: *Incipit declaratio fratris Iohannis de Capistrano super regulam virginum Clarissarum.* [b] *scilicet* add. D [c] om. D; *a* Is [d] *de Civ. Austr.* om. A D [e] *auscultatis* Is [f] *pusillaminitas* A; *pusillamitas* D [g] *persuaderet* O [h] *filiarum* A [i] *angustiis* D [k] om. Is [l] *sacris* D [m] *osculando* D: *deosculandos* Is [n] *caripendissimaque* A D; vacat Is; *caripenendissimaque* O [o] om. A D [p] om. D [q] *conceptu* D [r] *olim iam* Is [s] *dilectissimi nostri* D [t] om. Is [u] *pretiosissimo suo s.* A; *pretiosissimo s. suo* D; *suo* om. Is

---

(1) Cf. II Thes. 3, 16; fere eadem adprecatus est auctor Fratribus Minoribus in suis Constitutionibus anni 1443; v. *Chronol.* I, 102; *Orbis seraph.* III, 95.

(2) Exod. 3, 8, 17 etc.; cf. Cant. 5, 1.

(3) Cf. Matth. 10, 21; tunc Gen. 45, 5. (4) Cf. I Petr. 1, 18s.

quia facultas non deerit divino praesidio continuo suffragante. *Existimo enim, quod non sunt condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam quae revelabitur in nobis* (1). Et quamvis magna munera vix valeant sine magnis laboribus obtineri, maior est tamen incomparabiliter nostra peroptanda merces quam labor exsistat. Eya sponsae Christi (2) anulo fidei desponsatae (3), *ancillae Domini* (a) (4), domicellae gloriosae Virginis (b) benedictae, angelicis coetibus sociatae, pretiosis lapidibus scilicet politis et firmis (c) virtutibus (d) coornatae (e) (5), cycladibus auro textis amictae, scilicet (f) donis spiritualibus indutae (g), cigneis modulationibus allectae, ambroseis (h) refectionibus satiatae, prole immortali foecundatae, ad (i) beatorum consortium (6) exspectatae, agite *forti animo* (7) indefessae (k)! *Id enim quod momentaneum est et leve tribulationis nostrae* (l), *supra modum in sublimitatem aeternum* (m) *gloriae pondus operatur in nobis contemplantibus* (n), *non quae videntur sed quae non videntur. Quae enim videntur temporalia sunt, quae autem non videntur aeterna sunt* (o) (8). Prudentes virgines, aptate vestras lampades, *ecce sponsus venit, exite obviam ei* (9), ut *paratae* et promptae *ad* felices *nuptias* (10) secum mereamini proficisci et in (p) palatium caelestis convivii et aeternae beatitudinis introire ac secum, qui *vere filius Dei* est (q) (11), et cum Patre et Spiritu sancto et universa *caelesti* (r) *militia* (12) triumphare (s), *cui est honor* (t), *regnum et victoria, laus, imperium et* aeterna *gloria* per infinita *saeculorum saecula. Amen* (13).

— —— ——

Incipit declaratio primae regulae sanctae Clarae a R.mo in Christo patre fratre Ioanne de Capistrano, Ordinis Minorum, R.mi Patris (u) *Generalis quoad fratres de Observantia nuncupatos in cismontanis partibus Vicario Generali, compilata de licentia et commissione sanctissimi domini nostri Eugenii papae quarti* (v).

(a) *Dei* D (b) *dignis* A (c) *infimis* A (d) *scil. ... virtutibus* om. D (e) *coronatae et* A; *coronatae* D (f) om. D (g) *imbutae* O (h) *idest roseis* add. D (i) om. A (k) *indefense* A (l) *tribulationibus nostris* Is (m) *aeternam* A; *aeternae* Is (n) *contemplationibus* A O; vacat Is (o) om. D (p) om. Is (q) *verus Dei f. est* A; *verus e. D. f.* D; *verus f. D. e.* Is (r) *celestis* D (s) *triumphari* D (t) *et* add. A (u) *ministri* add. Is (v) *Incipit ... quarti*] *Incipit regula et forma vite sororum pauperum ordinis sancte Clare declarata cum benedictione papali per beatum patrem fratrem Iohannem de Capistrano tempore Eugenii pape 4i, prout in epistola precedenti ad petitionem sororum monasterii sancte Clare Mantuani feliciter et devote. Amen.* A; om. D

---

(1) Rom. 8, 18. (2) E s. liturgia, Commune Virg., antiph. ad *Magnif.*, etc.
(3) Cf. II Cor. 11, 2. (4) Luc. 1, 38. (5) Cf. Apoc. 21, 19.
(6) E s. liturgia; v. g. Missa pro defunctis, or. in die III, VII, etc.
(7) Tob. 5, 13.
(8) II Cor. 4, 17s., quos textus in suis Constitutionibus Fratrum Minorum auctor iam adhibuerat; *Chronol.* I, 110; *Orbis seraph.* III, 105.
(9) Totum lemma provenit e Communi Virginis, Resp. VIII.
(10) Cf. Matth. 25, 4ss. (11) Matth. 14, 33. (12) Luc. 2, 13.
(13) Cf. I Petr. 4, 11; Rom. 16, 27; Apoc. 5, 13; I Tim. 6, 16; I Par. 29, 11.

B. — Declaratio primae Regulae.

Incipit [a] **regula et forma vitae** [b] **sororum pauperum** [c] **sanctae** [d] **Clarae** [e]. **Capitulum primum** [f].

In primis ad omnem sororum ambiguitatem tollendam de mentibus et conscientiis earumdem noveritis non obligari sorores ad alia consilia evangelica quam ad ea quae in regula exprimuntur praeceptorie [g], inhibitorie vel aequipollenter [h]. Ad alia vero sancti Evangelii consilia non aliter et [i] magis quam ceteri christiani obligatae [k] intelliguntur nisi secundum exigentiam [l] professionis earum qua se obtulerunt Domino [m] per statum perfectionis *holocaustum et* [n] *sacrificium medullatum* [1]. Cetera autem quae in regula continentur ultra praecepta, prohibita vel aequipollentia, habere [o] debent pro admonitionibus, exhortationibus et informationibus sicut [p] de regula fratrum Minorum est declaratum [q] [2]. Noveritis etiam quod [r] in primo capitulo sunt 3 praecepta principalia, scilicet [s] obedientia, sine proprio et in [t] castitate [u]. Notandum etiam quod quantum [v] ad ea, quae pertinent ad officium visitatoris [x] circa correctionem excessuum, tenentur [y] sorores [z] potius obedire visitatori [a] quam abbatissae, cum visitator ex forma regulae auctoritatem habeat tam in capite quam in membris; tum etiam [b] quia in primo capitulo continetur quod sorores teneantur semper beati Francisci successoribus obedire, ubi successores beati Francisci praemittuntur [c] abbatissis succedentibus [d] sanctae Clarae.

De iis quae volunt vitam istam [e] **accipere, et qualiter recipi debeant. Capitulum secundum** [f].

Circa secundum capitulum sunt 18 [g] praecepta.

I praeceptum [h] est [i] quod abbatissa tenetur requirere consensum [k] omnium sororum quando aliqua est recipienda.

---

[a] Hic incipit I [b] om. Is [c] *ordinis* add. I [d] *sanctissimae virginis* D [e] *Incipit ... Clarae*] *Quod moniales non tenentur ad observantiam omnium consiliorum que sunt in evangelio* A [f] *Cap. primum* om. A D [g] *vel* add. D [h] *equipollencia* D O; *equipollenta* I [i] om. A D I O [k] *obligari* I [l] om. D [m] *obtulere Deo* D [n] *seu* Is [o] *haberi* corr. Is [p] *sic* Is [q] *Cetera ... declaratum* om. D [r] *scilicet* add. et postea om. A [s] *de* add. A I [t] om. A [u] *vivere etc.* add. D [v] om. D [x] *correctionis visitationis* D; *visitationis* Is [y] *teneantur* Is [z] *moniales* A D I [a] om. O [b] *et* Is [c] om. O [d] *abbatissas succedentes* D [e] om. O [f] *De ... secundum*] *In secundo capitulo sunt 18 praecepta quod capitulum dicit de hiis que ... debeant* A et postea om. *Circa ... praecepta*; *Circa cap. sec.* D; om. I [g] *VIII* Is [h] *huius secundi capituli* add. A; om. semper, nisi aliter notetur, post haec ordinalia D [i] *praec. est* om. I [k] *inquirere consilium* A D; *req. consilium* I

---

[1] Cf. Ps. 65, 15; Lev. 7, 37.

[2] Bulla Nicolai III *Exiit*, d. 15 aug. 1270; *Textus orig.* 186ss., e qua plurima verba sunt huc translata.

II praeceptum est [a] quod, habito consensu maioris partis sororum de receptione eiusdem [b], tenetur abbatissa illam examinare vel [c] examinari facere diligenter de fide catholica et de ecclesiasticis sacramentis, prout in regula continetur [d] usque ibi: non impediente. Et notandum quod si pari voto auctoritate dioecesani episcopi vir et uxor [e] promittunt servare perpetuam castitatem, super quo voto conficiatur publicum instrumentum, nedum possent ambo ad religionem transire nec est ius [f] quis prior vel posterior intret, sed etiam alterutro in saeculo remanente [g] cum voto praefato, potest alter religionem libere [h] profiteri; 27 q. 2 Agatosa et c. Si quis coniugatus [1], et [i] extra De conversione coniugatorum c. Coniugatus [k] [2]. Attendi tamen debet conditio et qualitas [l] personarum, ne suspicio de alterutriusque incontinentia [m] pullularet. Et [n] notandum [o] ubi dicit: aetate longaeva, quod secundum constitutiones Ordinis [3] prohibetur receptio excedentis in aetate quadraginta annos, nisi persona adeo notabilis [p] esset, quod de eius receptione clerus et populus rationabiliter aedificari valeret.

III praeceptum [q] est ut [r] tali recipiendae diligenter exponatur tenor regulae.

IV praeceptum est ut [s], si videatur idonea, dicatur ei verbum sancti Evangelii quod vadat cet. [t].

V praeceptum est [u] quod abbatissa et sorores caveant ne se intromittant de rebus [v] temporalibus sororis recipiendae. Si tamen ipsa recipienda libere et sponte velit per modum eleemosynae sicut aliis pauperibus monasterio [x] contribuere, tunc licet abbatissae et monialibus id recipere, consideratis necessitatibus et moderaminibus perfecti [y] status earumdem.

VI praeceptum est ut [z], si consilium requirat [a] intrans [b] ab eisdem monialibus de distributione suorum bonorum, ipsa abbatissa et [c] moniales [d] mittant eam ad aliquos discretos et [e] Deum timentes, quorum consilio bona sua pauperibus erogentur.

---

[a] om. I O [b] *sororis* A D [c] *aut* D [d] *sacramentis ... continetur*] *etc.* D. [e] *mulier* D [f] *vis* I [g] *rem. i. s.* O [h] om. Is [i] om. A I [k] *et ... coniugatus*] *et capitulo Sunt qui dicunt, extra, de conversione coniugibus, c. Coniugatis, si vir esset senex, posset tollerari, quod in saeculo remaneret voto continentiae iam emisso, extra, de conversione coniugatis c. Cum sis* D [l] *cond. et qual.*] *contradictio* D [m] *incontinentie* O [n] *Idem* A; *Iterum* D; *Item* I [o] *est* add. D [p] *nobilis* A D I [q] ita et D [r] *quod* D [s] *quod* D [t] *et vendat omnia etc.* A; *et vendat etc.* D I; *etc.* Is [u] om. D [v] *suis* add. D [x] *paup. m.*] *monasteriis* D [y] *prefati* A [z] *quod* D [a] *requiratur* D Is [b] om. D [c] om. D [d] *de ... moniales* om. A [e] om. A

---

(1) *Decret. Grat.* p. II, causa XXVII, qu. II, can. 21s.

(2) *Decretal. Greg. IX*, l. III, tit. XXXII, c. 5.

(3) Vide *Chronol.* I, 64; *Orb. Seraph.* III, 49; cf. *Constitutiones S. Coletae* ap. *Textus orig.* 112.

Ex quo expresse patet, quod ad personas alterius status talis intrare volens mittenda est pro consilio. Nam, sicut ex declaratione Clementis V [a] super hoc passum in regula Minorum [1] apparet, intentio beati Francisci fuit pure [b], sancte et perfecte ad divinum servitium intrantes mancipare sine inductione seu persuasione applicandarum rerum temporalium suo statui tam perfecto.

VII praeceptum est ut tondeatur [c] in rotundum. Et si [d] non haberet capillos, fiat signum pro forma.

VIII praeceptum [e] est ut intrans deponat habitum saecularem. Quo deposito et habitu religionis assumpto, licitum est sibi uti tribus tunicis vel paucioribus cum mantello.

IX praeceptum est [f] abbatissae, ut concedat intranti tres tunicas et mantellum.

X praeceptum est quod, postquam recepta est ad Ordinem, servet clausuram, et extra monasterium sine utili [g], rationabili, manifesta et probabili causa eidem exire non liceat [h]. Ubi instruitur etiam abbatissa, ne licentiam alicui [i] concedat extra monasterium exeundi nisi, servatis circumstantiis antedictis, de consilio et assensu [k] suarum discretarum vel maioris partis earumdem.

XI praeceptum est abbatissae [l], ut finito anno probationis recipiat illam [m] ad professionem: scilicet idoneam. Quae idoneitas rationabiliter iudicanda est de consilio et assensu [n] maioris partis omnium sororum professarum per abbatissam et discretas antedictas. Attendant autem diligenter tam abbatissa quam discretae et aliae moniales [o], ne aliquam [p] recipiant senectute, infirmitate sive [q] fatuitate gravatam [r], infamia seu sinistra vita notatam vel suspicione [s], haeresis, cuiuscumque conditionis servilis vel debitis [t] obligatam [u], excommunicationis vel interdicti sententia [v] irretitam [x], nisi prius fuerit absoluta [y] iuxta privilegia Ordini indulta [2]. Cui [z] in absolutione etiam declaretur [a], quod si ad saeculum revertatur [b], praedictis

---

[a] *sexti* Is [b] *et* add. A D Is [c] *tondeantur* D [d] om. I [e] om. A [f] *est praec.* A [g] *et* add. O [h] *licet* Is O [i] *al. lic.* A [k] *consensu* A D I [l] om. O [m] om. Is O [n] *et ass.*] *consensu et ass.* D; *et cons.* I Is [o] *sorores* D [p] *aliquas* D [q] *seu* D I [r] *gravatas* D [s] *notatas seu suspectione* D [t] *debito* A [u] *obligatas* D [v] *sententiis* Is [x] *irretitas* D [y] *fuerint absolute* D [z] *Quibus etiam* D et mox om. *etiam* [a] *declaratur* D [b] *revertantur* D

---

(1) Cf. Clementis V bullam *Exivi*, d. 6 maii 1312; *Textus orig.* 240, e qua variae voces sunt desumptae.

(2) Fratribus Minoribus concessa prius ab Alexandro IV, (v. BF II, 148s. et 299), postea a Bonifacio VIII, (*Chronol.* I, 65; *Orbis seraph.* III, 49s.). Cf. eiusdem *Mare magnum;* BF IV, 371; ib. II, 20-1, § 15. Hic Papa eadem privilegia Clarissis communicavit d. 5 aprilis 1298; BF IV, 469s. Ob identitatem quorumdam verborum auctor videtur respexisse potius ad *Constit. S. Coletae,* ap. *Textus orig.* 110s., quam ad suas pro Fratribus; ap. *Chronol.* I, 104; *Orbis seraph.* III, 97.

censuris ([a]) erit iterum vinculata ([b]). Minorem duodecim annorum ad habitum non recipiant. Et meo consilio minorem decem et septem annis ([c]) ad professionem non recipiant ([d]), cum religionis onera ante praedictum tempus vix decenter valeant tolerare nec molestias naturalis desiderii scil. filios generandi nisi post duodecimum annum verisimiliter sunt expertae ([e]). Et idcirco venerabilis mater soror Coleta ([f]) de Francia nullam ad professionem recipere solet, nisi decimum octavum suae aetatis attigerit annum ([1]). Consulo etiam, quod nulla recipiatur pro clerica post vigesimum quintum ([g]) annum, nisi ([h]) foret competenter litterata ([i]) quod divinum officium posset faciliter addiscere. Nec aliqua cuiuscumque aetatis ad professionem pro clerica recipiatur, nisi per seipsam ([k]) divinum officium dicere sciat vel saltem competenter cum aliis in communi. Sed vel recipiatur ad professionem pro laica ([l]), vel teneatur tamquam novitia donec sciat officium.

XII praeceptum ([m]) est ipsi volenti profiteri, ut promittat formam regulae in perpetuum observare. Talis autem promissio sive ([n]) professio sic fieri debet, videlicet quod ([o]), genibus flexis, manibusque iunctis et inclusis in manibus abbatissae, profitens clara voce dicat:

Modus professionis ([p]).

« Ego soror N. voveo et promitto omnipotenti Deo, beatae Mariae semper ([q]) virgini, beatis ([r]) apostolis Petro et Paulo, beato Francisco, beatae Clarae et omnibus sanctis et tibi, mater ([s]), toto tempore vitae meae servare formam vitae ([t]) sororum pauperum sanctae Clarae, per eumdem beatum ([u]) Franciscum eidem ([v]) sanctae Clarae traditam et per dominum Innocentium papam IV confirmatam, vivendo in obedientia, sine proprio et in castitate, servando clausuram » ([2]).

Et tunc abbatissa illam recipiens dicat: « Et ego ([x]), soror carissima, si haec servaveris, promitto tibi vitam aeternam ». Et recipiatur ad osculum ([y]) pacis et caritatis ([z]). Et ab inde in posterum, tonso capite, comam

([a]) *sententiis* I ([b]) *erunt it. irretite* D et add. *De aetate recipiendarum et profitendarum sororum* ([c]) om. D ([d]) *admittant* D ([e]) *s. exp.*] *sicut experta* D ([f]) *Collecta* D; *Colletta* Is ([g]) *quindecim vel quintodecimum* A: *decimum quintum* D ([h]) *prius* add. D ([i]) *sic* add. D ([k]) *semetipsam* Is ([l]) *clerica* Is ([m]) ita et D ([n]) *seu* A; *prom. s.* om. D ([o]) *ut* D ([p]) In margine Is O; om. A D I ([q]) om. D ([r]) om. D ([s]) *matri* Is O ([t]) *form. vit.*] *vitam* D ([u]) *sanctum* D ([v]) *ei* Is ([x]) om. D ([y]) *in osculo* D ([z]) *et car.* om. A D

([1]) Vide *Constit. S. Coletae,* ap. *Textus orig.* 111, e quibus multa immediate sequentia quasi verbatim proveniunt. Quoad professionem pro clerica cf. ea, quae Fr. Guillelmus Farinerius in suis Constitutionibus pro Fratribus Minoribus praescripserat; *Chronol.* I, 65; *Orbis seraph.* III, 50.

([2]) Professionis formulae e *Constit. S. Coletae,* l. c. 113, mutuatae Capistranus addidit: *omnipotenti, semper* ac *beatis apostolis Petro et Paulo;* cf. *Textus orig.* 308, nota 1, quae duabus variantibus lectionibus caret.

ulterius non nutriat [a] quoquo modo. Si [b] tamen aliquae forsan [c], licet paucae, sub servitialium [d] nomine vel sororum recipiantur ad professionem, suis temporibus de mandato vel licentia abbatissae extra monasterium exiturae ad negotia monasterii procuranda [1], iuxta ea quae dicta sunt supra [e] decimo praecepto [f], non sunt voti [g] obnoxiae de clausura iudicandae.

XIII praeceptum est quod nulla [h] infra tempus probationis veletur [i]. Quod est dicere secundum consuetudinem Ordinis [2]: ut novitiabus [k] velum nigrum minime [l] imponatur neque [m] per abbatissam neque [n] per aliam monialem, nec [o] ipsamet sibi [p] imponere praesumat, cum tale velum nigrum dumtaxat sororibus [q] professis concedatur [r]. Novitiae vero velum album deferre [s] debent per totum tempus novitiatus earumdem [t]. Mantellulas [u] etiam possint sorores [v] portare [x] etc. Mantellulae intelliguntur scapularia sine caputio.

XIV praeceptum est abbatissae, ut de vestimentis provideat sororibus sicut necessitati viderit expedire secundum qualitates personarum et loca et tempora et frigidas regiones. Quod sane intelligendum est: iuxta suam possibilitatem. Ad verba regulae dicentis: Iuvenculae in monasterio receptae etc., non aliter dico nisi quod supra dixi [3], idest quod non recipiatur [y] nisi supra duodecimum annum [z] ad Ordinem et supra decimum septimum [a] ad professionem, quamquam ex verbis regulae videatur [b] innui, quod [c] etiam minores possent recipi ad habitum, sed non ad professionem nisi cum ad [d] aetatem legitimam venerint [e]. Ego autem cautius iudico [f] quod supra dixi. Consulo et moneo quod circa vestimenta, vittas et vela servetur debita honestas et moderata paupertas tam in forma quam in pretio et colore [g], ut omnis curiositas, superfluitas et sumptuositas et nimia [h] subtilitas evitetur. Color autem vestimentorum saltem superiorum [i] non sit artificialis sed tantummodo naturalis [k]. Et pro cingulo chordam de cannabo deferant univer-

---

[a] *ult. ... nutr.*] *non n. ult.* A [b] *sed* D [c] *secundum formam* D [d] *servitiali* et postea *sororis* Is O [e] *in* add. Is [f] *ad neg. ... praec.* om. D [g] om. D [h] om. A D [i] *nulla v.* A; *non velentur* D [k] *novitiis* D [l] om. D [m] *nam* add. Is; *nec* A D [n] *nec* A D O [o] *neque* D O [p] om. A Is O [q] *solis* D; *prof. d. sor.* A [r] *Ratio huius quia habitus professarum debet esse distinctus; extra, Qui clerici vel vovendae regulae c. penultimo* add. D [s] *proferre* D [t] *earum* Is [u] *mantellas* D; item postea [v] om. A [x] *poss. s. p.* om. D; *sor. p.* om. I [y] *recipiantur* D [z] *12 annos* A [a] *annum* add. A D [b] *videtur* D [c] *ut* Is O [d] om. D [e] *venerit* Is [f] *dico* Is [g] *unde* add. D [h] *nostra* A [i] *superior* Is O [k] *nat. t.* A

---

[1] Tales recipiendi licentiam et huius textus exemplar videsis in bulla Urbani IV *Beata Clara virtute*, d. 18 oct. 1263; ap. BF II, 510.

[2] Vide eandem bullam Urbani IV; l. c. 511.

[3] In XI praecepto.

sae et uniformiter, non curiosam sed potius rudem in signum poenitentiae salutaris [1].

XV praeceptum est [a] abbatissae, quod sollicite provideat novitiabus magistram eis instituendo [b] de discretioribus [c] totius monasterii.

XVI praeceptum est ipsi magistrae institutae per abbatissam, ut diligenter informet ipsas novitias in sancta conversatione et [d] honestis moribus iuxta formam professionis et continentiam regulae [e] sanctae Clarae.

XVII praeceptum est quod [f] in examinatione et receptione sororum servientium extra monasterium servetur forma, quae servatur in aliis [g] recipiendis in monasterio. Illae autem sorores servientes extra monasterium deferre possunt licite [h] calceamenta.

XVIII praeceptum [i] est quod nulla mulier residentiam faciat in monasterio, nisi recepta fuerit secundum formam vestrae professionis.

Sequitur devota [k] exhortatio ipsius [l] patris beatissimi [m] Francisci: Quod sorores omnes vestimentis vilibus induantur amore sanctissimi et dilectissimi [n] Pueri pauperculi [o], panniculis involuti [p], in praesepio reclinati, et sanctissimae eius Matris.

De divino officio et ieiunio, et quoties confiteantur et communicentur in anno [q]. Tertium capitulum.

Circa tertium capitulum sunt 6 praecepta [r].

I praeceptum [s] est quod sorores litteratae faciant divinum officium secundum consuetudinem fratrum Minorum, sine cantu, ex quo habere poterunt breviaria. Et quae occasione rationabili etc. [t]. Occasio rationabilis [u] intelligitur: quando esset soror infirma vel caeca et [v] huiusmodi, ita quod non posset legere.

II praeceptum est de his quae litteras nesciunt, ut dicant viginti quatuor Pater noster etc. [x]. Pro defunctis autem non litteratae tenentur dicere [y] septem vicibus [z] Pater noster cum

---

[a] *quod etiam* D [b] *e. inst.* om. D; *e. i. mag.* Is [c] *doctioribus* D [d] om. A [e] *et c. reg.*] *continentem regulam* D [f] *ut* Is O [g] *vel* add. A D [h] *lic. poss.* Is [i] ita et D [k] *S. dev.*] *Sicut dev. canit* D [l] om. A D [m] *beati* A; *beati p. nostri* D [n] *et dil.* om. D [o] *pauperculis* D [p] *induti* Is [q] *in an.* om. O; *De ... an.* om. D et add. *Circa* [r] *De ... praec.*] *In 3° capitulo sunt 6 precepta, quod capitulum tractat de divino officio et ieiunio et quoties communicentur et confiteantur in anno* A [s] *huius tertii capituli* add. A [t] *occ. ... etc.* om. D [u] *est* add. D [v] *vel* D I [x] *et* D [y] *dic. ten.* A; *teneantur d.* Is; *autem ... dic.* om. D [z] om. D

---

[1] Ex paritate quorundam verborum elucet Capistranensem in describendis vestimentis adhibuisse *Constit. S. Coletae;* cf. *Text. orig.* 115.

Requiem aeternam pro vesperis[a] et duodecim pro matutino[b], illis temporibus tantum quibus litteratae tenentur[c] dicere officium mortuorum. Quando vero soror monasterii *transit ex hoc* saeculo[1], litteratae debent dicere totum officium mortuorum, quia tenentur facere officium[d] secundum consuetudinem[2] fratrum Minorum; non litteratae autem dicant[e] quinquaginta vicibus[f] Pater noster, sicut continetur in regula.

III praeceptum est de ieiunio, cum regula dicat: Omni tempore sorores ieiunent. Quod ex rigore regulae intelligitur: ut[g] sint continuata ieiunia de die in diem. Sane tamen intelligendum est: exceptis dominicis diebus, quibus non licet ieiunare. Regula tamen non declarat nisi de die nativitatis Domini. Et intelligendum est etiam, quod diebus quibus non ieiunatur, sorores vescantur cibis quadragesimalibus[3]. Cum adolescentulis[h], idest minoribus viginti[i] quatuor annis, debilibus, scil. infirmis vel[k] naturali conditione debilibus, et servientibus extra monasterium potest abbatissa dispensare; ubi advertendum est, quod semper dispensatio debet fieri pia[l], rationabili et iusta causa; alias potius dicitur crudelis dissipatio[m][4]. Oportet igitur dispensantem esse discretum et cautum[n], ut prudenter penset conditiones personarum et casus occurrentes, ita quod pro[o] minori bono non dispensetur ut postponatur maius. Ut sit *fidelis dispensator*[p] *et prudens*[5]; advertere igitur debet abbatissa cum consilio discretarum facultatem, complexionem et vigorositatem tam adolescentularum quam aliarum sororum cuiuscumque aetatis, ut quae bono modo possunt[q] continuare ieiunia continuent, quae autem non possunt[r] continuare[s] pia dispensatione bis in die refectionem sumant[t] de cibis quadragesimalibus vel, cum[u] abbatissae et discretis visum fuerit necessarium, concedantur ovicinia, lacticinia et etiam[v] carnicinia[x] infirmis. Unde regula subdit: Tempore vero manifestae necessi-

---

[a] *post vesperas* D et om. *et* [b] *et hoc* add. D [c] *debent* I: *teneantur* Is [d] *Quando ... off.* om. D [e] *aut. dic.*] *dicere* A; *dicere tenentur* D; *debent dicere* I [f] om. D [g] *quod* D I [h] *adolescentibus* D [i] vacat A [k] om. D [l] *et* add. A [m] *dispensatio* A [n] *discretam et cautam* D [o] om. I [p] *dispensatrix* D; *dispensatio* Is [q] *sciant* D; *possent* Is [r] *possent* Is [s] *ieiunia* add. D [t] *ref. su.*] *reficiantur* D [u] om. Is [v] om. D [x] *carnicia* D I

---

(1) Cf. Ioh. 13, 1.

(2) Iam mediante saec. XIII invaluit apud Minores usus, ceteroquin communis apud omnes clericos et monachos, in praesentia funeris cantandi vigiliam 9 lectionum; cf. AFH IV, 72; XVI, 78 et nota 7.

(3) Esum carnium iam Gregorius IX Clarissis interdixit; v. BF I, 209s.

(4) *Constit. S. Coletae*, ap. *Textus orig.* 121, habent: « ... magis iusta dispensatio quam crudelis dissipatio appareat »; cf. S. Bernardus, *De consideratione*, l. III. c. 4; ap. P. L. 182, 769. Sed probabilius fuit dictio inter canonistas vulgaris. (5) Luc. 12, 42.

tatis non teneantur sorores ieiunio corporali. Manifesta necessitas intelligitur: ratione aetatis, idest communiter supra sexaginta annos vel cum minoribus viginti annis ([a]), vel ratione infirmitatis, vel ratione incumbentis laboris inevitabilis qui perfici non posset ([b]) cum ieiunio, vel ratione defectus victualium ut ([c]) tempore caristiae. Rationabile etiam mihi videtur quod de ([d]) mensibus maii, iunii, iulii et ([e]) augusti concedatur sororibus, quod possint bis in die refici temperate, semper tamen ab esu carnium abstinendo praeterquam infirmitatis tempore.

IV praeceptum ([f]) est quod omnes moniales ad minus duodecim vicibus confiteantur in anno de abbatissae licentia.

V praeceptum est quod sorores confitentes ([g]) non inserant in confessione ([h]) alia verba, nisi quae ad confessionem et salutem pertinent ([i]) animarum. Ratio huius prohibitionis est: ne sacramenti puritas in spurcitiam ([k]) convertatur et, ubi salus animarum intenditur ([l]), ibi damnatio pullularet ([m]). Valde siquidem ([n]) periculosum est stupam ([o]) igni propinquare ([p]) et supra stupam dormire velle ([q]). *Numquid abscondere potest homo ignem in sinu suo, ut* ([r]) *vestimenta illius non ardeant? Aut ambulare super prunas, ut* ([s]) *non comburantur plantae illius?* ([1]). Multo ([t]) magis periculosum ([u]) cum mulieribus fabulari ([v]).

VI praeceptum est de communione ([x]): Septem vicibus in anno communicent ([y]) etc. Consulo tamen eis quod semel in mense communicent, si conscientia non repugnat.

De electione abbatissae et officio eius ([z]). Capitulum quartum.

Circa quartum capitulum sunt 20 praecepta ([a]).

I praeceptum ([b]) est quod in electione abbatissae sorores teneantur formam canonicam observare. Forma canonica debet in tribus considerari, videlicet ([c])

quod sit libera: ut ([d]) ex libera voluntate sua ([e]) secundum inspirationem ([f]) Spiritus sancti, amotis ([g]) timore, prece ([h]), odio et amore ([i]) privato ([k]), libere ([l]), pure et simpliciter quaelibet illam eligat, quam recta

([a]) om. D ([b]) *possit* D ([c]) *vel* A D ([d]) *in* D ([e]) om. A ([f]) ita et D ([g]) *sor. c.* om. D ([h]) *sua* add. D ([i]) *pertineant* I O ([k]) *puritatis i. sp.* A; *sacramentum puritatis in impuritatem* D ([l]) *impenditur* D ([m]) *pullularetur* Is ([n]) *etiam* D ([o]) *stupa* D ([p]) *appropinquare* D Is ([q]) *vellet* D ([r]) *et* D ([s]) *et* D Is O ([t]) *Multum* Is ([u]) om. D ([v]) *conversari* I ([x]) *scilicet* add. D ([y]) om. D ([z]) *De ... eius* om. I; *Circa* D ([a]) *De ... praec.*] *In 4° capitulo sunt 20 precepta quod intitulatur de electione abbatisse et ceteris aliis occurrentibus* A ([b]) *4i capituli* add. A ([c]) *primo* add. D ([d]) *et* A D I ([e]) *sua vol.* A ([f]) *ex inspiratione* D ([g]) *amoto* A D ([h]) *precio* D ([i]) *scilicet* add. A D I ([k]) *ut* add. A D I O ([l]) *et* add. D

([1]) Prov. 6, 27 s.

et sana conscientia reputat digniorem et utiliorem tam circa spiritualia ([a]) quam circa temporalia ([b]) in regimine et cura monasterii exequenda.

Secundo quod sit iuridica quantum ([c]) ad personas eligentes: ut quae habent vocem ([d]) in electione, scilicet professae ([e]) tacite vel expresse et supra aetatem duodecim annorum, non excommunicatae, suspensae vel interdictae aut aliter impeditae iuridice, secundum ([f]) alteram de tribus formis ad electionem procedant ([g]), videlicet aut per communem inspirationem Spiritus sancti aut per scrutinium aut per compromissionem. Per communem inspirationem ([h]) intelligitur ([i]): quando omnes in unam ([k]) aequanimiter concordarent ([l]). Per scrutinium intelligitur ([m]): quando a ([n]) duabus partibus omnium sororum professarum, tacite vel expresse ut supra, concurritur in unam scrutatis votis ([o]) singularum per tres earumdem, quarum una sciat scribere et scribat voces singularum in secreto examinatarum, ita tamen quod quaelibet ab omnibus valeat intueri, sed ([p]) non audiri nisi ([q]) ab illis tribus ([r]) scrutatricibus. Et recollectis ([s]) vocibus, publice recitentur. Per ([t]) compromissum ([u]) intelligitur: quando non valentes concordare ([v]) uno de praedictis duobus modis electores conveniunt, ut ([x]) compromittant in unam vel in pluribus et competentius in ([y]) numero dispari ([z]), et omnes acceptent personam ([a]) electam per illas in quibus factum est ([b]) compromissum. Et possent ([c]) compromissariae, si expressum fuerit in compromisso, unam de seipsis ([d]) eligere; si vero non fuisset expressum in compromisso, de seipsis electio nulla foret. Et potest fieri compromissum in persona quae etiam non sit ([e]) de collegio, et ([f]) posset eligi etiam extra collegium. Tutius tamen et decentius est, ut de collegio sint tam compromissariae ([g]) quam electa.

Tertio quod sit legitima, idest quod persona electa sit digna, sufficiens et idonea, quae non valeat aliqua exceptione repelli, quae *zelum Dei* habeat et salutis ([h]) *animarum* ([1]) sibi commissarum.

II praeceptum ([i]) est quod moniales p r o c u r e n t f e s t i n a n t e r h a b e r e ([k]) g e n e r a l e m v e l p r o v i n c i a l e m m i n i s t r u m p r o i n f o r m a t i o n e a d o m n i m o d a m c o n c o r d i a m e t . c o m m u n e m u t i l i t a t e m i n e l e c t i o n e f i e n d a. Quod sane ([l]) intelligendum est hodie ([2]): ut

([a]) *spiritum* A ([b]) *qu. c. temp.* om. A I ([c]) *veridica quam* D ([d]) om. Is O ([e]) *in el. scil. pro.*] *eligere sint professe scil.* Is ([f]) *aetatem* add. D ([g]) *procedatur* D; *procedat* I ([h]) *Spir. s. ... inspirationem* om. A D I ([i]) *intellige* A D I ([k]) *una voce* A D ([l]) *concordant* Is; *aut* add. A D ([m]) *intelligatur* A ([n]) *in* Is ([o]) *un. scru. vo.*] *un. scrutationem voces* A; *una scrutatione voce* D ([p]) *tamen* D ([q]) *tantum* add. D ([r]) om. D ([s]) *collectis* D ([t]) *Aut per* A D ([u]) *quod* add. A ([v]) *scilicet* add. D ([x]) *electrices conveniant et* D ([y]) *ne* D ([z]) *dispensari* D ([a]) *primam* D ([b]) *extitit* A D I ([c]) *possunt* D I, quod corr. O ([d]) *ipsis* D ([e]) *n. s.*] *non* A; *n. esset* D; *sit* Is ([f]) *quia* D ([g]) *sit t. compromissaria* A D ([h]) *habet ad salutem* D ([i]) ita D ([k]) om. D I ([l]) om. D

([1]) I Mach. 2, 54; I Petr. 1, 9.

([2]) Iurisdictionem deputatam in Clarissas observantiae regulari adhaerentibus Capistranensis ut Vicarius Glis acceperat d. 8 aug. 1443; Wadding,

vicem [a] generalis vel provincialis ministri Ordinis Minorum suppleat [b] visitator vel vicarius provinciae, si [c] sit praesens, vel alius a vicario deputatus.

III praeceptum est [d] quod nulla eligatur nisi professa scilicet [e] expresse, ut ex verbis regulae patet dicentis [f]: quod non ei obediatur [g] nisi profiteatur.

IV praeceptum est quod post decessum [h] abbatissae electio alterius fiat, sane intelligendo: quam citius fieri potest, ne grex sine pastore maneat derelictus [1].

V praeceptum est quod, si abbatissa esset inutilis et insufficiens, praedictae sorores iuxta formam praedictam teneantur quam citius possunt aliam sibi eligere abbatissam.

VI praeceptum est quod electa diligenter suum officium exsequatur cum [i] *sanctitate et iustitia* [k] *coram* Deo [2], ut [l] de grege sibi commisso reddere valeat *cum gaudio rationem* [3].

VII praeceptum est quod abbatissa [m] studeat etiam magis aliis [n] praeesse virtutibus et sanctis moribus quam officio, ut eius exemplo provocatae sorores potius ex [o] Dei amore obediant quam timore.

VIII praeceptum est [p] abbatissae, quod [q] careat [r] privatis amoribus [s] ne, dum plus in parte [t] diligit scilicet unam [u] quam aliam, scandalum generet [v] inter alias.

IX praeceptum est quod abbatissa [x] consoletur [y] afflictas, tribulatas [z] et temptatas.

X praeceptum est quod abbatissa [a] sit [b] ultimum refugium [c], scilicet recursus confortationis et recreationis tribulatis [d], ne si apud eam remedia defuerint sanitatum, scilicet [e] bonarum exhortationum circa impatientes et temptatas, desperationis morbus praevaleat contra infirmas scilicet [f] fragiles.

XI praeceptum est quod abbatissa [g] in omnibus servet communitatem [h].

(a) *vice* D (b) om. D (c) om. D (d) om. I (e) *ut* add. D (f) *dicente* D (g) *nulla ei obediat* Is O (h) *decessam* A (i) *ut cum* A Is O; *ut* I (k) *ut* add. D (l) *et* A; om. D I Is O (m) *q. abb.* om. A I (n) *m. al.*] *magis* D; *aliis* Is (o) *in* A D (p) *est* om. I (q) *abb. q.*] *abbatissa* D; om. A I (r) om. A; *caveat* I Is (s) *careat* add. A (t) *partem* A D (u) *dil. sc. un.*] *sc. un. declinat* D (v) *generetur* I (x) *est q. abb.*] *est* A; om. I (y) om. Is (z) *et trib.* A I; om. D (a) *e. q. abb.*] *est* A; om. I (b) *etiam* add. A D I (c) *refrigerium* D (d) *tribulatae* D (e) *aut* D (f) *et* D (g) *e. q. abb.*] *est* A; om. I (h) *comm. s. i. omn.* A; *scilicet tempore sanitatis* add. A I; insuper *suae* add. D

1443, n. 6. Monasterium Mantuanum Clarissarum S. Paulae Eugenius IV exemerat a. 1444 ab omni regimine Ministri Glis subieceratque speciatim Vicario Gli Observantum; v. Wadding, 1444, n. 72.

(1) Cf. Zach. 11, 17; Ioh. 10, 2ss. (2) Luc. 1, 75. (3) Cf. Hebr. 13, 17.

XII praeceptum est [a] quod vicaria abbatissae simili modo communitatem servare teneatur.

XIII praeceptum est quod abbatissa [b] ad minus semel in hebdomada capitulum celebret, ubi [c] tam ipsa quam sorores de communibus et [d] publicis offensis et negligentiis humiliter se accusent.

XIV praeceptum est quod abbatissa [e] conferat cum omnibus sororibus in capitulo quae tractanda sunt pro utilitate et honestate monasterii.

XV praeceptum est quod nullum debitum grave fiat nisi de communi consensu sororum et pro manifesta necessitate. Quae intelligenda est sive pro infirmis sustentandis sive pro sororibus induendis sive forte tempore caristiae [f] pro cibariis necessariis. Et tunc, necessitate urgente [g], per procuratorem monasterii debitum contrahatur.

XVI praeceptum est quod abbatissa et sorores [h] non recipiant aliquod [i] depositum in monasterio, hoc [k] est ne recipiant bona cuiuscumque in monasterio conservanda, ne casibus occurrentibus sorores in scandalis sinistrisque [l] opinionibus et litigiis ponerentur [m] aut periculum alicuius [n] infamiae patiantur [o].

XVII praeceptum est quod omnes officiales monasterii eligantur per omnes sorores monasterii.

XVIII praeceptum est quod eligantur ad minus octo de discretioribus totius monasterii pro consiliis exhibendis [p].

XIX praeceptum est abbatissae, quod [q] semper [r] teneatur uti consilio praedictarum discretarum in his quae forma vitae requirit [s].

XX praeceptum [t] est quod, cum sororibus utile et expediens videbitur [u] officiales et discretas removere [v], alias ipsarum loco eligere teneantur. Meo autem consilio et iudicio bonum esset, quod tam abbatissa quam officiales et discretae per intervallum congrui temporis mutarentur [x] de triennio in triennium vel ad alium terminum maiorem vel minorem [1], sicut pro communi bono totius monasterii utilius videretur et salubrius animabus [y]. Possunt tamen esse plures discretae, cum visum fuerit abbatissae et sororibus.

---

[a] om. I [b] *e. q. abb.* om. I [c] *ibi* Is [d] *co. et*] *co.* A; *casibus* D [e] *e. q. abb.* om. I [f] *tempus car. fuerit* D [g] *cogente* D; *vigente* Is [h] *abb. et sor.* om. D [i] om. Is [k] *id* D [l] *et sinistris* A; *scandalum ex sinistris* D; *sinistris* I [m] *ponantur* Is [n] om. A [o] om. D [p] *tribuendis* D [q] *qu. abbatissa* A D [r] om. D Is O [s] *f. vi. re.*] *f. vi. requiruntur* A; *ad communem utilitatem et profectum spectant* D [t] ita D [u] *visum fuerit videl.* Is [v] *et* add. A D [x] *commutarentur* D [y] *animarum* O

---

[1] Eugenius IV, *Dispositione divina*, d. 12 maii 1443, denuo inculcarat officium abbatissae 10 annos durare debere; cf. Wadding, *Reg. Pontif.* 1443, n. 129. Nicolaus V postea abbatissae officium ad annum reduxit, *Digna reddimur*, d. 2 martii 1447; Wadding, l. c. 1447, n. 1.

De silentio. Capitulum quintum.

Circa quintum capitulum sunt [a] 16 praecepta [b].

I praeceptum [c] est quod ab hora completorii usque ad tertiam [d] sorores silentium teneant [e], exceptis servientibus extra monasterium. Hora autem completorii communiter intelligitur circa vigesimam quartam horam diei [f] (1).

II praeceptum est quod in ecclesia et dormitorio continue silentium observetur [g].

III praeceptum est de silentio quod [h] in refectorio, quando [i] sorores [k] comedunt, sileatur. Quod et [l] intelligendum est [m] de [n] secunda mensa. Possunt [o] tamen semper et ubique submissa voce quod necesse [p] fuerit breviter intimare.

IV praeceptum est quod sorores sine licentia abbatissae vel eius vicariae ad locutorium vel ad cratem nemini colloquantur [q].

V praeceptum est quod [r] cum licentia abbatissae ad locutorium loqui non [s] audeant nisi praesentibus et audientibus duabus sororibus.

VI praeceptum est quod ad cratem accedere [t] non praesumant nisi praesentibus tribus ad minus per abbatissam vel eius vicariam assignatis de illis octo [u] discretis electis [v] pro consilio abbatissae.

VII praeceptum est abbatissae et vicariae, quod [x] etiam praedictam formam servent in loquendo.

VIII praeceptum est quod locutio ad cratem rarissime concedatur. Et quamvis regula [y] de rota nullam mentionem faciat [z], declarandum est quod semper duo sorores ponantur ad custodiam rotae, quae respondere valeant occurrentibus [a] simul et singillatim prout [b] expedit. Sit autem rota taliter disposita, quod neque a parte interiori quicquam videri possit extra, neque [c] intus a parte exteriori, et quod per eam nemo ingredi valeat vel exire.

---

[a] *de silentio et habet* I [b] *De ... praec.*] *In quinto capitulo sunt sexdecim precepta, quod intitolatur De silentio* A; *Circa capitulum quintum. Quintum capitulum est de silentio et habet 16 precepta* D [c] *huius quinti capituli* add. A [d] *alterius diei* add. D [e] *si. te.*] *sileant* D [f] *comm. ... diei* om. D [g] *con. si. obs.*] *sileant* D [h] *de si. qu.*] *qu. sileant etiam* D [i] *dum* A I [k] om. D [l] *si. Qu. et*] *si. Qu.* A I Is; *Qu.* D [m] *etiam* add. D I; *et* add. Is [n] *in* A I [o] *Possint* A [p] *necessarium* D Is [q] *loquantur* D; totum IV praec. om. I [r] *etiam* add. A D I [s] *lo. non*] *nemini lo.* Is [t] *procedere* D [u] *vero* I [v] om. D Is [x] *abb. ... qu.*] *qu. abbatissa et eius vicaria* D [y] *hec* add. A; *hic* add. D I [z] *facit* Is; *null. m. d. r. f.* A [a] *ad occurrentia* D [b] *ut* D [c] om. A; *nec* D

---

(1) Solis occasus separationem dierum denotabat secundum morem sat generalem apud Italos medii ac posterioris aevi et adhuc in vulgo perdurantem.

IX praeceptum est quod ad portam nulli loquendi licentia concedatur.

X praeceptum est quod ad cratem pannus interius apponatur qui non amoveatur [a].

XI praeceptum est quod fenestra cum crate sit bene munita et clausa [b] ostio ligneo et seris ferreis [c], valvis et vectibus et duabus clavibus in nocte maxime [d] obserata.

XII praeceptum est quod praedictarum clavium unam teneat abbatissa aliam [e] sacrista.

XIII praeceptum est quod [f] maneat semper obseratum [g] (1) nisi cum auditur divinum officium et [h] pro causis superius [i] memoratis.

XIV praeceptum est quod nulla sororum ante solis ortum vel post solis occasum ad cratem alicui loqui [k] praesumat.

XV praeceptum est quod ad locutorium pannus interior numquam moveatur [l].

XVI praeceptum est quod in quadragesima [m] sancti Martini et in quadragesima maiori nulla loquatur ad locutorium nisi sacerdoti causa confessionis vel causa alterius manifestae necessitatis. Quod tunc [n] remittitur in providentia abbatissae vel eius vicariae, si necessitas occurrat, quod aliqua ex sororibus loqui habeat etiam cum [o] alio quam cum [p] sacerdote, servata semper in loquendo forma superius declarata. Silentium igitur [q], Christi sponsae [r], noveritis cum vera patientia armaturam esse perfectissimam ad victoriam contra daemones (2), cameram seratissimam ad custodiam omnium virtutum, navem complectissimam ad delationem bonarum mercium [s] (3), murum solidissimum [t] (4) ad munitionem pacificae civitatis scilicet [u] aedificii spiritualis et [v] omnium bonorum operum tuta indefensionem. Silete igitur [x] et gaudete (5), quia ut ait Isaias (6): *Erit* [y] *opus iustitiae pax et cultus* [z] *iustitiae silentium et securitas usque in sempiternum* [a].

([a]) *etc.* add. D I ([b]) *et cl.*] *cum clauso* D ([c]) *in* add. Is ([d]) *sit* add. A D ([e]) *vero* add. A ([f]) *ostium* add. D ([g]) *obseratam* Is ([h]) om. A ([i]) *annotatis vel* add. A ([k]) *lo. alicui* A ([l]) *amoveatur* D ([m]) *maiori et* add. A, postea om. *et ... maiori.* ([n]) *tamen* D ([o]) om. D ([p]) *non* A ([q]) om A I ([r]) *Chr. sp.* om. D ([s]) *navem ... mercium* om. D ([t]) *murus solidissimus* et postea *tuta defensio* A I Is O ([u]) *et* D ([v]) *ac* D ([x]) *ergo* D ([y]) *Et erit* D; *Sit* Is ([z]) *custos* A D ([a]) *eternum* D

---

(1) Intellige: *ostium,* quod praecedit in Regulae textu.

(2) Cf. Ephes. 6, 11.

(3) Cf. Prov. 31, 14.

(4) Cf. Prov. 18, 11; S. Gregor. M., *Moral.* VII, c. 37, n. 58s., ap. P. L. 75, 800s. (5) Cf. Is. 14, 7. (6) Is. 32, 17.

Quod sorores non recipiant possessionem aliquam vel proprietatem per se vel per interpositam personam ([a]). Capitulum sextum.

Circa capitulum sextum sunt 2 praecepta ([b]).

I praeceptum ([c]) est quod abbatissa et ([d]) sorores non recipiant possessionem vel proprietatem aliquam ([e]) per se vel per interpositam ([f]) personam seu etiam ([g]) aliquid, quod proprietas rationabiliter ([h]) dici possit ([i]), nisi quantum terrae ([k]) pro honestate et remotione monasterii necessitas requirit ([l]).

II praeceptum est quod terra illa prope monasterium ([m]) non laboretur nisi pro horto ad necessitatem sororum ([n]) in monasterio residentium.

(Continuabitur).

P. Donatus van Adrichem, O. F. M.

([a]) *Quod ... pers.*] *De proprietate non habenda* I ([b]) *Quod ... praecepta*] *In 6 capitulo sunt duo precepta, quod capitulum intitulatur De proprietate non habenda* A; *Circa capitulum sextum. Sextum capitulum habet duo praecepta* D ([c]) *huius sexti capituli* add. A ([d]) *abb. et* om. A ([e]) *vel aliquam rem scilicet abbatissa et sorores* add. A ([f]) *aliam* A ([g]) *esset* A ([h]) *notabiliter* I ([i]) *posset* Is ([k]) *etc.* add. D et om. *pro ... requirit* ([l]) *requiritur* A ([m]) *pr. mon.* om. D ([n]) *etc.* add. D et om. sequentia.



STATUTA PROVINCIALIA

FR. MINORUM OBSERVANTIUM IANUAE AN. 1487-1521

(Continuatio) (1).

Diversorum Capitulorum Provincialium Ordinationes, an. 1487-1521 (2).

1. — In Capitulo Vicherie 1487 (3).

1. Item terre Sobium, Carpenetum et terra Montis Alti pertineant in questis ad locum Vulturi (4).

2. Item quod Guardianus Albigane (5) possit mittere ad locum Arassii (6) fratres suos a festo sancte Magdalene usque ad festum sancti Luce; qui nihilominus erunt sub obedientia illius Guardiani vel eius Vicarii si abest, ibique morabuntur sicut in loco fieri convenit religiose conversando. U[l]tra vero predictum tempus nullus (7) fratrum ibi moretur, sed omnes revertantur ad locum (8).

3. Item quod confessores non audiant confessiones mulierum, nisi atigerint annum trigesimum (9).

4. Item quod nullus frater vel confessor possit absolvere fratres furantes rem aliquam alicui fratri, etiam si non sit furtum rei notabilis, nisi restituatur primo vel reveletur Guardiano per aliam viam quam per viam confessionis vel sub sigillo secreti. Si quis autem fuerit deprehensus (10), teneatur facere disciplinam irremisibiliter in refectorio (11).

5. Item nullus habeat nomen predicatoris nisi predicet, excepta causa infirmitatis.

6. Item quod Minister provincie faciat diligenter inquisitionem de omnibus libris fratrum particularium et portet summam ad Capitulum,

(1) Supra, 114-138.

(2) Siglis supra, 117-8, collectis, adde: *Stat.* = *Statuta Prov. Ianuensis* edita supra, 123-38; *Ord.* = *Ordinationes variorum Capitulorum hic* (358-378) editas; v. gr. 2, n. 8, i. e. in Capitulo II huius seriei, num. 8.

(3) De huius conventus (Vigueria) initiis nichil scivit Gonzaga, 337.

(4) Constructus an. 1470; Gonzaga, 328.

(5) Exstructus fuit conventus an. 1466; Wadding, XIII, 388-9, n. 10; Gonzaga, 328 (Albingia).

(6) De huius conventus (Alasii) origine se nihil scire fatetur Gonzaga, l. c.

(7) Cod. *nullum*. (8) Cf. *Tusc.*[2] (1482), 19. (9) Cf. *Stat.* V, 12.

(10) Cod. *depensus*. (11) Cf. *Tusc.* (1523), 212, 15.

et per patres Capituli fiat distributio per loca provincie secundum exigentiam (1).

7. Item ex impositione R. P. Ministri generalis et totius Capituli nullus frater possit retinere facere eleemosynas apud seculares nisi in manibus procuratorum; aliter puniantur tamquam proprietarii (2).

8. [173v]. Item recordetur per omnia loca provincie Guardianis in visitatione, quod a fratribus forensibus petant obedientiam vel licentiam (3).

9. Item infirmi loci Charii (4) mitantur Aquis (5) et solvantur medicine

2. — [In Capitulo Papie 1489].

1. Item in Capitulo Papie (6) celebrato 1489 ordinatum est quod singulis annis in provinciali Capitulo eligatur unus diffinitor novus, ita tamen quod illi qui fuerunt alias diffinitores et quadriennio steterunt quod non fuerunt electi ad illud officium, inter novos censeant[ur] et pro novis eligi possint; et hec constitutio de mandato R. P. Ministri generalis per quadriennium revocari non possit sine licentia Capituli generalis vel Ministri generalis pro tempore futuri. Post autem quadriennium sit in potestate Capituli provincialis illam observandi vel rev[oc]andi ut melius videbitur expedire.

2. Item quod mittentes fratres ad locum Ast pro cura fracture solvant impensas tam magistri quam medicinarum et rerum aliarum sicut faciunt mittentes fratres suorum locorum ad balnea Aquis (7).

3. Item quod nullus frater teneat claves porte principalis excepto portinario.

3. — [Constitutiones in Capitulo Cherii celebrato 1491] (8).

1. Item quod confessores qui nolunt vel non possunt offitium confessionis exercere priventur per P. Ministrum provincialem (9).

2. Item quod nullus frater accipiat habitum antiquum vel tunicam pro estate sed omnes exspectent adventum Guardiani qui singulis distribuet habitum et tunicas pro estate iuxta discretionem suam. Sit

(1) Cf. *Stat.* IV, 5-6; VIII, 25-6. (2) Cf. *Stat.* VIII, 14.

(3) *Assis.* 286, 8. *Farin.* Chrl. 70b; Gub. 56a. *Cap. Neapoli 1475*, Chrl. 139a; Gub. 123b. *Tusc.*² (1499), 13.

(4) Conventus Charii (vulgo: *Cairo*) a primordiis Ordinis erectus est; Gonzaga, 335.

(5) Conventus ab an. 1244 exstitit, dicit Gonzaga, 334-5. Cf. *Ord.* 2, n. 2; 5, n. 6. Supra, p. 358 nota 8.

(6) Conventus S. Iacobi, in quo B. Bernardinus Tomitanus de Foro Oppido (vulgo Feltre) an. 1494 obiit atque colitur; Gonzaga, 383s. Cf. *Ord.* 6, n. 16.

(7) Cf. *Ord.* 1, n. 9.

(8) Absque ulla indicatione incipiunt Statuta Capituli provincialis Cherii celebrati. Res tamen eruitur ex eo quod post Capit. 1496 eaedem ordinationes repetuntur, excepta octava quae hic post secundam reperitur.

(9) *Stat.* V, 4.

tamen in Guardianorum discretione sive ante sive post Capitulum concedere capas fratribus suis vel tunicas prout eis videbitur expedire [1].

3. Item quod nullus predicator de cetero presumat facere societates de Virgine Maria vel huiusmodi [2] sub pena privationis offitii. Et ille societates que iam facte sunt taliter moderentur, quod de cetero non pulsentur campane, nec fiant processiones nec colligantur pecunie in ecclesiis nec in cimiteriis nostris [3]. Sed si volunt colligere pecunias, colligant alibi.

4. Item quod amplius non portentur capuciola [4] sine expressa licentia P. Ministri provincie et quod in visitatione P. Minister auferat [5] ea.

5. Item renovatur constitutio quod fratres non accedant ad partes maritimas sine licentia P. Ministri provincialis [6].

4. — [Constitutiones Capitulorum 1493-1494].

1. Item quod Spignum pertineat ad locum Sa[v]one [7] pro questuabus.

2. Item quod terra Cassinarum quoad questuationem pertineat ad locum Novarum nisi propter inopiam vini aliter videretur P. Ministro provinciali.

3. [174r]. Item quod loco Bassignane [8] pertineant iste terre quoad questuationes scilicet Burgum, Preda, Monstasteli, Pavonum, Ravaronum, Boaronum. Ad locum vero Sallarum pertineant Pezetum, Valentia, Vigatiolum et Piopera.

4. Item quod questuatio Monticelli pertineat loco Carmagnolie [9] ita quod vinum pro sacramento detur loco Saviliani. Similiter Pezetum, Renigliascum et Trufarelum que pertinent loco Cherii [10], deinceps sunt loci predicti Carmagnolie.

5. — In Capitulo Saviliani 1495, die 7 maii.

1. Primo quod illa constitutio que dicit quod [e]lecto discreto inquiratur de defectibus Guardiani [11] et intelligatur et servetur etiam [12] de defectibus Vicarii loci qui rexit locum propter mortem Guardiani vel eius longam absentiam. Idem servetur in Commissariis locorum provincie et hoc intelligitur de defectibus alicuius importancie.

---

(1) Cf. *Stat.* IV, 10; *Ord.* 9, n. 4.

(2) *Bon.* (1459), 16; (1502), 110; (1507), 165. Cf. *Ord.* 6, n. 11.

(3) *Narb.* Ehrle, 92; *Op.* 452a.

(4) *Capist.* Chrl. 108a; Gub. 102a. *Declarationes Capist.* Chrl. 111b. *Bon.* (1481), 72. Cf. *Stat.* X, 24.

(5) Cod. *offerat.* (6) *Stat.* X, 2; *Aux.* 50.

(7) Constructus an. 1470; Wadding, XIV, 64-6, n. 6 (Supplem.); Gonzaga, 328.

(8) Erectus est circa 1490; Wadding, XIV, 491-2, n. 52; Gonzaga, 337.

(9) Constructus est an. 1493; Wadding, XV, 51, n. 49; Gonzaga, 338.

(10) Vulgo: *Chieri;* Gonzaga, 332, nihil dicit de anno erectionis.

(11) Cf. *Stat.* II, 3. (12) Cod. *et.*

2. Item pro tempore extivo, Guardianus Albingane mittat fratres ad loca circumstantia prout sibi videbitur, ita quod non mittat nisi duos ad unum locum, et possit eos revocare ad suum beneplacitum, et dum sunt in aliquo loco obediant Guardiano loci illius.

3. Item quod constitutio Capituli generalis super electione discreti loci, scilicet quod fiat per scrutinium, non per compromissum etc. servetur omnino (1). Et additur quod Guardianus veniens ad Capitulum provincie sine tali electione faciat disciplinam in pleno Capitulo, quia non servavit formam traditam in illa constitutione.

4. Item quod in electione discreti loci elligantur duo sacerdotes vel clerici vel unus sacerdos et unus clericus et, si maiori parti videbitur, addatur unus laicus qui sint scrutatores (2).

5. Item quod nullus frater audiat confessionem mulierum in cazeta Morani in qua morantur ille mulieres de tertio Ordine, nisi in casu infirmitatis. Et si P. Minister in visitatione reper[er]it aliquem delinquentem privet eum officio confessionis vel faciat eum disciplinare se coram fratribus prout videbitur ipsi P. Ministro.

6. [174v]. Item ordinatum est quod Ales totaliter assignetur loco Aquis, et Cassine totaliter loco Montis Barutii (3), et Sipestrum totaliter pertineat loco Clavari (4) tam quoad vinum [quam] quoad alia, et Lagnascum totaliter sit Salutiarum (5).

7. Item quod eleemosyne que dantur seu legantur loco Sancte Marie Angelorum Cunei, proportionaliter dispensentur pro usu fratrum ipsius loci et loci Sancti Antonii (6). Similiter dividantur eleemosyne que dantur loco sancti Antonii, prout inter ipsos (7) Guardianos locorum de comuni concordia fuerit conventum.

6. — In Capitulo Papie anno 1496 die 29 aprilis, presente R. P. F. Jeronymo Tornielo Vicario generali.

1. Primo quod fructus nascentes in locis nostris non possint vendi nec permutari, nec prata locorum dari ad pascua nec fenum vendi (8).

2. Item quod Guardiani convicti, quod non fecerint caritatem forensibus, famulis et bestiis circa necessaria sint privati in Capitulo sequenti voce activa et passiva et non reeligantur ad Guardianatum nisi post triennium.

3. Item quod nullus nisi confessores habilitati vadat ad confessoria, alias faciat disciplinam in refectorio, nec Guardiani possint remittere.

(1) *Stat.* II, 1. (2) *Tusc.* 164, 2 et nota 2.

(3) Hunc conventum c. 1527 constructum putavit Gonzaga, 334.

(4) Vetustissimus conventus, cuius annus transitus ad Observantes ignoratur; Gonzaga, 327.

(5) Constructus est 1474; Wadding, XIV, 114, n. 27; Gonzaga, 332-3.

(6) Cf. de duobus his conventibus, supra, 135, nota 2.

(7) Cod. *ipsorum*.

(8) Clementis V bulla *Exivi*, art. 13; BF V, 81b: *Textus orig.* 252. *Tusc.*[2] (1482), 24.

4. Item quod P. Vicarius visitet confessoria et ubi repererit foramina suspendat illum confessorem.

5. Item quod lectores tantum precedant eos qui sunt positi studentes sub ipsis, et predicatores tunc in actu predicandi precedant alios (1). Conventuales recepti non precedant nisi secundum tempus quo sunt recepti in familia.

6. Item declaratur quod Guardiani non possint facere compromissum, sed procuratores locorum.

7. Item quod nullus confessor possit dispensare in votis vel commutare vel de incertis [determinare] nisi in utilitatem loci (2) sine licentia Guardiani; et hoc sub pena proprietatis. R. P. Vicarius generalis privavit omnes, etiam quibus concessum est, quod non retineant eleemosynam aliquam sine scitu P. Vicarii provincie.

8. Item circa predicatores et confessores eligendos de novo, servetur declaratio Regule, videlicet quod eligantur per Ministrum et diffinitores (3).

9. [175r]. Item illi qui volunt solum confiteri personas particulares et non indifferenter, non habeant confessorium nec specialitatem nec aliquem audiant sine licentia Guardiani, sed tractentur in omnibus sicut fratres simplices (4).

10. Item quod non habeat aliquis locus nisi solum procuratorem (5), et alii fiant substituti ipsius principalis procuratoris.

11. Item quod nulla fiat societas, nisi assentiente P. Ministro (6).

12. Item quod non ponatur Guardianus in loco nisi ecclesia facta ac dormitorio et forestariis.

13. Item quod ubi fit questa grani portetur per famulum non per fratres, nisi queratur pro necessitate faciendi panem.

14. Item quod nullus Guardianus faciat obligationem perpetuam missarum vel officiorum, nec ponantur tabule in sacristia.

15. Item quod non causetur obligatio aliqua vel consuetudo eundi ad domum disciplinatorum; pro eo (7) quod dant pro eleemosyna declaretur quod non ex obligatione aliqua recipitur.

16. Item quod corpus B. P. Fr. Bernardini de Feltro solum in die S. Michaelis ostendatur solemniter et non aliter, nisi in casu multum necessario cum consilio discretorum (8).

---

(1) Praecedentia haec praedicatorum notanda est.

(2) *Bon.* (1480), 70. Cf. *Tusc.*² (1456), n. 9-12; (1458), 7-11. Cf. infra, n. 21; *Ord.* 16, n. 11.

(3) *Cap. Urbini 1490,* Chrl. 145b; Gub. 133b. *Cap. Florentiae 1493,* Chrl. 146a-b; Gub. 134b. « Declaratio Regulae » est bulla *Exiit,* quae tamen de solis praedicatoribus loquitur; BF III, 413-4; *Textus orig.* 216s.

(4) *Stat.* V, 14; *Ord.* 8, n. 8.

(5) *Tusc.* (1523), 211, 14. Cf. *Stat.* X, 26; *Ord.* 13, n. 4.

(6) Cf. *Ord.* 3, n. 3. (7) Cod. *id.*

(8) Is obierat Papiae, 28 sept. 1494; cf. supra, 359, nota 6. Wadding, 1494, n. 5-60 (XV, 61-88). Cf. G. Saccani, AFH XIX, 226-46.

17. Item quod omnes fratres qui sunt in locis noviter captis dent vocem in loco propinquiori, sicut factum est in hoc anno. Sed locum Rechi (1) vadat ad locum Montis Ianue (2).

18. Item quod constituantur offitiales in quolibet loco, maxime infirmarii et communiterii (3).

19. Item quod Guardiani sint soliciti ad charitatem exhibendam fratribus infirmis, et qui repertus fuerit in huiusmodi negligens privetur ipso officio etiam infra annum (4).

20. Item quod omnes panni linei stent penes communiterium qui comuniter portantur a fratribus nec aliquibus concedantur ad particularem usum, nisi in extrema necessitate et tunc etiam per P. Vicarium provincie.

21. Item quod nullus Guardianus teneat eleemosynam sine scitu duorum discretorum loci, nec ultra medium ducatum possit dare in Ordine sine scitu prefatorum discretorum (5).

22. Item quando P. Vicarius eget eleemosynis propter causas sibi ex offitio occurrentes possit ad libitum arripere a locis ubi viderit habundare et tamen cum scitu et participatione Guardiani et dictorum duorum discretorum ut supra (6).

23. Item quod tales discreti et alii discreti elligantur in Capitulo provinciali a P. Ministro et diffinitoribus et pronuntientur in tabula.

24. [175v]. Item quod nullus clericus promoveatur ad sacerdotium nisi completo sexto anno ab ingressu religionis (7), et qui ante dictum tempus sunt promoti exequentur officia clericorum maxime que ad humilitatem pertinent.

25. Item quod sicut ordinatum fuit in Capitulo generali Urbini (8), solus P. Minister provincie recipiat fratres ad ordinem et nisi ex magna necessitate non possit aliis dellegare (9). Et predicatores apostolici pretextu alicuius auctoritatis non possint recipere ad ordinem nisi cum consensu P. Ministri provincie et tunc servata forma quae in litteris continetur (10).

26. Item quod nullus cuiuscumque qualitatis et condicionis existat, possit tenere equum, mulum vel asinum ad usum suum particularem, nisi quando profecturi sunt extra provinciam et cito. Sed omnia loca

(1) An. 1490 constructus fuit locus.

(2) Ab Observantibus occupatus fuit locus an. 1469; Wadding, XIII, 443, n. 25; Gonzaga, 325.

(3) *Assis.* 283, 5. *Farin.* Chrl. 69a; Gub. 54a. *Apul.* 102, 18. *Bon.* (1482), 74; (1507), 173. *Tusc.* 177, 14s. Cf. *Ord.* 12, n. 9.

(4) *Farin.* Chrl. 69b; Gub. 54a. *Martin.* Chrl. 93b; Gub. 87a. *Martin. comp.* Chrl. 129b.

(5) *Tusc.* 168, 4. Cf. *Stat.* VIII, 28; supra, n. 7. *Ord.* 13, n. 1.

(6) *Bon.* (1497), 101; (1507), 168.

(7) *Tusc.* (1507), 199, 2. *Tusc.*² (1482), 12; (1499), 4.

(8) Haec ordinatio omittitur in Chrl. 145a-b; Gub. 133ab.

(9) *Cap. Bononiae 1455,* Chrl. 123b; Gub. 113a. *Tusc.*² (1482), 13.

(10) *Cap. Romae 1446,* Chrl. 115a; Gub. 107b.

possint habere aliquod iumentum pro succurrendo necessitatibus fratrum peditare non valentium.

27. Item quod P. Minister provincie non possit amovere fratres a locis qui fuerint electi discreti locorum nec permutare discretos unius loci in discretos alterius loci sine urgentissima causa, in hoc conscientiam eius honerando. Et etiam diligens cura habeatur in aliis fratribus permutandis ne detur eis materia vagandi et ut vitetur discursus fratrum.

28. Item quod nullus Guardianus sine consilio discretorum loci possit (1) mittere fratres suos extra questas sui loci et tunc [cum] (2) obedientia in scriptis (3). Nec possint prefati Guardiani mittere nec ipsi ire pro negotiis propinquorum (4) sine licentia P. Ministri provincie, qui diligenter attendat quod omnes omnino fratres non se impendant de commissionibus et aliis negotiis secularibus iuxta canonicas sanctiones (5).

29. Item quod nullus vadat ad monasteria monialium (6) sine licentia P. Ministri et in scriptis pro qualibet vice (7) et non comedant ibi, nec etiam visitator nisi in ar[c]ta necessitate, nec P. Minister alicui confessori concedat licentiam in generali; nec predicatores apostolici possint ire ad monasteria sine licentia particulari P. Ministri et in scriptis et qualibet vice (8). Nec Guardiani se impediant de monialibus (9), nec ipsi sint visitatores.

30. Item quod nullus confessor separatus a socio confiteatur etiam in loco publico propter suspecta consortia (10), nec mittantur a Guardianis [tum] confessor tum predicator (11) sine sociis.

7. — Constitutiones nostre edite in Capitulo provinciali Papie celebrato anno Domini 1508 (12), 10 Maii.

1. Primo quod non fiat edificium aliquod importantie in locis sine licentia capituli vel P. Ministri provincie sub pena privationis offitii si edificium est notabile vel circa, aliter ad arbitrium P. Ministri (13).

2. Quod non sumatur seu inchoetur litigium contra sacerdotes aut religiosos, nec contra aliquam personam tam publicam quam privatam

(1) Cod. *possint*. (2) Cod. om. *cum*.

(3) Cf. *Stat.* X, 2; *Ord.* 7, n. 4; 13, n. 9; 14, n. 1. *Tusc.*[2] (1491), 7; (1503), 12.

(4) Cf. *Capist.* Chrl. 105a; Gub. 98a.

(5) *Farin.* Chrl. 71b; Gub. 57b.

(6) *Capist.* Chrl. 108a; Gub. 102b. *Declarationes Capist.* Chrl. 111b; Gub. 106a; *Cap. Assisii 1447,* Chrl. 116a; Gub. 109a. *Cap. Neapoli 1475,* Chrl. 139a; Gub. 123a. *Cap. Papiae 1478,* Chrl. 141b; Gub. 125a. *Tusc.* 171, 1-11. *Tusc.*[2] (1466), 3; (1491), 10-11; (1499), 5; (1501), 1-3; (1503), 1-7. Cf. *Stat.* III, 1-11.

(7) *Capist.* ll. cc. *Tusc.* 172, 9.

(8) *Capist.* ll. cc. *Cap. Neapoli 1475,* Chrl. 139b, 140a; Gub. 123b, 124a-b. Cf. *Stat.* III, 10. (9) *Capist.* ll. cc.

(10) *Assis.* 297, 23. *Capist.* ll. cc. (11) Cod. *cum predicatore.*

(12) Cod. *1518.*

(13) *Cap. Mediolani 1457,* Chrl. 123a; Gub. 113-4. Cf. *Stat.* VIII, 12.

sive colegium vel quocumque modo ubi non imminet [1] magna necessitas; et ubi periculum non est in mora, etiam non attentetur vel inchoetur [2].

3. Quod fratres non vadant ad exequias mortuorum nec in loco Papie nec alibi, nisi in locis ubi est consuetudo et nisi quando eligerent sepulturam in locis nostris [3].

4. Quod nullus frater vadat vel procuret in questuationibus alterius Guardiani vel loci sub pena quod puniatur tamquam proprietarius, nisi de licentia speciali P. Ministri [4].

5. Quod omnes confessores habeant clavem communem pro loco ubi vel in quo confitentur. Que tamen claves sint distincte ab aliis clavibus communibus loci.

6. Quod nulla esculenta [5] vel poculenta aut comestibilia teneantur in cellis, aut in confessoriis nec alibi sub pena unius discipline, nec etiam teneant predicta penes aliquam personam.

7. [176v]. Quod nullus Guardianus cogat in principio Benedicte fratres volentes ipsam facere, comedere carnes vel ipsam frangere sub pena unius discipline, et volentes ipsam facere sint contenti de lacticiniis et ad arbitrium P. Guardiani, exceptis carnibus ut supra in principio dictum est [6].

8. Quod observetur constitutio de portandis debitis et creditis locorum ad Capitulum et hoc sub pena Guardianatus vel ad arbitrium P. Ministri [7].

9. Quod quicumque publicaverit aut aliquo modo revelaverit extra ordinem culpas aut penitentias vel alia secreta Ordinis subiaceat penis contentis in Constitutionibus generalibus et ad arbitrium P. Ministri [8].

10. Quod scribantur Constitutiones Martini Quinti et generales ac provinciales nostre per omnia loco provincie [9] et legantur quater in anno [10].

11. Quod fratres aperte inobedientes P. Guardiani non teneantur eos vestire, et si fuerint vestiti ducant eos ad Capitulum secundum consuetudinem antiquam confusibiliter puniendos [11].

12. Quod nullus Guardianus aut discretus vel quivis frater ad Capitulum ducat famulos et si ex causa legitima perducantur statim a Capitulo ad propria remitantur, et hoc sub pena ad arbitrium P. Ministri provincie.

---

(1) Codex *imminit.* (2) *Farin.* Chrl. 68a; Gub. 53a. Cf. *Stat.* VIII, 11.

(3) Cf. *Stat.* VIII, 22; *Ord.* 10, n. 3; 13, n. 14; 14, in « brevi », n. 1.

(4) Cf. *Ord.* 6, n. 28. (5) Cod. *estulenta;* tunc mox *celis.*

(6) Cf. *Stat.* VIII, 29. *Bon.* (1482), 75. *Tusc.* 159, 7; 170-1, 18. *Tusc.*² (1457), 7; (1482), 22. — Cod. paulo antea *lactitiniis.*

(7) *Farin.* Chrl. 67a; Gub. 52a.

(8) *Narb.* Ehrle, 115; *Op.* 457-8. *Assis.* 297, 19. *Farin.* Chrl. 74b; Gub. 61b.

(9) *Cap. Urbini 1490,* Chrl. 145a; Gub. 133a-b. Cf. *Ord.* 9, n. 5.

(10) *Martin.* Chrl. 97a; Gub. 90b. *Martin. comp.* Chrl. 135b; ubi semel in mense. *Tusc.*² (1499), 10. Cf. *Stat.* I, 3. (11) Cf. *Stat.* X, 11.

13. Quod nullus frater sive Prelatus sive subditus ducat secum aliquem fratrem ad Capitulum sine licentia in scriptis a P. Ministro provincie obtenta (1), sub pena unius discipline in Capitulo fiende ac expulsionis a Capitulo huius fratris quem secum duxerit, exceptis predicatoribus apostolicis qui habent socios deputatos.

14. Quod nullus frater teneat claves super rebus, nisi secundum Constitutionem antiquam; sic nec cellam clavatam clave speciali (2).

15. Quod fiant auditores causarum qui habeant eis proposita referre toti Capitulo (3).

16. Quod nullus habeat in speciali habitus, tunicas aut mantelos sine licentia in scriptis P. Ministri; P. Predicatores tamen mantellos habere possint (4).

17. Quod proposita in Capitulo et non determinata non possint per diffinitores diffiniri. Que autem non fuerunt proposita, vel de novo emergentia possint determinari, quando eis a Capitulo conceditur facultas.

18. [177r]. Item quod nullus frater sive Prelatus sive subditus loquatur vel loqui faciat quocumque modo cum fratre Baptista Ravoscherio, nec illum recipiat in locis nostris vel alio modo, nec ipsi scribant vel scribi fiat. Litteras tamen ipsius fratris Baptiste recipere quisque possit presentandas tamen P. Vicario provincie quam citius poterit; nec illi auxilium vel favorem seu consilium tribuant. Et hec omnia sub pena excommunicationis late sententie et privationis omnium officiorum et actuum legitimorum quam incurrat ipso facto.

19. Quod nullus frater teneat sive in cella sive alibi *(sic)* (5).

20. Quod in nullo loco provincie tenea[n]tur galline, nisi in loco Papie et Ianue propter multitudinem infirmorum.

21. Quod habeatur bona cura de communitate in omnibus locis.

8. — Constitutiones in Capitulo Ast (6) celebrato 1509, 5 maii.

1. Primo quod Guardiani aut alii non servent granum in locis nostris; nec per se aut fratres distrahant dictum granum sed hoc fiat per medium procuratoris (7).

2. Item quod nullus accedat Med[i]olanum sine licentia P. Ministri provincie; possint tamen accedere Viglevanum pro emendis pannis.

---

(1) *Cap. Assisii 1487*, Chrl. 145b; Gub. 131b.

(2) Cf. *Stat.* VIII, 10; *Ord.* 14, n. 3.

(3) Cf. *Narb.* Ehrle, 130-1; *Op.* 461b. *Farin.* Chrl. 83a; Gub. 70b. Cf. *Ord.* 14, (breve), n. 3.

(4) Cf. *Stat.* IV, 10. *Bon.* (1505), 115.

(5) Supponere licet, subaudiendum esse: « pecuniam », uti in *Tusc.*2 (1482), 15; (1491), 4 et infra *Ord.* 13, n. 1.

(6) Gonzaga, 332, et Wadding, XVI, 196, n. 33 ad an. 1524, hoc tempore Astensem conventum constructum dicunt!

(7) *Tusc.* (1482), 16; (1493), 9.

3. Item quod omnes fratres tam Prelati quam subditi iuxta constitutiones antiquas induantur comuni panno; contrarium facientes priventur dicto vestimento (1) aut discipline subdantur.

4. Item non audiantur confessiones feminarum ornantium se aut impudice aut prodigaliter (2).

5. Item quod fratres non scribant hinc inde litteras aliquid ilicitum continentes (3). Reputentur autem illicitum continere: quando frater nolet eas ab aliquo fratre legi; secularibus autem nullus possit scribere sine licentia sui Prelati, qui teneatur litteras legere nisi essent consanguinei vel affines usque ad tertium gradum. Contrafacientes puniantur pena antiqua, [iuxta] quam in sequenti prandio comedant cum litteris ad caputium in terra (4).

6. Item quod famulus nullus stet in locis nostris nisi sit etatis 25 annorum.

7. Item quod a nativitate Virginis usque ad adventum dicatur ad completorium antiphona que assignatur [f. 177v] in breviario et octava eiusdem nativitatis fiat duplex.

8. Item quod in institutione confessorum, patres diffinitores prius interrogent vocales singillatim, eisque proponant dictos fratres instituendos et audiant seu scribant eorum consensum vel dissensum (5).

9. Item quod fratres iuxta Regulam (6), non utantur calciamentis tempore hiemis, sed calopodiis, exceptis infirmis.

10. Item quod patres Guardiani iuxta suam possibilitatem mittant peras *(sic)* librorum ad requisitionem predicatorum qui per obedientiam mittuntur a P. Ministro ad predicandum.

11. Item quod fratres [qui] accepta obedientia post Capitulum non vadunt recto tramite ad loca in quibus sunt collocati sed variando vagantur, teneantur in omnibus locis facere disciplinam irremisibiliter, et si Guardiani vel Vicarii locorum non faciant hoc observari, teneantur ipsi dictam disciplinam facere.

12. Item quod convicti iuridice super aliquo delicto aut sponte confessi aut taliter notorie manifesto quod nulla possint tergiversatione cellari, possint aliis publicari.

13. Item quod non teneantur seu alimententur sues seu porci in monasteriis.

14. Item quod nullo modo de cetero acceptentur puelle in congregationibus provincie, nisi sint debite etatis et vellent ibi remanere et profiteri tempore debito.

15. Item quod de cetero semper fiat Capitulum provinciale in loco S. Mauritii, nisi aliqui[s] princeps vel communitas, illud peteret et vellet (7) omnem expensam pro illo facere.

---

(1) *Narb.* Ehrle, 90; *Op.* 451a. *Assis.* 278-9, 1. *Farin.* Chrl. 65-6a; Gub. 50b. *Martin.* Chrl. 93a; Gub. 85-6. (2) *Cap. Ferrariae 1509*, Chrl. 215b; Gub. 219a-b. (3) *Bon.* (1482), 76; (1507), 171. *Tusc.* 176, 9.

(4) Cf. *Stat.* IX, 3-4. *Capist.* Chrl. 108a; Gub. 102a.

(5) Cf. *Stat.* V, 14. — Paulo ante Cod. *audiatur.*

(6) Regula bullata, c. II, ap. *Opuscula*, 65. (7) Cod. *vellit.*

16. Questa Revelaschi et Trufarelli data fuit loco Carmagnolie que erat loci Cherii et hoc solum quantum ad questam vini.

17. Questa S. Damiani simplex data fuit loco Villenove [1] que erat Ast.

18. Questa Brighe data fuit loco Ventimilii [2].

9. — Constitutiones facte in Capitulo provinciali celebrato in loco S. Mauritii [3] [1510], presidente R. P. F. Francisco Zeno, Vic. Gener. [4].

1. Primo detur iuramentum scrutatoribus quando fit electio discreti cuiuslibet loci, sicut fit in Capitulis provincialibus [5].

2. Quod Guardiani provideant de brachis fratribus, et si non facient, puniantur [178r] acriter ad arbitrium P. Vicarii; etiam possunt privari infra annum.

3. Quod loca Ianue infra duos menses proxime futuros a die lectionis tabule computandos renuntientur per patres Guardianos Ianue sub pena privationis actuum legitimorum ipso facto incurrenda; similiter et loca Novarum; nec aliquis possit exigere aliquos proventus in tota Provincia a S. Giorgio sub pena carceris.

4. Quod annulenter omnes concessiones facte de habitibus et tunicis, nec comuniterii possint distribuere predictos pannos ante adventum Guardiani vel sine licentia eius aut Vicarii loci in eius absentia, sub pena unius discipline [6].

5. Datus est terminus trium mensium proxime futurorum, a die publicationis tabule Guardianis faciendae [7], scribere constitutiones provincie sub pena non bibendi vinum usquequo eas fecerint scribere et eas faciant legi, sicut alias constitutiones quater in anno sub pena unius discipline quam P. Vicarius provincie non possit remittere [8].

6. Item quod non audiantur confessiones mulierum in cameris nec in domibus secularium, nisi urgenti necessitate vel infirmitate [9].

7. Item quicumque revelaverit Guardianis quando discutiuntur defectus eorum, si convictus fuerit, puniatur bavarole per unum mensem [10].

8. Item quod non fiant sermones in exequiis mortuorum secundum alias constitutiones [11].

9. Item illi qui fuerunt incarcerati pro eorum delictis de quibus fuerunt confessi vel convicti, et postea egressi seu liberati asserunt retractando se talia perpetrasse et remurmurant apud eos vel cum eis ad quos

---

(1) Constructionis tempus incertum est secundum Gonzaga 331-2; Da Carasco, *La Provincia,* 15, conventum initium sumpsisse dicit an. 1498.

(2) Da Carasco, l. c.; ab Observantibus occupatus an. 1509; Gonzaga, 329.

(3) Hic conventus in initio Tertiariorum fuit, quibus deficientibus, ad Observantes transiit an. 1419; Gonzaga, 333.

(4) Observantium Vicarius generalis fuit 1504-7; 1509-12.

(5) *Tusc.* (1461), 160, 14; (1518), 164, 2. *Tusc.*[2] (1461), 2-5.

(6) Cf. *Stat.* IV. 10; *Ord.* 3, n. 2 et 4; 16, n. 1; 17, n. 1.

(7) Cod. *faciendi.* (8) *Ord.* 7, n. 10. (9) Cf. *Stat.* V, 1.

(10) Cf. *Stat.* II, 4. (11) Cf. *Stat.* VIII, 23.

non spectat ([1]) providere in talibus, puniant[ur] pena carceris iterum, videlicet per tres menses quotiens probabiliter saltem per duos testes aliquando ipsi ([2]) talia dixisse probantur ([3]).

10. — Constitutiones facte in Capitulo provinciali apud S. Mauritium celebrato de anno Domini 1511, die 14 maii.

1. Et primo quod a fratribus servetur ubicumque privilegium de communicando in ecclesiis nostris etiam in die Pasche resurrectionis omnes utriusque sexus Ordinis nostri ([4]).

2. Quarta funeralium prestetur a fratribus ubique parochianis iuxta locorum consuetudinem ([5]). Nec retineri possit pro aliqua parte nisi de provincialis Vicarii licentia.

3. [178v]. Quia vero facta est constitutio quod fratres nostri non associent funeralia quando cadavera non deferunt[ur] ad loca nostra nisi ista persona sit excellentissima etc. ([6]), declaratur quod appellatione excellentissime persone quoad civitatem Papie intelligitur quando omnes religiosi habitantes tam intra quam extra et prope civitatem Papie, scilicet qui solent associare funera, associaverint et non aliter.

4. Impetretur a Summo Pontifice quod quicumque parochiani teneantur observare omnia et singula ([7]) que servare soliti fuerunt circa cadavera associanda, etiam quando in nostris ecclesiis tumulantur.

5. Reverendo scilicet P. Vicario generali nostro assentiente, fiat constitutio ut qui actibus [il]legitimis secundo relabantur, privati secundum constitutiones nostras certis elapsis temporibus postea restituuntur, perpetuo privati sint, nec amplius postea restitui possint.

6. Non possint fratres forenses quicumque aut aliarum provinciarum ullo modo habere voces in provincia nostra, contrariis quibuscumque non obstantibus.

7. Non possint fratres sub pena unius discipline in refectorio omnino fiende, eundo et redeundo ad aliquam civitatem, terram seu locum ubi fuerint monasteria nostra, ire ad aliqua particularia loca nisi prius se presentaverint Guardiano vel Vicario loci ([8]).

8. Teneantur Guardiani vel Vicarii locorum mutare socium fratribus quibuscumque venientibus ad monasteria nostra cum ire voluerint in civitatem, opidum, terram seu villam, sub pena unius discipline fiende in refectorio per Guardianum seu Vicarium loci singula vice qua contrafecerit.

9. Observetur constitutio quod feria quarta non comedantur carnes ([9]), sub pena Guardiano aut in eius absentia Vicario loci ieiunandi per unam

([1]) Cod. *spectant.* ([2]) Cod. *ipsorum.*

([3]) *Mediolani 1495,* Chrl. 147b; Gub. 136-7. *Tusc.* 177, 16.

([4]) Cf. Mare magnum Sixti IV: *Regimini univ. ecclesiae,* 31 aug. 1474, ap. Wadding, XIV, 106, 108. ([5]) *Farin.* Chrl. 68a; Gub. 53a. Cf. *Ord.* 11, n. 6.

([6]) Cf. *Stat.* VIII, 22; *Ord.* 7, n. 3; 13, n. 14. *Bon.* (1462), 12; (1472), 42; (1497), 104. ([7]) Cod. *singulare.* ([8]) *Bon.* (1474), 51; (1475), 52. *Tusc.* (1523), 216, 6. Cf. *Stat.* X, 10. ([9]) *Tusc.* (1523), 211, 13. *Tusc.*[2] (1482), 20.

diem in pane et aqua, salvo nisi ea die sit dies solemnis; excipiuntur etiam queque necessitates, item ebdomada carnis privii, vel quando die Iovis occurreret vigilia de precepto ieiunanda.

10. Quod qui facti fuerint Conventuales ex nostris aut Ordinem nostrum mutaverint, postea denuo recepti ad Ordinem, habeant[ur] omnino perinde ac si eo tunc recepti fuissent ad Ordinem nostrum, precipue quoad precedendum in processionibus, choro et refectorio et quoad voces dandas, ceterosque (1) actus legitimos ac cetera queque omnia (2). Idem de apostatis revertentibus.

11. [179r]. Quod apostatis pena pro apostasia imponi non possit etiam per Ministrum provincie nisi de consensu Capituli provincialis (3).

12. Ad maiorem confirmationem cuiusdam constitutionis Martini V, additur quod qui convictus fuerit per duos testes infamasse scilicet inter fratres aliquem fratrem, ultra penas in ipsa constitutione contentas (4) ipso iure et facto irremissibiliter privatus sit per annos quinque omnibus actibus legittimis.

13. Dogmatizantes quod littere Rev. P. Ministri generalis prohibentes ne quis malitiose directe vel indirecte procuret quod aliquis eligatur in Ministrum provincie, diffinitorem aut in discretum sub pena excommunicationis etc., non valent (5); ultra dictam penam sit privatus ipso iure et facto omnibus actibus legitimis per quinquennium.

14. Quod qui in electione seu scrutinio discreti fiendi dat vocem illi qui secundum comunem opinionem fratrum non sit idoneus pro discreto (6), sit privatus actibus legittimis per quinque annos, secundum tamen arbitrium P. Ministri provincialis vel nisi aliter prefato P. Ministro videretur.

11. — Constitutiones Capituli provincialis in S. Mauritio de anno 1512.

1. In monasteriis prohibeatur simpliciter cantare missas ubi monialis cantet epistolam, cum sit contra dispositionem iuris (7); horas vero canonicas possint cantare in precipuis solemnitatibus, maxime vesperas et completorium ubi moniales sciunt cantare, et non passim cantent (8).

2. Item Guardiani quando sunt venturi ad Capitulum portent fideliter in scriptis debita et credita locorum (9) cum subscriptione duorum vel trium discretorum loci et non dimittantur eleemosyne nisi manibus procuratorum vel procuratricum (10). Et similiter in alio tempore anni non expendantur aliter quam pro necessitatibus uniuscuiusque loci, nisi

(1) Cod. *ceterique*. (2) *Cap. Bononiae 1455*, Chrl. 123b; Gub. 113a.
(3) *Narb.* Ehrle, 116-7; *Op.* 458a. *Assis.* 299, 33. *Farin.* Chrl. 78b; Gub. 65a.
(4) *Martin. comp.* Chrl. 131b. *Assis.* 297, 20. *Farin.* Chrl. 76-77; Gub. 63b. *Bon.* (1474) 51; (1475), 55; (1476), 60; (1486), 82; (1507), 171. *Tusc.* 175, 2; 177, 17. *Tusc.*[2] (1499), 15. (5) Cf. *Ord.* 12, n. 2; 16, n. 12.
(6) *Narb.* Ehrle, 130; *Op.* 461b. (7) *Bon.* (1459), 16. *Tusc.* (1523), 213, 8.
(8) *Tusc.* ibid. (9) Cf. *Ord.* 7, n. 8. (10) Cf. *Ord.* 6, n. 21; 8, n. 1.

de scitu et consensu discretorum ut supra. Et qui contrafecerint puniantur tanquam proprietarii.

3. Item servetur constitutio de recipiendis ad ordinem per V. P. Ministrum (1) et alios sicut Guardianos Papie et Thaurini (2) et predicatores apostolicos, nisi (3) proponant fratribus loci in quo de ipso recipiendo per fratres habeatur aliqua notitia et ipsis consentientibus (4).

4. Item declaratur de psalmo *Confitemini Domino* qui dicitur in feria quinta in vesperis [179v] ex sententia doctorum et sanctorum quod in quolibet versu replicatur: *quoniam in seculum misericordia eius* (5).

5. Item quod de cetero in Capitulo provinciali, facta electione patrum diffinitorum et Ministri, deputentur aliqui patres qui simul convenientes audiant proposita per singulos fratres qui iudicio ipsorum exponant in pleno Capitulo, ut supra ipsis maturior fiat determinatio.

6. Item quod novum Breve apostolicum exemptionis de quarta (6) per unumquemque Guardianum iuridice intimetur curato vel curatis suorum locorum, cum protestatione quod si gratiose et humiliter gerant, dabitur quarta funeralium de cera tantum; quod si aliter fecerint, retinebitur in totum iuxta formam concessionis etc.

7. Item additur constitutioni anni preteriti de infamantibus, quod layci probationis caputio puniantur per sex menses quando reperti fuerint culpabiles (7).

8. Item habitis litteris R. P. Ministri generalis datis in loco Montis apud Perusium, 14 augusti 1511, que aprobant propositam constitutionem anni superioris circa [r]elapsos delinquentes de cetero non restituendos, ipsa constitutio a toto Capitulo denuo ratificatur et aceptatur etc. (8).

9. Item quod novitii semel refutati vel reprobati per fratres loci apud quos commorati fuerint aliquo tempore, omnino dimitantur, nec mittantur ad alium locum pro professione facienda.

10. Item quod cause que agitantur in iuditio, non resolvantur per acordium nisi de consensu Capituli sequentis.

12. — Constitutiones Capituli provincialis facti in S. Mauritio anno 1513.

1. Primo declaratur quod ea que dicuntur in confessione fraudulenter sub nomine penitentie etiam cum aliis peccatis, non habentur sub sigillo confessionis (9). Immo tenetur audiens revelare per obedientiam P. Ministro, ab eo requisitus vel in visitatione vel aliter (10).

(1) Cf. *Ord.* 6, n. 25.

(2) An. 1462, Observantes hunc conventum occuparunt; Wadding, XIII, 252-3, n. 79; Gonzaga, 329.

(3) Cod. *nonnisi*.

(4) *Cap. Romae 1446,* Chrl. 115a; Gub. 107b.

(5) Psalm. 135.

(6) Iulii II: *Sacrae religionis,* 3 nov. 1511; Wadding, XV, Regest. 660, n. 44. Cf. *Ord.* 10, n. 2.

(7) Cf. *Ord.* 10, n. 13.

(8) Cf. *Ord.* 10, n. 5.

(9) Cf. *Farin.* Chrl. 73a-b; Gub. 59a-b.

(10) *Farin.* Chrl. 76a-b; Gub. 63a.

2. Item quod P. Minister inquirat de asserentibus vel dogmatizantibus contra dispositionem R. P. Ministri generalis de praticantibus vel loquentibus de electionibus fiendis ad puniendum secundum alias constitutiones privatione [1] vocis active et passive [2].

3. Item quod in diebus ieiuniorum de debito nullus comedat ova nec aliter vivat quam de cibis quadragesimalibus secundum consuetudinem familie, nisi ex infirmitate [180r] excusetur secundum iuditium Guardiani [3] etiam in duobus diebus post quinquagesimam. Nec aliquis comedat carnem [4] in sero pro collatione. Contrafacientes punientur ieiunio alterius diei.

4. Item quod nullus comedat in domibus secularium [5] sub pena discipline tam eunti quam concedenti.

5. Item quod confessores monialium congregationum sine clausura non mutent sotium eis deputatum [6], nisi ex legittima causa et tunc de consensu Guardiani et non comedant cum eis vel apud eas sub pena privationis talis confessionatus [7] per decennium, et Guardianus non possit super hoc licentiam dare.

6. Item quod facta renuntiatione P. Ministri, fiat discussio per patres diffinitores sigillatim et private de gestis suis [8].

7. Item prohibeatur monialibus questuantibus, ne vadant ad alia loca ubi moniales alterius monasterii faciunt questam [9].

8. Item quod non promoveantur aliqui ad sacerdotium nisi completo quinquennio [10].

9. Item quod infirmis et infirmariis ubi habentur, provideatur secundum necessitatem [11], alii[s] vero fratribus non fiant specialitates.

10. Item quod fratres qui de uno loco habent recursum ad alium locum pro medicinis, non vadant nisi sint actualiter infirmi, et qui aliter indigent purgatione, purgentur in locis suis si ibi fuerint medici et medicine. Quod si Guardianus voluerit eos mittere, ipse procuret solvere medicinas. Et non advocentur medici non consueti nisi de licentia Guardiani.

11. Item quod omnino dicatur officium de mortuis novem lectionum [12] omni sexta feria [13] et etiam Benedicta [14] sub pena unius discipline vel alio die per ebdomadam.

12. Item quod nullo [modo] dimitatur officium de Domina de Gratia [15].

---

(1) Cod. *privationis*. (2) Cf. *Ord*. 10, n. 13.

(3) *Narb*. Ehrle, 97-8; *Op*. 453a-b. *Assis*. 282, 3-4. *Farin*. Chrl. 68b; Gub. 53-4. *Tusc*. (1457), 159, 6.

(4) Cod. *panem;* sed *carnem* habent *Assis*. 282, 4 et *Farin*. Chrl. 68b; Gub. 54a. (5) *Tusc*. (1467), 158, 4; (1518), 174, 6. *Bon*. (1507), 170.

(6) *Cap. Urbini 1490*, Chrl. 145b; Gub. 133b.

(7) *Bon*. (1491), 88; (1504), 113. *Tusc*. (1523), 213, 5.

(8) *Narb*. Ehrle, 131; *Op*. 462a. *Assis*. 520, 19. *Farin*. Chrl. 82b; Gub. 70a.

(9) *Tusc*. 173, 12. (10) Cf. *Ord*. 6, n. 24. (11) Cf. *Ord*. 6, n. 19.

(12) *Capist*. Chrl. 107a; Gub. 101a. (13) *Bon*. (1460), 5; (1479), 66.

(14) Cf. *Stat*. I, 1-2. (15) Ibid.

13. Item quod fiat de S. Ioachim, si reperietur concessio que dicitur haberi de eo.

14. Item de S. Gabriele archangelo.

15. Item asserentes de aliquo vacante a guardianatu quando posse[t] institui, quod pro sua culpa sit privatus (1), tamquam infamatores puniantur.

16. Item quod nullus proterve repugnet penitentie vel correctioni facte per suum Guardianum (2) per viam apellationis, sed P. Minister in visitatione postmodum puniat Guardianum si excesserit.

[180v]. 13. — Constitutiones facte in loco S. Mauritii de anno 1515.

1. Pecuniam tenentes in cella nullatenus permittantur sed puniantur tamquam proprietarii, nisi esset depositum aut causa urgentissima leg[i]time probata (3).

2. Guardiani non possint aliquid dare etiam in pios usus et locis pauperibus sine licentia P. Ministri si haberi potest; si autem non possit haberi sub ratihabitione, nisi secundum constitutiones alias factas quando locus esset in necessitate, tunc non potest Guardianus dare etiam cum licentia (4).

3. Quando aliqui fratres habuerunt indumenta nova anno preterito, Guardiani non teneantur eos induere (5).

4. De procuratoribus licet possint habere plures, tamen eleemosyne non possint contrectari nisi per unum principalem et alium substitutum vel alium substituentem (6).

5. Monache requirentes aliquem confessorem nullo modo habeant illum, quin etiam priventur voce activa et passiva ille que scripserunt vel scribi fecerunt, multo magis si scribant vel scribi faciant pro illo habendo.

6. Quod moniales congregationum non possint repetere dotes suas, nec exire questas suas, nec stare in domibus secularium, sed profiteantur et in professione faciant instrumentum donationis de dotibus suis congregationi, et tempore pestis quod possint recipi in alia congregatione et sibi satisfacere de licentia P. Ministri.

7. Guardiani non facientes cantari antiphonam: *Quam pulchra es* (7) faciant disciplinam in visitatione P. Ministri. Similiter alia festa ordinata non observantes.

8. Quod oblationes in missis novis non fiant ullo pacto (8).

---

(1) *Narb.* Ehrle, 115; *Op.* 457-8. *Assis.* 298, 26. *Farin.* Chrl. 75a; Gub. 61a.

(2) Cf. *Tusc.*[2] (1503), 11.

(3) *Narb.* Ehrle, 91; *Op.* 452a. *Farin.* Chrl. 66b; Gub. 51b. Cf. *Stat.* VIII, 28; *Ord.* 6, n. 21; 16, n. 11; 17, n. 3. *Bon.* (1474) 51-2; (1517), 144.

(4) Cf. *Stat.* VIII, 28.

(5) Cf. *Ord.* 9, n. 4.

(6) Cf. *Stat.* X, 26. *Ord.* 6, n. 10.

(7) Cf. Chevalier, *Repert. hymnol.* n. 32196. Eam ed. B. Bughetti, ap. AFH XXI, 407, nota 3.

(8) *Tusc.* (1523), 206, 3. *Tusc.*[2] (1482), 23.

9. Quod vitentur discursus fratrum, et nullus fratrum possit [1] exire questas suas nisi de consensu discretorum loci sub pena unius discipline non remittende [2].

10. Quod in carnis privio fratres non mutent habitum, assumendo virilem vel femineum, nec faciant representationes aut dissolute corrizent [3], sub pena unius discipline.

11. De tertio Ordine quod non litigent, sed compromittant infra mensem et non trahant adversarios ad remota loca; quod si noluerint, in visitatione P. Minister provideat [4] etiam privando ipsos [habitu] si videbitur expedire.

12. De monialibus quod funera earum non deferantur per fratres.

13. De visitatoribus monialium quod non possint concedere de dormire in monasterio vel casetis apud eas [5], nisi propter antiquitatem magnam vel infirmitatem vel propter temporis intenperiem, aut tempore confessionis ipsarum.

14. [181r]. Servetur inviolabilter constitutio de non eundo ad funera que non sepeliunt[ur] apud nos, nisi omnes vocentur [6].

14. — 1516 die 22ª maii in Capitulo Claraschi ordinata.

1. Primo quod patres Guardiani non possint ullo modo mittere suos fratres extra suas questas sine obedientia in scriptis subscripta manu duorum discretorum loci, sub pena unius discipline irremisibiliter [fiende] fratri taliter eunti sine tali obedientia [7].

2. Item quod fratres omnes qui aliquo modo ausi fuerint contra alium fratrem, vel contra plures fratres de divisione Provincie tam de preterito quam de futuro loqui verba, que penam de sui natura infera[n]t [8], ipso facto sint privati omnibus actibus legitimis; laici vero teneantur ipso facto facere unam disciplinam et portare caputium probationis per dies quindecim.

3. Prohibeantur claves particulares omnino, salvis clavibus studiorum et perarum de licentia Guardianorum [9].

Substantia Brevis apostolici circa praticas et circa divisionem provincie [10].

1. Inhibetur fratribus sub interminatione divini iuditii ac maledictionis eterne ac excommunicationis late sententie pena eo ipso quo con-

---

(1) Cod. *possint*. (2) *Narb.* Ehrle, 101; *Op.* 554b. *Assis* 285, 2. *Farin.* 70a; Gub. 55a. Cf. *Stat.* X, 2; *Ord.* 6, n. 28; 14, n. 1.

(3) *Farin.* Chrl. 68b; Gub. 54a. *Tusc.* (1507), 204, 3.

(4) Cod. *provideatur*. (5) *Tusc.* (1523), 216, 6. Cf. *Ord.* 6, n. 29.

(6) Cf. *Stat.* VIII, 22; *Ord.* 7, n. 3; 10, n. 3.

(7) Cf. *Stat.* X, 2; *Ord.* 6, n. 28; 13, n. 9.

(8) *Stat.* X, 13, 16, 28. (9) *Ord.* 7, n. 14.

(10) Breve hoc Provinciae Ianuensi datum (v. num. 5) nullibi invenimus sive editum, sive textum MS.

tra factum fuerit incurrenda, et a qua nonnisi a romanis Pontificibus canonice intrantibus, preterquam in mortis articulo constituti, qui contrafecerint absolvi possint, ne amodo in antea in quibusvis offitiorum dicte religionis electionibus quovis modo et in quavis provincia celebrandis aliquos tractatus seu praticas, conventiones seu promissiones aut subornationes facere tractare, aut illis ut fiant vel factis seu faciendis consentire, seu consensum val assensum prebere directe vel indirecte quovis quesito ingenio seu colore a[u]deant vel presumant.

2. Item mandatur sub simili pena ut in huiusmodi electionibus pure et simpliciter, quemadmodum decet, secundum inspirationem Sancti Spiritus procedere debeant [181v].

3. Item decernit et determinat quascumque electiones offitiorum huiusmodi, quas aliter quam pure in religione ipsa, ut perfertur, sub quib[u]svis promissionibus, subornationibus et quovis quesito colore de cetero fieri contigerit, nulla[s] nulliusque roboris et momenti.

4. Item quod qui ad talia offitia predicta puritate non servata cognoverint se electos, sub dicta pena teneantur statim ipsis offitiis renunciare.

5. Item per aliud Breve inhibetur a prefato Summo Pontifice sub penis in alio Brevi, ut supra expressis et eodem modo, ne amodo in antea in aliquibus Capitulis generalibus vel provincialibus aut congregationibus seu locis aliis publicis vel privatis quomodocumque aut qualitercumque aliquo quesito ingenio vel colore, etiam aliquorum spiritualium vel temporalium dominorum contemplatione aut aliquali ratione vel causa, de divisione provinciarum huiusmodi et presertim provincie nostre Ianue tractare, praticare aut assensum vel consensum, consilium aut favorem directe vel indirecte in hoc prestare vel exhibere presumant vel audeant.

15. — [1519, 4 maii in Capitulo Papie ordinata].

« Infrascripta Statuta in Capitulo provinciali Papiae publicata, condita sunt a P. Francisco Licheto, Ministro generali ». — *Similes Ordinationes eodem anno ab eodem Ministro pro Provincia Tusciae redactae sunt et editae apud* AFH VIII, 179-82. *Pro scopo nostro variantes lectiones quae inter has Constitutiones exsistunt indicamus.*

In titulo: 1. constitutiones et] *om.* G. — 2. ordinis S. Francisci] Ordinis Minorum regularis Observantiae ac totius Ordinis S. Francisci G.

1. 1. furtum] alicuius *add.* G. — 2. quatuor] continuos *add.* G.

2. 1. frater] fratrum G.

3. 1. frater] fratrum G. — 3. ipsius] fratris *add.* G. — omnibus] *om.* G. — 4. competeret] competit G. — penis meis] *om.* G.

4. 1. quicunque] frater *add.* G. — 3. competeret] competit G. — 3-4. puniatur ... arbitriis] meis penis arbitriis subiaceat G.

5. 1. nec] et G. — 2. deinceps] aceptare *add.* G. — 3. mei] meo G. — 6. autem] etiam G. — 7. assignando ... generale] *om.* G.

6. 4. alio] aliquo G. — 5. et] etiam G. — magis] omnes *add.* G.

7. 3. etiam] *om.* G. — 4. teneantur] talibus *add.* G.

8. 2. vel] *om.* G. — seu] vel G. — impendens] impendere G.

9. 1. frater] etiam *add.* G. — patrum] fratrum G. — ipsius] fratris *add.* G

10. 1. diffinitorem] ipsius Capituli *add.* G. — 3. vel confessor monialium] *om.* G. — 4-5. de ... provincialis] *om.* G *et addit:* et quolibet anno eligatur in ipso Capitulo unus novus diffinitor; volens etiam quod qui per quatuor annos vacavit quoad diffinitionem intelligat[ur] etiam novus.

10a. Item Guardianus qui fuit per biennium continuum non possit institui confessor monialium.

10b. Item quicumque studens nedum in hiis que Dei religionisque honorem tangunt, sed etiam in hiis que ad religiosam et exemplarem conversationem spectant, notabiliter negligens et culpabilis fuerit et ut ita dicam in studio seditiosus, ita quod [1] iuditio R. P. Ministri provincie ac lectoris studii una cum P. Guardiano ac discretis loci ipsius studii, ipso studio privari ac ab ipso ammoveri [debeat], si expediens esset et opportunum, ex tunc vollo et iubeo quod talem [2] ipso facto a studio removeant et ad provinciam suam remitant.

11. 2. alios erga fratres] erga alios G. — 4. sui] *om.* G — 5. officio] sui *add.* G.

12. 3. plurima] plura alia G. — 4. partialitates] particularitates G. — 5. aliquo] alio quovis modo G. — 6. omnibus] *om.* G. — 8. arbitretur] ut supra G.

13. 6. videre] *om.* G. — scilicet et] seu G. — 7. sive] vel G. — 8. de] ab G. — provincie] *om.* G. — 9. ipse] *om.* G. — 12. vel renitens] *om.* G. — ex tunc] et ipso facto *add.* G. — 13. ab officio] sui *add.* G. — 14. legiptimorum] ipso facto *add.* G.

14. 6. reverendi] *om.* G. — provincie] provincialis G.

15. 1. provincie] *om.* G. — 2. semper] una *add.* G. — 3. fuit] fuerit G. — 5. etiam in] omnibus *add.* G. — fratres etiam] fratres et G. — 9. charitate] *om.* G.

16. 2. istius] ipsius G. — 3. relaxavi et] relaxavi etiam G. — *Deinde* G *omisit num.* **17** *et* **18,** *sed inserit haec:*

16a. Quod nullus frater sive Prelatus sive subditus etiam Minister provincie possit asportare sive asportari facere de loco ad locum ultra ducatos duos in pecunia absque licentia speciali R. Ministri generalis.

16b. Publicate et declarate fuerunt predicte constitutiones in Capitulo provintiali Ianue coram omnibus fratribus in Capitulo existentibus in S. Iacobo apud Papiam celebrato per supradictum R. P. Ministrum generalem die 4ᵃ maii 1519.

---

[1] Cod. *que.* [2] G *talis.*

16. — Ordinata et determinata per R. P. Fr. Franciscum Lichetum totius Ordinis Minorum Ministrum Generalem in Capitulo provinciali provincie Ianue celebrato in loco Salutiarum die 4 maii 1520.

1. Primo ordinavit et disposuit omnes fratres habere pro usu suo pannos hyemales et estivos ac mantellum, et unusquisque deferat secum seu deferri faciat dictos pannos de loco ad locum quando contigerit mutari. Et Guardiani locorum sive portinarii habeant curam de ipsis mittendis (1).

2. Item quod nullus frater audeat equitare sine consilio et consensu P. Guardiani et discretorum loci sub pena privationis vocis active et passive. Ipsi autem Guardiani et discreti habeant iudicare de necessitate equitandi et similiter Guardianus sub eadem pena non audeat equitare sine licentia discretorum loci.

3. Item quod [a] Ministro in visitatione monialium deputentur aliqui probati patres qui [184r] in Capitulo sint expressi et nominati et accommodati secundum diversitatem regionum.

4. Item quod ad monasteria monialium S. Clare ac tertii Ordinis nullus frater accedat sine licentia provincialis Ministri in scriptis habita (2), sub pena privationis vocis active et passive. Et Minister non det licentiam nisi pro urgentissima causa.

5. Item quod Guardiani sive qui fuerit ordinatus procurator loci cuiuscumque, singulis mensibus reddat vel reddi faciat rationem de datis et receptis cum duobus discretis. Et qui malitiose contrafecerint priventur offitiis suis (3).

6. Item quod Guardiani non teneant granum seu frumentum in loco, et si (4) inevitabilis necessitas id exegerit, detur clavis procuratori et vendatur omnino ante festum Omnium Sanctorum, cavendo scandalum secularium in vendendo seu deferendo (5).

7. Item quod habeatur bona charitas et cura in recipiendis forensibus (6) et dentur eis candelle.

8. Item vult et declarat litteras apostolicas predicatoribus concessas esse nullas nulliusque roboris et momenti, tam in provincia quam extra provinciam, uno casu excepto, videlicet valeant extra provinciam tantum quando quis mittitur ad aliam provinciam predicationis causa et requisitus a Ministro illius alterius provincie.

9. Item quod si quis ausus fuerit affirmare seu dogmatizare quod quilibet confessor potest absolvere a casibus reservatis etiam secretis, pro prima vice sit privatus actibus legitimis et si fuerit perseverans carceri mancipetur (7).

---

(1) Cf. *Stat.* IV, 10; *Ord.* 3, n. 2 et 4; 9, n. 4; 17, n. 1.

(2) *Stat.* III, 10; IX, 1. Supra, 364, nota 6-8. *Tusc.* (1507), 202, 4.

(3) *Narb.* Ehrle, 94; *Op.* 452b. *Assis.* 280-1, 7. *Farin.* Chrl. 67b; Gub. 52b: « semel infra quindecim dies ». *Bon.* (1497), 101: semel in mense.

(4) Cod. add. vocem vulgarem: *pur*, i. e. tamen. (5) Cf. *Ord.* 8, n. 1.

(6) *Apul.* 101, 12. (7) *Cap. Romae 1469*, Chrl. 137b; Gub. 120a. *Stat.* X, 17-9.

10. Item quod Minister provincie solicitet monasteria congregationum reduci ad clausuram ([1]).

11. Item quod nullus frater presumat detineri facere pecuniam vel eleemosynam in manu procuratoris sine scitu et licentia sui Guardiani, et nisi pro necessitate presenti vel imminenti ([2]). Contrafaciens sententie excommunicationis subicitur, a qua non potest absolvi nisi ab ipso Rmo Generali et a Ministro provincie.

12. Declaravit etiam Breve apostolicum [circa] prohibitionem practicarum ([3]) in electionibus permanere in robore suo; et ultra hoc contrafacientes privantur actibus legitimis ([4]).

13. Sacerdotes iuvenes faciant offitium clericorum usque ad sextum annum completum.

[184v]. **17. — Constitutiones facte in Capitulo S. Mauritii, presidente ibidem R. P. Fr. Bernardino de Quadralio, non solum ut Ministro provincie sed etiam ut Comissario R. P. Generalis, publicate in eodem Capitulo 25 aprilis 1521.**

1. Primo modificata fuit ordinatio facta anno proxime preterito in Capitulo Salutiarum de concessione pannorum. Et etiam modo conceduntur mantelli. Quo autem ad alios pannos servetur antiqua et laudabilis consuetudo provincie ([5]).

2. Item de ratione discretis reddenda per Guardianos, Vicarios seu procuratores locorum singulis mensibus ordinatum fuit quod tantum bis in anno rationem seu computum facere teneantur, sub pena privationis officiorum suorum ([6]).

3. Item ablata est excommunicatio [contra] sibi detinentes elemosynam sine scitu et licentia Guardiani ([7]). Et loco excommunicationis ordinatum fuit tales puniendos esse tamquam proprietarios.

4. Item confessores nolentes audire confessiones indifferenter priventur auctoritate et titulo confessorum ([8]), exceptis predicatoribus qui continue predicant et aliis multum senibus, qui longo tempore officium confessoris laudabiliter exercuerunt.

5. Item quod fratres omnes teneantur legere et servire ad mensam usque ad annum sextum decimum [religionis] completum ([9]), exceptis predicatoribus actualiter predicantibus et lectoribus.

(Continuabitur).

P. Anastasius Van den Wyngaert, O. F. M.

([1]) Cf. bullam Leonis X *Nuper per,* 12 martii 1516; ap. Wadding, XVI, Regest. 482, n. 2. ([2]) Cf. *Stat.* VIII, 28; *Ord.* 6, n. 7 et 21; 13, n. 1.

([3]) Cod. *prohibitum praticam.*

([4]) *Ord.* 10, n. 13; 12, n. 2; 14, breve, n. 1-5.

([5]) *Ord.* 16, n. 1. ([6]) *Ord.* 16, n. 5. ([7]) Cf. *Ord.* 16, n. 11.

([8]) Cf. *Stat.* V, 4. ([9]) Cf. *Ord.* 16, n. 13.

CONSPECTUS MISSIONUM

FAMILIAE CISMONTANAE ORDINIS FRATR. MINORUM

AN. 1627 ET 1628 CONSCRIPTUS

Inter paucissima volumina, quae ex antiquo Ordinis nostri archivo salvata ad nos pervenerunt (1), exstat « *Registrum omnium conventuum, provinciarum tam Familiae quam Reformationis, necnon Monialium cismontanae Familiae* », confectum annis 1627 et 1628 (2). In cuius fine enumerantur provinciae et custodiae missionariae hoc ordine: provincia Bosnae Argentinae, custodia Bulgaro-Walachiae, provincia Hungariae (3), custodia Constantinopolitana, custodia Terrae Sanctae.

Post destructa quatuor imperia Mongolica, in quibus Minores saeculo XIV multa et illustria facta peregerant, et progressus Turcarum, qui cunctos aditus in terras remotas Asiae obstruxerunt, Missiones Ordinis, saeculo XIV exeunte, ad parvum numerum sunt reductae. Remanserunt pauci Fratres in Marochio, Palestina ac Syria necnon Missiones in Europa orientali, ubi Minores in Bosnia arduum opus magnis cum tribulationibus continuarunt, inter Lituanos vero et Rutenos maiores labores et fructus invenerunt.

Novam quidem et iugiter procedentem epocham Missionum inchoarunt saeculo XV exeunte felices detectiones Hispanorum et Lusitanorum; vi tamen patronatus regibus Hispaniae et Lusitaniae a Sancta Sede concessi, Missiones Africae meridionalis, Americae utriusque ac Indiae anterioris fere omnino Missionariis Ibericis sunt reservatae; ceteris populis christianis tunc patuerunt Missiones Europae

(1) Cf. Lemmens, *De sorte Archivi generalis Ordinis Fratrum Minorum et Bibliothecae Aracoelitanae tempore Reipublicae Tiberinae (an. 1798, 1799),* in AFH XVII, 30-54.

(2) Codex manuscriptus (320×230 mm.); folia non numerata; plura, praecipue prima et ultima, corrosa. Nova ligatura; in dorso prioris legabatur: « *VII. Registro dei Conventi e Monasteri dell' Ord.* ». Hodie est vol. VII Registrorum.

(3) In capitulo generali anno 1606 celebrato statutum est: « *Ex duabus Ungariae provinciis una efficiatur, quae vocetur provincia Ungariae* »; ap. *Chronolog. histor.-legal.* I, Neapoli 1650, 529. Codex male addidit « *detta di S. Salvatore* ».

orientalis et paucae terrae Saracenorum in Africa septentrionali ac Asia minore. In hisce regionibus Minores saeculo XVII primas suas novas missiones, mediante praeprimis S. Congregatione de Propaganda Fide, receperunt. Iam 1601 coepit nova missio Ordinis in Bulgaria, quae anno 1614 transiit etiam in Walachiam. Antea nonnullae accesserant domus in territorio custodiae Terrae Sanctae, quibus aliae mox fuerunt additae. Isto proinde modo formatus est status ille, quem conspectus noster exponit.

Registrum incipit a provincia Bosnae Argentinae (1), quae tunc tota sub dominio Turcarum fuit; 16 enumerat loca, in quibus Minores habitabant, nullam addens notitiam, nisi solos titulos ecclesiarum. Ubique conspectus completur, pluries quoque corrigitur, a magna relatione quam die 29 maii 1623 P. Marianus Pavlović, Minister provincialis, transmisit S. Congregationi de Propaganda Fide (2). — In custodia Bulgaro-Walachiae enumerantur 60 Fratres et 12 Missiones; decem fuerunt in Bulgaria et duae in Walachia, in quam 1614 a principe Radul sunt vocati (3). — Plures notitiae dantur de domibus Hungariae, quae anno 1526 a Turcis expugnata, per annos 160 mansit terra missionaria. Conspectus insinuat innumeras tribulationes, quas Turcae, haeretici ac bella fere continua Fratribus pararunt, eorumque merita maxima, quippe qui ob defectum sacerdotum unici pastores fidelium essent. Septem nominantur domus; tres Gyöngyös, Szeged ac Czik (4) fuerunt sub dominio Turcarum, quatuor aliae in confinibus, multis ideo mutationibus et invasionibus subiectae.

Maioris momenti ea sunt, quae conspectus refert de custodia Constantinopolitana, in cuius historia multae adhuc habentur lacunae pluraque dubia. Prima vice hic occurrit titulus « Custodia di Costantinopoli » necnon series quatuor conventuum, qui huic attribuuntur. Indicatum haud videmus tempus, quo custodia erecta sit; quia deest in elencho provinciarum Ordinis, quem congregatio generalis anno 1621 Segoviae celebrata statutis generalibus inseruit (5), erectionem inter annos 1621 et 1627 evenisse putamus. Conventus Constantinopolitanus seu Perensis (Pera) a Gonzaga 1587 inter

(1) Est pars orientalis antiquae Bosnae, vocata Argentina a civitate principali *Srebrenica,* lat. Argentina (ab argento, = *srebro,* illic antea reperto).

(2) Quam ex archivo S. Congregationis (Scripta varia, an. 1622, fol. 143) edidimus in *Acta Ordinis Minorum,* XXI, 1900, 80-84. Ulteriores notitiae de singulis stationibus apud Eus. Fermendžin, *Acta Bosnae potissimum ecclesiastica*, Zagrabiae 1892.

(3) Plura apud Eus. Fermendžin, *Acta Bulgariae ecclesiastica,* Zagrabiae 1887.

(4) Czik fuit in Transsilvania, quae quidem principatus fuit, attamen sub dominio supremo Sultani.

(5) *Chronol. hist.-leg.* I, 652-4.

conventus Terrae Sanctae enumeratur (1), inter quos tamen non per longum tempus permansit. Ab anno 1590 enim usque ad annum 1621 capitula generalia instituerunt guardianum huius conventus; et custos Terrae Sanctae P. Franciscus Manerba iam 1604 Summum Pontificem rogavit, ut domus denuo iurisdictioni guardiani Hierosolymitani subiceretur (2). Conventus Chii, olim provinciae Ianuensi adscriptus, ex anno 1566, quo Turcae insulam expugnarunt, diversas sortes subiit. Anno 1579 capitulum generale eum provinciae Candiae adscripsit (3), unde Gonzaga eum inter conventus huius provinciae enumeravit (4). Anno vero 1606 capitulum generale statuit: « Conventus S. Francisci civitatis de Schio, qui olim erat provinciae Candiae, subiaceat provinciae Siciliae »(5); conspectus noster eum 1627 enumerat inter conventus custodiae Constantinopolitanae insimul cum conventibus Smyrnae et insulae Naxi, qui apud Gonzaga haud inveniuntur.

Ultimo loco datur conspectus custodiae Terrae Sanctae. Omnes quidam conspectus Terrae Sanctae habent magnum valorem suamque utilitatem, quia revelant providum zelum, quo Minores iura Ecclesiae latinae non solum fideliter defenderunt, sed et qualibet occasione propitia usi iugiter adauxerunt; hic tamen conspectus maiores ostendit progressus et initia novae periodi, qua custodia ultra limites Iudaeae tandem egressa, numero et operibus crevit. Sequitur iam fatus conspectus.

Provincia Bosnae Argentinae.

1. In oppido Argentina [Srebrenica] (6) S. Maria de Argentina.
2. In pago Foinitzes [Fojnica] S. Spiritus.
3. In pago Sutescae [Sutjeska] S. Ioannis Baptistae.
4. In pago Palumbi [Olovo] S. Mariae Gratiarum.
5. In pago Cresesci [Kresevo] S. Catharinae.
6. In propinquo Castri Alti [Visoho] S. Nicolai.
7. Apud Salinas Superiores [Tuzla] S. Mariae de Salinis.
8. Apud oppidum de Mordera [Modrić] S. Eliae prophetae.
9. In oppido de Nasice [Našice] S. Antonii de Padua (7).
10. In pago de Velika [Velika] S. Francisci (8).
11. In loco Fluminis [Visovać] S. Mariae Vichovaz.
12. Apud civitatem Maceriss [Makarska] S. Mariae de Mecaria (9).

(1) *De origine Seraphicae Religionis*, Romae 1587, 111; Venetiis 1603, 113.
(2) Lemmens, *Acta S. Congregationis pro Terra Sancta*, I, Quaracchi 1921, 7.
(3) *Chronol. hist.-leg.* I, 384. (4) L. c. 441; (502). (5) *Chronol.* I, 529.
(6) Nomina in uncis quadratis addita hodiernam verborum formam dant.
(7) Pavlović, 82, titulum S. Trinitatis nominat.
(8) Secundum Pavlović, 81: « dedicatus S. Christophoro ».
(9) L. c. 80: « dedicatus Divo Petro ».

13. Apud villam Lusibabam Smae Crucis (1).
14. Apud villam Zastrogh [Zaostrog] S. Mariae Gratiarum de Zastrogh.
15. In loco de Imotta [Imotzki] S. Petri de Imotta (2).
16. Apud Ramam [Rama] S. Petri de Rama (3).

Custodia Bulgariae.

Questa fu eretta in custodia dell' anno 1624; questa tiene dodici luochi: Chiprovaz, nel quale per l'ordinario stanno 15 frati. — Zelesna, nel quale stanno sei frati. — Copilovaz, nel quale stanno otto in dieci frati; vi potrebbero pero stare anco venti frati. — Clisura [Klisura], nel quale stanno tre frati. — Beliani, nel quale stanno tre frati. — Cinquefonti, nel quale stanno tre frati. — Lusani [Lužani], nel quale stanno tre frati. — Lusani Superiore (4), nel quale stanno tre frati. — Oresci, nel quale stanno duoi frati. — Provato, nel quale stanno duoi frati; non vi è chiesa che fu rovinata da Turchi. — Tarjoviste [Targovistea] in Valachia, nel quale stanno otto frati; ma al presente è occupata da Conventuali (5). — Campolongo [Campulung], nel quale stanno duoi frati.

Provincia d' Ungaria detta di S. Salvatore.

Conventi dell' Osservanza di detta Provincia.

Haec Provincia Sancti Salvatoris Ungariae, dum olim in flore esset, habuit 72 monasteria; nunc autem inter Turcarum et Haereticorum dominia et possessiones desolata, habet septem loca (6).

Principalis locus, ubi maior numerus est fratrum, oppidum Geongios [Gyöngyös] in ditione Turcarum, sine muro et munitione aliqua; tantummodo ob devotionem populi manent ibi fratres moderno tempore numero 26 una cum novitiis, qui sunt numero 8. Templum intitulatum Visitationis B. M. V.; hic est infirmaria.

Alter locus est in misera et aliquoties conflagrata civitate Zakolsza [Szakolcza] in confinibus Ungariae et Moraviae sita; intitulatur B. M. V. de Compassione. Fuerunt etiam fratres expulsi per milites haereticos anno 1606 et post annum denuo revocati. Pro nunc manent fratres 16, novitii 4. Hic est infirmaria.

---

(1) Apud Pavlović, 80, hoc nomen haud legitur, sed conventus nominatur « Crux sancta ».

(2) L. c. « dedicatus S. Patri N. Francisco ».

(3) Pavlović addit conventum 17: « Salina inferior, dedicatus S. Petro », quem etiam Gonzaga, 535 (588 2), nominat. Praeterea apud Gonzaga inveniuntur 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 10, 11, 12, 14, 16.

(4) Cf. Fermendžin, *Acta Bulgariae,* 19. Alia nomina legas: Ciprovaz, Capilovaz; tunc: Belani, Cinquefonti = Petikladenzi; infra: Orascie; dein: alias Targovište et Kampuluj.

(5) De restitutione huius domus ad Fratres Minores v. decretum Innocentii X, die 16 maii 1647 datum, apud Fermendžin, 179.

(6) Gonzaga, 509, (582-3 2), nominat 1, 2, 4, 5.

Tertius locus est Zecziek [Sziszek] praesidium S. C[aesareae] M[aiestatis] in confinibus Turcarum; a Turcis olim possessus 40 annis, ubi monasterium totaliter fuit destructum, excepta parte aliqua templi; vicissim incipiendo ab anno 1610 ex parte reaedificatum est per piae memoriae Palatinum Sigismundum Forgacz [Forgács]. Intitulatus S. Iacobi. Fratres ibidem manent decem, omnes professi, qui debent exercere officia parochialia, siquidem non est copia sacerdotum, et prout fuit indultum in Capitulo provinciali.

Quartus locus est civitas Zeged [Szeged] inter Turcas, versus Constantinopolim; in civitate manent Turcae, extra manent christiani, ubi est monasterium, quod intitulatur B. M. V. ad Nives, ubi fratres manent sex. Debent officia parochialia exercere ob defectum sacerdotum, ubi ad multa milliaria germanica non reperiuntur.

Quintus locus est in Transilvania sub Betleen Gabor [Betlen Gabor]; nomen regionis Czik [Csik]. Monasterium in campo situm, quod intitulatur B. M. V. Assumptae. Modo manent fratres professi octo; de novitiis non constat, siquidem procul est et accessus difficillimus.

Sextus locus est civitas Hradist [Hradisch] in Moravia, ex parte desolata propter milites. Monasterium intra muros B. M. V. Annuntiatae habitatur a fratribus professis 8 et ultra.

Septimus locus est Filek [Fülek], praesidium Suae Sacrae Maiestatis contra Turcas. Monasterium olim fuit extra oppidum, sed a Turcis funditus eversum. Nunc autem ab anno 1610 stipendiis militum fuit extructum in oppido penes murum arcis, sed per Betleen Gabor vicissim bis fuit conflagratum hisce temporibus. Pro nunc vicissim aliqua ex parte reaedificatum, et ad instantiam magnifici D. Thomae Bosniach, Capitanei supremi, et militum dati sunt illuc fratres tres, qui similiter ob penuriam sacerdotum debent sacramenta administrare. Locus siquidem fuit de novo extructus, nec fuit consecratus, quapropter caret titulo.

Custodia di Costantinopoli.

In Costantinopoli vi sono tutte queste chiese possedute da Latini et anco officiate [1]. — Prima chiesa: S. Francesco. Convento delli Padri Conventuali; convento formale e chiesa bellissima, ove vi staranno otto religiosi, che vi vivono d' entrate et helemosine e questa è parocchia. — Seconda chiesa: S. Pietro. Convento delli Padri Dominicani; convento formale, chiesa parochiale con un bel giardino, con 8 frati di S. Domenico. Questi vivono d'entrata e d' helemosine. — Terza: S. Benedetto. Convento delli Padri Gesuiti; convento compito, con chiesa et horto; et circa 8 o 9 religiosi Gesuiti vi dimorano. — Quarta: S. Georgio, luogo delli Padri Cappuccini. Chiesa compita; ma il convento non è compito, e vi stanno quattro frati Cappuccini. — Quinta: Sta Anna. Chiesa catedrale, che l' officiano li Padri Conventuali. — Sesta:

(1) Cf. M. A. Bélin, *Histoire de la Latinité de Constantinople, II éd. par le* R. P. Arsène de Chatel, O. Cap., Paris 1891, 77ss.

S. Nicolò. Chiesa dentro Costantinopoli servita da Padri Dominicani. — Settima chiesa: di S. Bastiano, che vi si và ad officiare da diversi religiosi. — Ottava chiesa: S. Giovanni, hospidale per li Christiani latini.

La chiesa di Sta Maria di Drapper in Galata [1]. Questo è convento delli Frati Minori Osservanti vicino a Costantinopoli, che non vi è in mezzo altro che un canale grande di mare. Questo convento realmente non ha forma reale di monasterio, ma è come una casa grande con dieci stanze da dormire, senza giardino e senza stanza di refettorio, e con una cisterna. Ma la chiesa è compita et è devotissima, e dentro vi sono sette altari. E detta chiesa è sostentata con sei colonne, tre da una parte e tre da un' altra parte; e vi è una imagine di Maria Vergine devotissima e miracolosa appresso l' altar maggiore. E questa è chiesa parochiale, e dentro vi sono erette due confraternità, una del Carmine et un' altra di S. Rocco.

Il guardiano di detto convento è solito menar seco 14 frati; tre delli quali sian laici. In sin adhora il guardiano di questo convento ha goduto questo privilegio d' esser vicario patriarchale delli Latini, e però il Padre che vi và guardiano, avanti che si parta d' Italia, deve portar seco detta facoltà ottenuta dal patriarcha latino [2].

Questo convento suole havere quattro Cappellanie. — Prima: la chiesa di S. Antonio in Galata, miracolosissima, se ben questa alle volte và variando, perchè sta alla volontà delli maestri della chiesa. – Secunda: Visitàs [3] bagno di schiavi. — Tertia: l' Arsenale ò bagno del Gran Signore. — Quarta: Sta Maria di Costantinopoli; ma questa sta anco alla voluntà delli Maestri.

In queste quattro cappellanie vi và un frate saerdote per luogo, e ciaschedun di essi ha facoltà d' amministrare tutti i sacramenti e far tutto quello officio che deve far un parochiano. Questo convento di Sta Maria di Drapper, come si è posseduto e quanto tempo dalli Frati Osservanti, veggansi le scritture registrate in questo registro [4].

Secondo convento delli Frati Minori di questa Custodia è Santa Maria delle Smirne. E questo è quasi formale con la chiesa compita; e vi stanno due frati sacerdoti et un laico; et è chiesa parochiale con il battisterio. E questa chiesa è delli signori venetiani mercanti. Et hora vi è Presidente il P. fra Pietro di Verona, predicatore, di sua età circa 44 anni, qui [= chi] è stato molti anni in quelle parti con buon esempio.

---

(1) Donatio huius loci, Fratribus facta a domina Clara de Draperis, approbata est a Gregorio XIII, die 8 martii 1585; cf. breve in *Orbis Seraphicus, De Missionibus*, II, 719, Quaracchi 1887; plura apud Calahorra, *Historia cronologica della Provincia di Syria e Terra Santa*, l. VI, c. 7, Venezia 1694.

(2) Ab anno 1629 hoc officio functi sunt soli Patres Conventuales usque ad annum 1652, quo decreta est « unio vicariatus Constantinopolitani cum suffraganeatu eiusdem »; cf. Lemmens, *Hierarchia latina Orientis*, Romae 1923, 271, 273. (3) Bélin, l. c. 337: « Bechiktasch ».

(4) In volumine nostro nihil hac de re habetur.

In questa terra delle Smirne vi è un'altra chiesa delli mercanti francesi, la quale per molti anni fu posseduta da Frati Minori Osservanti; ma da tre anni in circa in qua li detti signori francesi levorno li Frati nostri e messero li Gesuiti, li quali, per quanto è venuto avviso, hora li detti Gesuiti sono stati scacciati da Turchi (1). — Dalle Smirne a Costantinopoli vi saranno 400 e più miglia di mare.

Terzo convento di questa custodia è S. Nicolò de l'Isola di Scio [Chios]. Questo convento è dentro la città, ma non è formale, e vi saranno circa cinque celle, e vi possono stare quattro frati, tre sacerdoti et un laico. Questa è guardiania, e al presente vi è guardiano il V. P. fra Giovanni Battista di Chiavari, della provincia di Roma, confessore e predicatore, di sua età 34 anni, e vi è stato circa due anni. Questi tre sacerdoti ogni venerdì e tutte le feste solenne dell'anno servono in dir messa alla chiesa della Nobiltà di Scio. — A questo convento fuori della città i nostri frati vi hanno una chiesa intitolata le Stimmate con un pezzo di terra attorno. E questo convento è stato donato alla Religione di Frati Minori dalla nobilissima casa di Giustiniani. E detto convento ha alcune entrate ferme, che arrivaranno a 100 scudi, e forse più, oltre le limosine delle messe et altre limosine.

In Scio vi sono anco altri Religiosi latini. — Primo: S. Sebastiano, convento di Padri Dominicani; convento bellissimo e formale, che vi possono stare 12 frati, e vive d'entrate ma ordinariamente vi stanno due o tre frati. — Secondo: S. Antonio di Padri Gesuiti, convento compitissimo, che prima era della Religione di Frati Minori, et à tempo di Papa Clemente 8. furno remossi detti Frati, e vi furono introdotti li Gesuiti (2); e vi stanno da 9 Gesuiti. — Terzo: La chiesa catedrale del vescovo latino e preti latini con molte altre chiese sog-

(1) Cf. A. Rabbath, *Documents inédits pour servir à l'histoire du Christianisme en Orient*, I, Paris (s. a.), 361. Eodem tempore Patres Societatis Iesu expulsi sunt e Constantinopoli, l. c. 354 ss., agentibus « les Venitiens, Anglais et Hollandais ».

(2) Plures habentur conventus Minorum in insula Chio. « *Domus S. Francisci Chiensis Ordinis Fratrum Minorum* » memoratur anno 1438, quo Eugenius IV die 29 aprilis « *cappellam S. Andreae apostoli* » a nobili viro Andreolo Iustiniano in ecclesia huius domus constructam visitantibus indulgentiam elargitur; Wadding, *Annales*, ad an. 1438, n. 31; *Regest. Pontificium*, p. 353. — Anno 1484 capitulum generale Observantium statuit, « *quod locus Chii acceptetur et applicetur provinciae Ianuae et eius regimini* »; ap. *Chronol.* I, 143; Wadding, ad ann. 1484, n. 47. — Gonzaga, *De origine*, 441 (509²), tertiam domum nominat scribens: « *Cum Minoritanus conventus in insula Chio ... olim constructus atque provinciae Genuensi subactus ab immanissimis Turcis direptus exustusque* [1566] *fuisset, 8 fratres eius accolae ad aediculam S. Antonii non longe ab eo distantem ... conventum ibidem ex Chioniorum eleemosynis aedificandum curarunt* ». Hunc locum, quem « *unus tantum religiosus incolebat* », episcopus Chiensis Patribus Societatis Iesu an. 1592 concessit, quod Clemens VIII die 2 aprilis 1596 ratum habuit; *Annales*, ad ann. 1592, n. 105.

gette al detto vescovo latino. — Da Scio sino a Costantinopoli vi sono 550 miglia.

Quarto convento di questa custodia è Nicsia [Naxos]. Questa è isola grande, e qui è convento, che vi possono stare cinque religiosi; et è fuori della città e tiene giardino e vigne. E non vi sono altri religiosi latini, perchè li Padri Gesuiti vi andorono e dipoi di quivi furono scacciati. In questa isola vi è anco la chiesa catedrale di Mons. arcivescovo latino con suoi preti latini. Da Nicsia a Costantinopoli vi saranno 600 e più miglia. Quasi in tutte l'isole dell' Arcipelago vi stà un vescovo latino. Onde in ciascheduna di dette isole potrebbono andar frati nostri per giovare alle anime con prediche e confessioni, quando sapessero la lingua greca e turchesca.

Custodia di Terra Santa [1]. Anno 1627.

In questa Custodia di Terra Santa li Frati Minori Osservanti vi hanno sei conventi e sette cappellanie e con alcuni hospitii e chiese officiate secondo i tempi da detti Frati Minori Osservanti.

Onde in Gerusalemme dentro la città vi sono due conventi delli detti Frati Minori Osservanti. — Primo: il convento di S. Salvatore, che gli fu dato ai Frati nostri, quando da Turchi gli fu levato il luogo di Monte Sion [2]. E questo convento di S. Salvatore è compito e sta dentro la città in bellissimo sito e vi sogliono stare di famiglia 28 Frati Minori. In questa chiesa vi sono cinque altari: primo dello Spirito Santo, secondo del Santissimo Cenacolo, terzo di S. Tomaso apostolo, quarto di S. Francesco, quinto di S. Rocco.

In questo convento vi è una bella speciaria et infermaria et anco libraria; vi sono due giardinetti; vi è il forno da fare il pane; vi sono 8 cisterne tra grandi e piccole, e vi sono anco molte stanze secrete per nasconder frati e robbe nell' occorrenze.

Il guardiano di questo convento ha questi titoli: legato a latere del Papa, guardiano di Monte Sion e commissario di Terra Santa. E tra li molti privileggi concessoli da Sommi Pontefici, Calisto 3° li concede, che possa usare li pontificali, far la Cresima e dare la prima tonsura come li abbati; e di questo n' apparisce privilegio in carta pargamena [!]. Et anco per vivae vocis oraculo d' alcuni Sommi Pontefici [3], et in particolare di Papa Sisto V gli è concesso fare i Cavalieri del Santissimo Sepolcro [4]. Ma in questo il guardiano deve andare con grandissimo ri-

---

(1) Iam editum apud *Diarium Terrae Sanctae,* II, Hierosolymis 1909, 143-5. Hic nonnulli errores istius editionis corriguntur et annotationes adduntur.

(2) Mense octobri 1558; cf. Castellani, *Catalogo dei firmani conservati nell'archivio della Custodia,* Hierosolymis 1922, p. 21, n. 135.

(3) Eadem privilegia enumerat *Reductorium Hierosolymitanum Fr. Iosephi de Brunis,* Venetiis 1616; cf. Lemmens, *Acta,* I, 46. — De illo *Reductorio* agit Civezza, *Saggio di Bibliografia Sanfrancescana,* Prato 1879, n. 100.

(4) Iam concesserat die 1 octobris 1525 Clemens VII; cf. Quaresmius, *Terrae Sanctae elucidatio,* Venetiis 1880, I, 328; *Diarium Terrae Sanctae,* V, 14.

guardo, perchè tra detti Cavalieri del Santissimo Sepolcro et altri cavalieri nelle parti d' Italia son nati grandissimi rumori per rispetto della precedenza [1]; onde alcun Papa se n' ha risentito sopra di ciò.

Secondo convento è del Santissimo Sepolcro di Nostro Signor Gesù Cristo, che sta pur dentro la città di Gerusalemme, e qui sogliono stare continuamente 8 frati, 7 sacerdoti et 1 laico. In questo convento vi sono alcune conserve o luoghi secretissimi, anco appresso a frati, ove son nascosti le cose di detto santissimo luogo, tanto le campane che sono 13 in numero, quanto argentarie e piombo in molta quantità per far accomodar le tribuni.

S' avvertirà che in detta chiesa del Santissimo Sepolcro vi sono più nationi di christiani, cioè Greci, Armeni, Gorgiani, Abbassini, Soriani, Goffiti, Nestorini [!] et Latini, che sono li Frati Minori Osservanti. Tutte queste nationi sono serrate dentro detta chiesa del Santissimo Sepolcro, la chiave del quale la tiene il cadi turco.

Luoghi che li Frati Minori Osservanti al presente possedono dentro la chiesa e convento del Smo Sepolcro. — 1° Il Smo Sepolcro, ove fu sepolto Christo, Signor nostro; 2° la pietra dell' ontione; 3° il Monte Calvario, ma solo il luogo della crucifissione, perchè il buco della Santa Croce è delli Greci Gorgiani; 4° il luogo dell' inventione della Croce; 5° ove apparse Christo à santa Maria Madalena; 6° ove apparse Christo à Maria Vergine, dopo che resuscitò [2]; 7° tutte le loggie di sopra che sono arcati; 8° tutte quelle habitationi, che sono a piena terra, passata la cappella dell' apparitione di Christo a Maria Vergine, ove al presente li frati dicono l' officio divino, le quali habitationi saranno circa 16 stanze tra officine, celle da dormire [per] i frati; 9° vi è anco un horticello piccolo.

S' avvertirà anco quali siano le lampade che li Frati Minori Osservanti mantengono accese [3]. — 1° Dentro il Smo Sepolcro di Christo 17 lampade e cinque di fuori; 2° sopra la pietra dell' ontione tre; 3° sopra il Monte Calvario 35 lampade; 4° all' inventione della Croce 5 abasso e 2 altre lampade per la scala; 5° ove apparse Christo à Madalena una lampada; 6° ove apparse Christo à Maria Vergine, sono cinque o sei lampade.

Nota che la Domenica delle Palme dopo mangiare si fa una processione sollennissima da tutti li Frati Minori Osservanti, partendosi da Betfage e venendo in Gerusalemme al Smo Sepolcro; et il P. Guar-

---

(1) De hoc titulo multisque eiusdem adversariis cf. Quaresmius, I, 497-514.

(2) In relatione, quam custos P. Franciscus Manerba 1604 Clementi VIII misit. enumerantur loca 1, 2, 3, 4, 6; de loco quinto dicit: « *Quella di S. Maria Madallena da Gregorio XIII fu levat' a noi e data a Nestorini* »; Lemmens, *Acta*, I, 9, 10. Cum tamen Nestoriani « a fide catholica defecissent, locus ut antea fratribus Minoritis obvenit » ; *Annales*, ad an. 1617, n. 5. An. 1638 sub custodia Minorum ostenditur; cf. Lemmens. l. c. 123.

(3) Quarum numerus saepe accrevit; P. Manerba 1604 numerat 64; l. c. 9; hic iam numerantur 73.

diano va dietro alla processione a cavallo sopra un asino, e tutti gli altri frati, che vanno inanzi, portano una palma per ciascheduno in mano (1).

Nota che dentro la chiesa del Smo Sepolcro la sera del Venerdì Santo dopo l'Ave Maria si fa una processione sollennissima, la qual compita da Frati Minori Osservanti se ne vanno sopra il Monte Calvario, e quivi fanno la disciplina tutti.

Terzo convento della custodia di Terra Santa è quello di Bethelemme, e questo è convento bellissimo e compito con celle et altre officine et con un bellissimo giardino murato attorno con muraglie alte.

Questo convento ha tre chiese: 1° la chiesa grande con tre navate, con bellissime colonne di pietra da una parte e l'altra; 2° la chiesa di santa Catherina, ove li Frati Minori Osservanti dicono l'officio; 3° la chiesa o cappella d'abbasso. Et in queste chiese niuna natione di christiani vi ha che fare in giuriditione alcuna, eccetto che li Armeni alcuni anni in quà hanno ottenuto per via del Turco di posser celebrare nella lor festività nella chiesa o cappella d'abbasso del Smo Presepio.

Nella qual chiesa o cappella vi sono tutti questi altari e luoghi, quali assolutamente son di Frati Minori Osservanti: 1° ove nacque Christo (2); 2° ove appo i Magi adorarno Christo; 3° il Smo Presepio; 4° S. Gioseffo; 5° li santi Innocenti; 6° S. Eusebio; 7° S. Paula; 8° il sepolcro di S. Geronimo; 9° l'oratorio di S. Geronimo, ove tradusse ecc. (3).

Questo convento di Bethelemme ha a se annesso il luogo, ove apparse l'Angelo a i Pastori; e quelle olive, che ivi sono, i Frati Minori Osservanti se li prendono. Et il giorno di Natale di Christo li detti frati dopo magnare vanno a cantare in quella cappella ruvinata il *Gloria in excelsis Deo.*

Questo convento ha una vigna verso la cisterna di David assai bella, della quale i frati raccogliono l'uva, el vino e frutti.

Nota che li Frati Minori Osservanti dovranno stare in su l'avviso di non dare in modo alcuno nelle mani di persona vivente fuori di detti Frati le chiavi di quelle porte di bronzo che sono alla chiesa o cappella d'abasso del Smo Presepio, perchè molte nationi di christiani hanno pretenduto haverne alcuna di dette chiavi, e vi sono state gran liti. Ma nell'occorrenze apriranno dette porte, avertendo subito cavar le chiavi e tenerle appresso di se.

Nota. S'avvertirà che detti Frati Minori Osservanti non debbiano perdere la giuriditione della chiesa grande di sopra, onde li detti Frati procuraranno al meno ogni sabato per se stessi spazzarla e non per il torcimanno.

---

(1) De modo et historia huius processionis cf. praeter alios Mariano Morone da Maleo, O. F. M., *Terra Santa nuovamente illustrata*, I, Piacenza 1669, 213-6.

(2) Hunc locum Graeci pecunia et mendaciis Latinis 1757 eripuerunt.

(3) Ita codex; secundum traditionem S. Hieronymus ibi vertit S. Scripturam.

Nota che li Frati Minori Osservanti, nella vigilia dell' Epifania, nella detta chiesa grande publicamente li detti Frati parati con la croce esposta in alto, son stati sempre soliti benedir l'acqua con gran sollennità conforme al rituale romano e che si usa in Venezia.

Quarto convento della custodia è la Sma Nuntiata di Nazaret (1), puoco anni fa pigliata; et a questo convento vi dimorano sei frati.

Quinto convento è S. Maria dell' Arnica dell' isola di Cipro nel luogo detto l' Arnica; e vi stanno tre religiosi et un laico (2).

Sesto convento di detta custodia è la Sma Concettione della città di Aleppo; e vi stanno tre sacerdoti et un laico, e questi al servitio della natione di Venetiani (3). Qui in Aleppo sta anco un Frate Minore Osservante al servitio di Francesi, e sta fuor del convento in casa del consolo di Francia.

A questi sei conventi il superior d' essi ha il titolo di guardiano.

Nota che li Frati Minori Osservanti di Gerusalemme hanno giuriditione della chiesa del Smo Sepolcro della Madonna Sma della Valle di Iosaphat. Onde il giorno dell' Assumpta vi vanno a cantare la messa parata e tutti quanti li sabbati a dire la messa. Et anco hanno giuriditione sopra la cappella, che sta nel Monte Oliveto, dove Christo ascese in cielo, ove li detti Frati vanno ad officiare la dentro il giorno dell' Ascensione.

Nota, che li detti Frati del convento di Gerusalemme hanno nella terra di Rama un bellissimo e compito hospitio (4), e medesimamente nella città di Gaza il detto convento di Gerusalemme vi ha un hospitio, che l' hanno in cura certi christiani (5).

Cappellanie che li detti Frati Minori Osservanti tengono al presente in quelle parti orientali.

Prima cappellania è Scandrone o Alesandretta, ove stanno doi di detti Frati sacerdoti, uno per la natione veneziana e l' altro per la natione francesa (6).

Seconda capellania è la città di Damasco, ove sta uno di detti Frati sacerdoti (7).

---

(1) Quem sanctum locum Latini anno 1620 acquisiverunt; cf. relationem P. Thomae Obicini de Novara ap. *Diarium Terrae Sanctae*, II, 105-11.

(2) Quo loco Minores habitare coeperunt anno 1593; cf. Calahorra, l. VI, c. 12.

(3) Post insulam Cypri anno 1571 Venetianis a Turcis ereptam mercatores venetiani a Barutho recedentes mercimonium in civitatem Aleppi transtulerunt: « *recesserunt et Fratres nostri, cum nulli essent, qui illis victum suppeditarent* »; Gonzaga, 110-1 (113²); cf. Quaresmius, *Elucidatio*, II, 681.

(4) Quod custos P. Gerardus Chauvet inchoavit anno 1392; cf. Castellani, *Catalogo*, n. 27, 28, 32; Golubovich, *Biblioteca*, V, 266ss.

(5) Emptum anno 1588; cf. Verniero, *Chroniche d. Terra Santa* ad hunc annum; Calahorra, l. VI, c. 12.

(6) Cf. Lemmens, *Acta*, I, 5; Mariano Morone, I, 403.

(7) Morone, I, 385.

Terza cappellania è Saida, ove è uno di detti Frati Minori sacerdoti; e qui da doi anni in qua sono andati anco li Padri Cappuccini (1).

Quarta cappellania è la città del Cairo, ove stanno tre sacerdoti, doi in casa del consolo di Venetiani e l'altro in casa delli Francesi (2).

Quinta cappellania è Roscetto, ove è un Frate Minore Osservante sacerdote per li mercanti (3).

Sesta cappellania è Alessandria d'Egitto, ove stanno doi Frati Minori Osservanti sacerdoti, uno per li Francesi e l' altro per li Venetiani (4).

Settima cappellania era quella della citta di Tripoli in Soria, ove dimoravano doi di detti Frati Minori Osservanti sacerdoti (5).

Nota che detti cappellani Frati Minori Osservanti hanno authorità dal guardiano di Gerusalemme, legato a latere del Papa in quelle parti, di vedere le [obbedienze o] patenti di quelli religiosi che vanno in quei luoghi. Però il P. [guardiano di] Gerusalemme manda i suoi frati cappellani, e nelle patenti, [che gli fa, farà menzi]one di questo; e detti frati cappellani procureranno su[bito, lette dette patenti, prender] copia [anche delle] obedienze o patenti e mandarle in [Gerusalemme, affinchè il P. Guardiano li possa] ricopiare in un libro (6).

Romae. P. Leonardus Lemmens, (†) O. F. M.

(1) Advenerunt Minores 1620 cum licentia principis Fachreddin; de initiis Capuccinorum cf. Lemmens, *Acta*, I, 49ss.

(2) Habitare coeperunt hic Minores saeculo XVI; cf. Lemmens, *Acta*, I, 4. Gonzaga, 113 (116²), agens de Cairo haud memorat Minores: nominantur tamen in litteris recommendationis, quas Petrus Bertieri, residens regis Galliae apud Sultanum, die 12 febr. 1584 dedit Minoribus: « *residenti in Tripoli di Soria, Aleppo, Alessandria, Cairo, Costantinopoli ed altri luoghi di Levante;* Verniero, *Chroniche*, l. VII, cap. 20.

(3) Haec prima notitia de hac statione esse videtur.


(4) Nominatur in litteris recommendationis supra nota 2 citatis et a P. Manerba in sua relatione; cf. Lemmens, *Acta*, I, 4.

(5) Missio haec, anno 1582 incepta, anno c. 1619 derelicta est propter crudelitatem praefecti Turcae, qui 60 mercatores fecit interfici, unde commercium translatum est in portum Scanderonam; cf. Calahorra, l. VI, c. 7 et 36; Quaeresmius, II, 687.

(6) Pluries S. Congregatio in primis illis annis de hisce patentibus egit; cf. Lemmens, *Acta*, I, 39.



CODICOGRAPHIA



DESCRIPTIO CODICUM BELGO-FRANCISCALIUM
DIVERSIS IN LOCIS ASSERVATORUM

(Continuatio) (¹).

16. — Legenda S. Coletae abbreviata.

Cod. **22** archivi conventus Minorum Gandavensium. Antiquitus signatus **B. 4,** vel **n.º 6,** vel etiam **gk. 29.** Chartaceus, constans ff. 50 (quinque scil. quinariorum), 1 semifol. et 1 + 1 ad custodiam; dimensionis mm. 170×109.

Volumen obtegitur et custoditur membranea ligatura, in qua scriptum: « *Legenda minor beate Colete. Platina. 1.* ». Unica manu descriptus est textus, ad finem vergente saeculo XV, vel ineunte saeculo XVI. Notulae vero quae ipsam sequuntur Legendam, foliis scil. 45r-8r, variis ab amanuensibus saec. XVI adiectae fuere, sola additione ultima excepta, quae est mediantis saeculi XIX. Initiales et litterae maiusculae omnes minio rubro vel colore flavo ornatae sunt, dum lemmata lineola subducta exsistunt.

f. 1. *Rubr.* Legenda seu vita dive virginis sororis Collete, per venerabilem fratrem ordinis Minorum fratrem Petrum de Remis, quondam confessorem eiusdem virginis composita. Primum fuit in gallico per eum descripta statim post dicte virginis obitum salutiferum, deinde per reverendum sacre theologie professorem eximium ordinis Minorum Magistrum Stephanum de Juliaco ex gallico in lattinum transsumptum circa an. Dom. MCCCCXLIX, tandem per honorabilem discretumque dominum, olim priorem Monasterii S. Bavonis iuxta Gandavnm ord. S. Benedicti, magistrum Oliverum de Langhe ex lattino in teutonicum seu flamingum translata an. D. 1451. — Sequitur prologus. *Incip. prol.* Altissimi conditoris. *des.* f. 3v. certitudinaliter constat coram Deo pluries sic fuisse nominatam. = Cf. *Biblioth.*

(¹) Cf. AFH XXI, 362-70, 591-600.

hag. lat. n. 1869, et AA SS Mart. I, 539-55. — Series lemmatum capitum hic desiderabatur; ideoque postea (saec. XVI) in fol. dimidiato addita fuit. — f. 3. *Rubr.* Articulus primus. De statu sue mirabilis infantie signanter dotato Dei cognitione variisque donis gratiarum et charismatum suis a Deo parentibus gratanter collatis. *Incip.* Maiestatis intermine supreme Deitatis ad cultum. *des.* f. 36: verus optimus maximus omnipotens Deus per inf. sec. sec. Amen. = *Bibl. hag. lat.* n. 1869; AA SS l. c. 540-78. Textus codicis plures sed minoris momenti affert variantes; ast singula capita, aliquo loco dempto, in cod. exsistunt. — *Rubr.* Explicit extractus vite sororis dive Colete.

f. 36. [Epilogus]. Prout refert egregius ille doctor actor legende beatissime Clare, illa sunt. *des.* f. 45: sororis Colete ancillule Domini nostri I. C. cui ... Amen. = AA SS l. c. n. 201-6. — *Rubr.* Explicit quedam compendiosa narratio perfectissime vite sororis Colete ex maiori eius legenda succinctim extracta. Qui autem latiorem operum suorum notitiam habere voluerit, illam inspiciat, et multo plura ibidem reperiet, de profunditate virtutis sue precellentis humilitatis, qua se per totum sue vite spatium vilem ... (sequitur quasi paraphrasis maioris Legendae capitum II, IV, VIII, IX, X, XVI, XVIII). *des.* f. 47v: de his omnibus per modum summarii breviter hic adiunctis ex prefata legenda maiori compendiose conscriptis. Qui plenius informationem exinde habere exoptat, illam, ut prehabitum est, inspiciat, que de cunctis huiusmodi diffusius tractat.

« Nota. Hanc Dei ancillam ut beatam coluere Franciscani et moniales S. Clarae per officium ecclesiasticum, quidam asserunt proprium, quidam de communi, de licentia Clementis VIII, Pauli V, Gregorii XV et Urbani VIII. Quando corpus elevatum fuit anno 1747, multa miracula patrata sunt, quae ab Episcopo Romam missa sunt pro canonizatione. Anno vero 1783 conventus fuit suppressus et divenditus. Moniales plurimae cum sacris reliquiis Galliam petivere ad conventum in Polygni. Redierunt Gandam cum s. mantello et in variis domibus habitarunt. Tunc temporis, id est anno 1807, Romae inter sanctas relata est a Pio VII, et tandem anno 1838 fundum et domum acquisiere prope Begginagium maius, in quo habitant et conventum cum ecclesia in honorem S. Coletae dedicatum occupant, ex quo mirum in modum per Belgium, Angliam, Franciam et Borussiam cum benedictione Dei et S. Coletae matris eius [!] sese transplantarunt ». = Hanc notulam finalem amanuensis saeculi XIX adiecit.

17. — Postillae Nicolai de Lira.

Cod. **453** (447) in bibliotheca Academiae Gandavensis, conflatus ex ff. 203 (+ 1 et 1 ad custod.) chartaceis, dimens. 278×207 mm.

Modernis nostris temporibus volumen de novo coopertum est: margines inferiores nonnullorum foliorum integrae desiderantur, a soricibus, uti videtur, devoratae. Ineunte saeculo XVI, amanuensis sat accurate

textum describebat usque ad fol. 174 v.; duo alii scriptores opus compleverunt. Rubricatae exstant litterae initiales capitum, dum textus Scripturae Sacrae et maiusculae omnes lineolis miniatis ornantur. Tituli tractatuum margines superiores paginarum percurrunt. Fol. 201 v legitur: « *Nota. Mvᶜxliii Amelberge virginis, de sacellanatu de Hulsterloe et Censiterie erant multe commotiones et scandala* ».

f. 1 r a-69 r a. [**Postilla in Evang. Ioannis**].

Deus assit. *Incip. prolog.* Facies aquile desuper ipsorum quatuor. Ezech. 1. Ezechiel propheta cui aperti. *des.* fideliter inquirentibus ipsam. *Incip.* In principio erat verbum etc. Secundum quod patet ex predictis. *des.* propter eorum excellentiam ... nomine etc. — Explicit postilla super Iohannem. = Dempto finali, textus concordat cum cod. *204* Acad. Leodiensis; v. AFH V, 740.

f. 69 r b-142 r b. [**Postilla in Evang. Matthaei**].

Incipit prologus super Matheum. *Incip. prol.* Quatuor facies etc. Ezech. primo. Secundum quod scripsit b. Gregorius. *des.* Quatuor evangeliste: sic textus est. *Incip.* Liber generationis Ihesu Christi. Evangelium. *des.* deficiat fides Petri ad laudem.... Sic finitur Postilla super Matheum. = Excepto prologo omnino concordat cum cit. cod. *204*.

f. 142 r b-160 v a. [**Postilla in Evang. Marci**].

Incipit postilla super Marcum. *Incip. prol.* Facies leonis a dextris. *des.* cum temptatione proventum, ut possitis sustinere etc. *Incip.* Incipit primum capitulum Marci. Initium s. Evangelii. *des.* sapientibus huius mundi, ad laudem.... — Explicit postilla Nicholay de lira super Marcum. = Omnino concordat cum cit. cod. *204*.

f. 161 r a-201 v a. [**Postilla in Evang. Lucae**].

Incip. prol. Facies bovis a sinistris. *des.* Non tamen ita perfecte sicut post 1um huius scripture etc. *Incip.* Incipit primum capitulum. Fuit in diebus Herodis etc. *des.* laudantes et benedicentes Deum. Cui ... Explicit Postilla Nicholai de Lira super Lucam. Laus Deo nostro. = Cf. cod. cit. *204*.

18. — Pars Bibliae in lingua vernacula.

Codex **15310** in Museo Britannico, constans ff. 209 (et 1 + 1 ad custodiam) membraneis, tabulisque ligneis compactus et munitus; corio ligaturae animalia impressa exsistunt. Repagulis ex aere clauditur volumen optime conservatum.

Per totum unus amanuensis exaravit manuscriptum valde nitide ac diligenter, post medium scilicet saeculi XV (an. 1462). Lemmata omnia minio rubro, initiales vero, quarum nonnullae arte delineatae et depictae, colore vel rubro vel caeruleo sunt exarata. — Ad codicis historiam hae notulae faciunt: Fol. 1 ad cust.: « *Purchased of Tho. Thorpe, 13 Aug.* ». — F. 2 r: « *Dit boeck hoert toe den susteren int besloeten cloester Sinte Katherinen dael binnen der stat van Hasselt* ». — F. 209. « *Volscreven in 't jaer der gheboerten Ihesu Christi MCCCC ende LXII op ten*

XIII avont » [1462, 5 ian.]. Ex quibus conicitur non tantum pro usu Sororum inclusarum Tertii Ordinis Hassellensium (1), sed et manibus Sororum ipsarum volumen esse conscriptum. Continet hic tomus libros Veteris Testamenti a Genesi usque ad II Regum: ast textui sacro brevis interiecta est paraphrasis, quae iuxta morem temporis « scholastica » dicitur.

f. 2r. *Incip. prol.* Onse here God voersiende die groete droecheit van devocien.... f. 3rb. *Rubr.* Hier beghint die text der bibelen. *Incip.* In den beghinne sciep God. f. 209ra. *des.* Hier eyntet dierste stuck der bibelen. Gode van Israel si lof. = Circa hanc Bibliae versionem vide F. Vigouroux, *Dictionnaire de la Bible,* Paris 1908, IV, 1550. — Notatur codex apud Rob. Priebsch, *Deutsche HSS. in England,* Erlangen 1901, II, 133. — Ex ipso citantur loci varii ut specimina idiomatis Neerlandicae apud K. De Flou, E. Gailliard, *Beschrijving van Middelnederlandsche en andere Handschriften die in Engeland bewaard worden,* Gent 1895, 13-9.

19. — Pars Bibliae in lingua vernacula.

Cod. **15311** in Museo Britannico. Est tomus alter eiusdem operis et palaeographice similis priori. Constat ff. 183 tantum; exhibet textum cum « scholastica » inde a libro III Regum usque ad III Machabaeorum.

f. 1r. *Rubr.* Hier beghint dat derde coninc boec. *Inc.* Ende die coninc david was out worden.... — In margine nota: « Dit boec hoert toe den Susteren int besloeten cloester S. Katherinen dale binnen der stat van Hasselt ». — f. 183r. *des.* Dander machabeus boec. — Int jaer der gheboerten ons liefsheren Ihesu Christi doemen screef MCCCC LX op sinte Johannes Baptisten avont, soe waert begonnen te scriven dit stuc vander bibelen. Ende int jaer ons heren Ihesu Christi doemen screef MCCCC ende LXI opten pinxt avont doen waest volscreven [i. e. 23 maii 1461]. Ende het hort toe den susteren des besloтenen cloesters van S. Katherinen dael binnen der stat van Hasselt. Ende. = Videsis num. praecedentem.

20. — Varii tractatus ascetici.

Cod. **III. 1** bibliothecae conventus Fratrum Minorum Trudonensium, antea signatus n. *66.*

Conflatus est ff. 116 non numeratis, quorum sola 1, 6, 7, 12, 41, 42, 51 et 52 membranea sunt. Dimensionis 212×143 mm. Quamvis cooperimenta antiqua ablata sint et in ligatura moderna iam dorsum desideretur, MS. ipsum bene servatum exsistit. Ab unico amanuensi initio ultimi trientis saeculi XV (1477) diligenter descriptum plenis lineis, scilicet 25

(1) Historiam huius monasterii scripsit Iulianus Lambrechts, O. F. M., *Het oud Sint Catharina-dal te Hasselt,* Mechelen 1892.

in singulis paginis. Littera initialis f. 1 est nitide depicta in caeruleo ac rubro minio, ceterae vero in rubro tantum; dum maiusculae miniata lineola distinguuntur. Abbreviata lemmata in margine exteriore descripta exstant.

Haec insuper significare lubet. Interiori parti ligaturae agglutinatum est « ex-libris » (quod dicunt) scil.: « *Du cabinet de M. Borluut de Noortdonck* ». — Post medium saeculi XIX, uti videtur, inscriptum fuit: « *E bibliotheca conventus Trudonensis FF. Minorum* ». Semel et iterum amanuensis nomen revelavit: « *G. Scots scripsit* ». Iam foliolo dimidiato in capite codicis affixo, olim proculdubio in tabula anteriore cooperimenti conglutinato, legitur:

« Iste liber pertinet monasterio Regularium in Korssendonck prope Turnout (1). Et continentur in eo infrascripta. Tractatus domini et Fr. Iohannis Bonaventure *de ligno vite* sive *de arbore Crucifixi* (transverso calamo illitus textus). *Formula vivendi canonicorum* sive vicariorum secularium, aut etiam devotorum presbiterorum (illitus textus). Devotum *colloqium Iesu dolorantis et anime devote,* de dolore et passione domini nostri Iesu Christi. Liber Bonaventure, qui intitulatur *Parvum bonum.* Liber eiusdem qui intitulatur *Magnum bonum,* alias *Itinerarius mentis in Deum* (2). Tractatus *de dulcissimo et mellifluo nomine Iesu.* Tractatus Fr. Hugonis de Sancto Victore *super officio Misse* ». (Ultimum hoc etiam illitum fuit). — Notandum est quod nullo ex indicio (numeratione foliorum, appositione priorum verborum quaterni, id est reclamantium, dispositione textus) concludere licet codicem nostrum umquam cum aliis iam desideratis tractatibus tribus colligatum exstitisse vel non.

1. f. 1-18r. [**De passione Christi colloquium Iesu et animae**].

Rubr. Incipit devotum colloquium Iesu dolorati et anime devote de dolore et passione Domini nostri Iesu Christi. *Incip.* O vos omnes qui transitis ... dolor meus. Eya predulcissime atque amantissime Iesu, nichil in hac vita. *des.* sed ut eius similitudo in me efficaciter imprimatur et suum in me effectum salubrem iugiter operetur ad laudem et gloriam tuam. Amen. Explicit 1477.

2. f. 18v-37r. [**S. Bonaventura, De triplici via**].

Rubr. Incipit liber fratris Iohannis Bonaventure, ministri generalis fratrum Minorum, postea cardinalis sancte romane ecclesie ac doctoris. = Omnes sigulasque capitum et paragraphorum indicabimus distinctiones, quas lector facili negotio cum editione Claraquensi, VIII, 3-27, comparabit. De caetero textus hic cum illo concordat, si unam transpositionem et plures nullius momenti contractiones excipias.

Incip. prol. Ecce descripsi eam tibi tripliciter. *des.* verte te ad radium etc. [cap. I]. — *Incip.* Prima pars de stimulo consciencie et de via purgativa. Ad stimulum autem consciencie debet homo se exercere seip-

(1) Civitas est non longe a metropoli Antverpiensi distans.

(2) In Bibliotheca Regia Bruxellis MS. 1291-1311, S. Bonaventurae, *Opera*, antea Abbatiae Corsendonckensis exstant.

sum. — Quomodo sit exacuendus stimulus consciencie in circumspectione sui. Viso qualiter exasperari debet stimulus consciencie [c. I, n. 7]. — Quomodo stimulus consciencie dirigendus sit in consideratione boni. Post hec videndum est qualiter consciencie stimulus dirigendus sit in consideratione boni vel rectificandus. Tria sunt [c. I, n. 8]. *des.* et consummatur vel conservatur in amore. [c. I, n. 9].

De II parte, scilicet de via illuminationis. Secundo loco post viam. *des.* debemus in ipsum tendere. [c. I, n. 10-4].

De III via, qualiter homo se habeat ad igniculum sapiencie. Postremo sequitur qualiter nos exercere. *des.* lamenta. Et iuxta hunc modum in aliis est procedendum. [c. I, n. 15-9].

Qualiter orando pervenitur ad veram sapienciam. — Postquam diximus qualiter ad sapientiam pervenitur... — Ut igitur supradicta ad unum reducamus dicendum est, quod qui vult recte proficere debet. *des.* utriusque principium. [c. II, n. 1-12]. — De cultu latrie. Cultus autem iste latrie ut maiore flamma succrescat et ardentiore. — De venerabili sacramento. Quapropter considerandum est in Missa, quod dominus. *des.* possibile est tibi domine deus meus. — Qualiter orando pervenitur ad veram sapientiam. Postquam diximus qualiter ad sapientiam nos. *des.* perveniatur ad copulam, ad amplexum et ad osculum dulcissimi et amantissimi sponsi. [c. III, n. 1-7]. — Compendium iam dictorum. Possunt autem dicti gradus.... *des.* te semper adherebo. [ib. n. 8].

Alia distinctio predictorum. Nota quod gradus proficiendi.... Tercium ad oscula geminanda. Nota quod aspectus veritatis debet esse erectus ad incomprehensibilia.... Sed alia est via eminentior.... *des.* unde dicitur: Exerce te ad veritatem secundum conformitatem ad supernam Ierusalem. - Ut ergo in hac elevatione veritatis. *des.* fons vite, ad quam nos perducat, q. v. r... Amen. [c. III, n. 9-14]. — *Rubr.* Explicit libellus *de triplici via* Bonaventure, qui intytulatur *parvum bonum,* sed merito vocaretur vel intytularetur maximum bonum etc. G. Scots scripsit. = Citatur hic codex inter non collatos apud S. Bonav. *Opera,* V, XXXII et VIII, XXII.

3. f. 37v-63r. **S. Bonaventura, Itinerarium mentis in Deum.**

Rubr. Incipit *Magnum bonum* Bonaventure alias *Itinerarius mentis in Deum,* alias *Speculatio pauperis in deserto.* — Incipit prologus in Itinerarium mentis in Deum factum a Bonaventura. In nomine Domini ac preclare genitricis sue felix progrediatur exordium, utile sustentetur medium, finis debitum sortiatur effectum. — *Incip. prol.* In principio primum. *Rubr.* Incipit I capitulum de gradibus ascensionis in Deum et de speculatione ipsius per vestigia eiusdem in universo. Et est primus gradus. *Incip.* Beatus vir. *des.* Benedictus Dominus in aeternum, et dicet omnis populus: fiat, fiat. Amen. *Rubr.* G. Scots scripsit, etc. Explicit *Maius bonum* Bonaventure. Anno 1479. = Tam capitulatio quam ipse textus concordat in omnibus cum S. Bonav. *Opera,* V, 295-316.

4. f. 63v-115r. [**Tractatus de nomine Iesu Fr. Gilberti de Tornaco,** O. F. M.] (1).

Rubr. Incipit tractatus de dulcissimo et mellifluo nomine Iesu cuiusdam devoti fratris Minoris etc. — *Incip. prol.* Mulier chananea precibus importuna sed verius oportuna salutem. *des.* sed sensibus interioribus refectionem capiamus et gustum.

Rubr. Sermo I. *Incip.* Sicut aqua fontis exigui leviter evaporans in sua scaturigine. *des.* uniti per gloriam inseparabiliter in excessu, domine Iesu, qui vivis et regnas in s. s. Amen.

Rubr. Sermo II. *Incip.* Solent reges seculi, Cesares mundi triumphorum suorum titulis. *des.* et inveniamus gratiam in auxilio oportuno. Quod nobis concedat ipse Dom. I. C., cui cum P. et Sp. S. est omnis gloria in s. s. Amen.

Rubr. Sermo III. *Incip.* Domine, Dominus noster, quam virtuosum est nomen Iesu in universa. *des.* et nostre sanitatis experientiam et salutis. Per D. n. I. C. cui est virtus honor et gloria in s. s. Amen.

Rubr. Sermo IV. *Incip.* Petrus et Paulus principes fidei christiane nominis Iesu. *des.* trahit enim in se Iesus omne desiderium et omnem satiat appetitum. Cuius gratia nos perducat ad ipsum, qui v. et r. in s. s. Amen.

Rubr. Sermo V. *Incip.* Ihesus Christus heri et hodie, ipse et in secula, quoniam tam in preteritis quam in presentibus. *des.* virtute nominis Iesu gloriam inveniant in [superscriptum: *et*] salutem per I. C. D. N., cuius nomen est desiderabile, delectabile, mirabile, venerabile nunc et semper et in s. s. Amen.

Rubr. Sermo VI. *Incip.* Gracia D. n. I. C. cum spiritu vestro. Amen. Ut prosequi valeamus gloriosum. *des.* o bone Iesu, ut gratias nobis conferas in presenti et gloriam in futuro, cui cum P. et Sp. S. est omnis honor et gloria in s. s. Amen.

Rubr. Sermo VII. *Incip.* Ex superioribus, pendente sententia prelibata quoque gratia. *des.* et Maranatha. Caritas autem domini N. I. C. sit nobiscum, cui cum P. et Sp. S. est omnis h. et gl. in s. s. Amen.

Rubr. Sequitur sermo VIII. *Incip.* Magnificate Dominum mecum, et exaltemus nomen eius in idipsum. Quid, fratres, stilla ad fontem? *des.* gratiarum nobis dignetur infundere dominus N. I. C. qui v. et r. in s. s. Amen.

Rubr. Sermo IX. *Incip.* Non nobis, Domine, ... gloriam: nam gloria mea nichil est nisi tumor aurium, ventus implens cordis vesciculam. *des.* transeat spiritualiter in laudem et gloriam nominis domini I. salvatoris omnium, cui cum P. et Sp. S. est omnis gl. et h. in s. s. Amen.

Rubr. Epylogus supradictorum. *Incip.* Habes, karissime, sub cuiusdam epylogi brevitate, prout mihi dominus J. dedit. *des.* dominationes, throni, cherubin et seraphin. Amen. Deo gratias. — *Rubr.* Explicit tractatus *de dulcissimo nomine Iesu Christi* multum incorrectus, quia ex incorrecto libro per me G. Scots scriptus.

(1) De auctore disseritur a P. Ephrem Longpré, O. F. M., *Tractatus de Pace*, Ad Cl. Aquas 1925, pp. XXXII-VI, ubi codex noster citatur et editio istius pulcherrimi tractatus promittitur. Cf. etiam supra, 231-2.

21. — Soliloquium S. Bonaventure.

Cod. **227** (559) bibliothecae Academiae Gandavensis. Membraneus ff. 112 (et 1+1 ad custodiam), 167×116 mm.

Cooperimentum ligneis tabulis, nigro corio obductis, constat; in utraque exteriore parte ligaturae figura exhibetur impressa S. Ioannis Bapt. et S. Rochi. Unica manu descriptus fuit codex circa medium saeculi XV. Notetur insuper, quod lineae scripturae sunt longae, rubricae et initiales minio exaratae et propria nomina rubra lineola distincta. In margine fol. 1, possessoris nomen legebatur, cui poterius superscriptum fuit: « *B. Pastegius* [?] *1568* ». — Praeter *Soliloquium* continet *Cordiale* seu *De quatuor novissimis* Dionysii de Leeuwis seu de Ryckel, O. Carthus., dioeceseos Leodiensis; v. eiusdem *Opera omnia,* Tornaci 1912, XLI, 489-594.

f. 1r-51v. **S. Bonaventura,** [**Soliloquium**].

Rubr. Incipit Bonaventure *De quatuor exercitiis.* — *Incip. prol.* Flecto genua mea ad Patrem Domini mei Iesu Christi a quo. *des.* omnis desiderii finis et complementum. — *Rubr.* Primum exercitium, quomodo anima seipsam cognoscat per inferiora. *Incip.* Dic, queso, o homo, si post devotam invocationem divine magnificentie. *des.* donec intrem in gaudium Domini mei, qui est trinus et unus Deus ben. in s. Amen. *Rubr.* Expliciunt *quatuor exercitia* Bonaventure. Iste Bonaventura erat de ordine Minorum et cardinalis romane ecclesie. = Textus concordat in omnibus cum editione ap. S. Bonav. *Opera,* VIII (1898), 26-67.

22. — Tractatus varii S. Bonaventurae.

Cod. **291-291**bis bibliothecae Academiae Gandavensis, antea **B. 29** signatus e bibliotheca Trevirensi S. Mathiae Ordinis S. Benedicti. Constat membraneis ff. 162 (1 ad custod.), 243×169 mm. sub ligatura moderna.

Circa medium saec. XV nitida manus textum describebat in plenis lineis (38 singulis in paginis). Lemmata et initiales litterae rubricata sunt, maiusculae omnes lineolis distinctae, dum littera prima cuiusque tractatus sat bene delineata est et pulchre depicta. F. 10r legitur: « Codex monasterii Sancti Eucharii primi Treverorum archiepiscopi Sanctique Mathie apostoli extra muros Treverenses. In ipso continentur tractatus: *Itinerarius mentis in deum* Bonaventure. Idem *De triplici via* sive *Regimen conscientie* vel *Parvum bonum.* Idem *De vita et conversatione Iesu* alias *Lignum vite.* Richardus [de S. Victore], *De emendatione vite* sive *Regula vivendi. Incendium amoris* Magistri Richardi [Rolle de Hampole] de Anglia, heremite. *Meditatio* Anselmi. Tractatus *de venatione divini amoris.* Tractatus *de probatione spirituum* Iohannis Gerson ».

1. f. 10r-24r. **S. Bonaventura, Itinerarium mentis in Deum.**

Rubr. In nom. Domini. Amen. Incipit prologus in Itinerarium mentis in Deum a fratre Bonaventura ordinis fratrum Minorum compositum. *Incip. prol.* In principio primum principium a quo. *des.* sed morosissime ruminandus. *Rubr.* Explicit prologus. — Incipit gradus primus. De gradibus ascensionis in Deum et de gradibus speculationis ipsius per vestigia eiusdem in universo. Secundus gradus ... totaliter transeunte. — Primus gradus. De grad. ascensionis in D. et de grad. speculationis. *Incip.* Beatus vir cuius. *des.* populus, fiat, fiat. Amen. *Rubr.* Explicit Itinerarium mentis in Deum a fratre Bonaventura ord. Minor. compositum etc. = Codex iste citatur inter non collatos ap. S. Bonav. *Opera,* V, p. XXIX; cf. ibid. 293-316. Innumerabiles, ast nullius momenti, variantes exhibet textus.

2. f. 24r-33r. **S. Bonav., De triplici via.**

Rubr. Incipit meditatio seu liber fratris Bonaventure ord. Min. de triplici via etc. *Incip. prol.* Ecce descripsi eam. *des.* et meritum vite eterne. *Rubr.* Prima via per quam pervenitur ad veram sapientiam. — *Incip.* Sciendum est igitur quod triplex est modus exercendi se circa hanc triplicem viam, scil., legendo, meditando, et orando: lectio enim diffusior est, meditatio brevior, sed oratio compendiosissima. Lectio enim huius triplicis vie continet totam Sacram Scripturam, ymo vere omnem doctrinam. Nunc breviter meditationis formam licet inspicere. Sciendum est igitur quod [cap. I, n. 2]. *des.* Et hec est seraphim. Ad que nos perducat qui v. et r. Deus ... Amen. – *Rubr.* Explicit liber de triplici via a fratre Bonaventura ord. Min. compositus, cuius anima requiescat in gaudium sempiternum. Amen. = Dempto initio, textus concordat cum S. Bonav. *Opera,* t. VIII, 3-18; lemmata sat diversa sunt. Notatur noster codex l. c. p. XV.

3. f. 33r-46r. **S. Bonav., Lignum vitae.**

Rubr. In libro de vita et conversatione D. N. I. C. quem fecit Bonaventura frater ordinis Minorum. *Incip. prol.* Christo confixus sum Cruci. Verus ... postulatur. [n. 5]. Hiis nos crux ciba fructibus, Illustra ... status. Expergiscere ergo ... pertracta. Primus ramus est in pede crucis a latere dextro, cui in ascendendo in eodem latere secuuntur tertius, quintus, septimus, nonus, undecimus ramus. Secundus est in pede crucis a sinistro latere cui in ascendendo in eodem latere secuuntur quartus, sextus, octavus, decimus, duodecimus etc. *Rubr.* Explicit prologus. — [Capitula libri:] Iesus ex Deo genitus, Iesus ... Iesus finis optatus. Per hebdomadam lege de isto libello de vita I. C. quolibet die septem capitula vice septem horarum et sic finies eum, incipiendo principium feria tertia.

[Incipit liber. Fructus I]. *Rubr.* Iesus ex Deo genitus. Charitas originis. *Incip.* Cum Iesum audis ex Deo genitum. – *Des. opus* ad laudem sanctissimi nominis tui [in fine n. 49] dicentes: Hiis nos crux ciba fructibus per donum sapientie, illustra per donum timoris. Cui dulcissimo Domino I. C. benignissimo ... s. s. Amen. Explicit. In hac siquidem arbore de conversatione sancta et vita ac de acerbissima passione et morte

benignissimi redemptoris nostri I. C. si quis contemplari aut meditari salubriter desiderat ac ipsius fructus dulcissimos carpere vult cum profectu ... *des.* in celis est respectum habere teipsum deserendo. = Cf. S. Bonav. *Opera,* VIII, 68-87. Finis seu potius additio propria est codicis huius.

23. [Fr. David ab Augusta], De profectu religiosorum.

Cod. **258** bibliothecae Academiae Gandavensis, partim membraneus, partim chartaceus, ff. 135, dimens. 204×146 mm.

Volumen, inde a saec. XVII videtur sub uno cooperimento et in una ligatura ex duobus codicibus conflatum esse, quorum prior binis columnis, alter vero plenis et alternantibus pergameno et charta, est conscriptus. Non mirum proin quod duo amanuenses, scil. saeculi XV ad finem vergentis, scriptionem exararunt. Codex, iuxta notulam marginalem f. 1 fuit proprietas « Bibliothecae Augustinianae Teneremonde [1] ab anno 1628 ». Duos tractatus asceticos continet MS. in idiomate Neerlandico, quorum alter sic intitulatur: « Hier beghint een zeer goet boecskijn van der eedelre duecht der lijdsaemicheit of verduldicheit, getoghen uut veel boeken der heiligher leeraers. Het dient goeden luden zeer wel ». [Tractatus de patientia ex diversis collatus]. Prior tractatus ad nos facit; scil.

f. 26-99. [**Fr. David ab Augusta, De exterioris et interioris hominis compositione, Liber tertius**].

Rubr. Profectus religiosorum. *Incip.* Eens gheesteliken menschen leven staet in sevender hande ... (dempta capitulatione et rubricatione diversa, textus correspondet editioni operis quae prodiit ad Claras Aquas, 1899; v. p. 161-378. — *Des.* ontvangen gaven, of voer die belovede gaven, Gode dancbarich sijn. *Rubr.* Dat eerste boec gaet hier uut. Ende dat ander beghint.

f. 99 v-135 v. **Liber secundus** eiusdem operis.

Incip. Mine collacien die ic om die nuwe beghinnende menschende somtijt plach te doen, heb ic ... *des.* neder laten, so weet hi ons te sterc ende verwint ons. *Rubr.* Hier eyndet profectus religiosorum. God si gheloeft. = Cf. Editio cit. p. 63-160. — De hac translatione belgica, quae typum exhibet idiomatis Neerlandici saec. XV, dissertationes philologicas nec non et litterarias instituerunt: Lelyveld, *Proeven van Taal en Dichtkunde,* I, 53 ss.; Ypey, *Geschiedenis der Nederlandsche Taal,* I, 384 s.


Marchiae in Belgio.

(Continuabitur). P. Hugolinus Lippens, O. F. M.

---

(1) Termonde, in dioecesi Gandavensi, ubi monasterium Canonicorum S. Aug. floruit.

BIBLIOGRAPHIA



Scott Davison, Ellen. — *Forerunners of Saint Francis and other studies by* E. S. D. *edited by* GERTRUDE R. B. RICHARDS. *With a foreword by* JAMES T. SHOTWELL. — Boston and New York, Houghton Mifflin Company; The Riverside Press, Cambridge, Massachusetts, 1927. — In-8°, XVI, 425 pp. — (Linteo relig. 5 doll.).

Tomus iste « liber memorialis » est, editio postuma investigationum historicarum doctissimae d. Americanae Ellen Scott Davison, quas collegit defunctae amica Gertrudis R. B. Richards, partimque pietate magna complevit, quemadmodum ipsa praefata est (V-VIII). Aliud prooemium volumini praemisit cl. v. James T. Shotwell (XI-XVI), et ipse doctrinam diligentiamque praematura morte abreptae laude eximia decorans.

Pars prior voluminis (3-284) editio altera est theseos seu dissertationis inauguralis, qua E. S. D. an. 1907 doctoratum philosophiae in Columbiensi (Columbia in Stat. Unitis) universitate assecuta est. De eius (quam interdum citabimus siglo *Diss.*) tenore plura dicta sunt in AFH II, 343-6. Postmodum enim E. S. D. plures annos in bibliothecis et archivis publicis Italiae et Franciae investigationes suas studio assiduo ampliavit, cuius fructus in parte priore lectoribus offeruntur, quin sententiae in dissertatione olim propositae multum mutatae sint. Plurima e dissertatione in volumen memoriale verbotenus transierunt. — Praemissum est qua *Introductio* caput I, indolis generalis, (3-32; *Diss.* 5-15), novis factis allatis, novisque auctoribus allegatis valde adauctum. Pluribus (3-7), sed non absque exaggeratione, parallela comparatio inter S. Dominicum et S. Franciscum adumbratur: ille doctus fuisset, hic poeta (« trovator », uti tunc aevi dicebant); uterque omnes Christi virtutes imitari satagebat, iuxta « ideale religiosum et ethicum » illus temporis (5); S. Dominicus haeresim refutare volebat, Franciscus magis intuitione ductus vitam Christi pauperem renovabat (3-6). — In cap. II (33-68) et III (69-95), quae nova sunt, simul agitur: '*De reformatoribus monasticis saec. XI et XII*' (33-95), scilicet de Cartusianis (33-46), de Cisterciensibus (46-68). Hi in suis initiis paupertatem exercebant, renuntiationem singulorum monachorum semper praedicabant, sed mox monasteria eorum opulenta sunt effecta. Paupertatem eamdem personalem et Ordinis magis observatam volebant Stephanus fundator Ordinis Grandimontensis (69-76) et

Norbertus institutor Praemonstratensium (76-95); ast praesertim hic Ordo mox divitias amplas obtinuit. — Miramur quod E. S. D. de Ordine Vallumbrosano, cuius fundator Iohannes Gualbertus an. 1073 obiit, non speciatim dixerit, neque de Beghinis etc. egerit. — '*Arnoldo de Brixia eiusque praecursoribus*' caput IV dicatur (96-167; *Diss.* 31-54). Praecursores huius fuerunt Arialdus, Landulfus et Erlembaldus. Hi Mediolani cum asseclis suis, qui *Patarini* dicebantur, ideas reformationis Cluniacensis assumentes, in vitia cleri insurgebant, an. 1045-90, et Gregorio VII (1073-85) Ecclesiam reformare molienti magno erant auxilio (99-106). Mox postea *Patarini* degenerarunt; eorum alii se Catharis dederunt, alii Humiliatis se iunxerunt. Nomen vero *Patarinus* in Italia adhuc saec. XIII idem sonabat quod alibi Catharus seu haereticus. Arnoldus, seditione mota, rempublicam Romanam instaurare satagens, an. 1155 interfectus est, neque revera sectam religiosam fundaverat (163-7).

Quam pauca nova, diligentia maxima non obstante, E. S. D. protulerit, praesertim in cap. V: '*De Humiliatis*' (168-20; *Diss.* 55-70) elucet. Fatendum tamen est, id post opus L. Zanoni (v. AFH VI, 172-5) haud facile fuisse. — '*De Catharis et sectis affinibus*' disseritur in cap. VI (201-36; *Diss.* 16-30). Has inter computantur: Petrus dė Bruis *(Bruys)* (215-7), Henricus Lausanensis (217-20) ac *Apostolici* in regione Rhenana, circa an. 1145 denuntiati (220-8), Poncius Petricoriensis (229), Eon Stellensis *(de l'Estoile)* (229s.) atque Tanchelmus e regione Antwerpiensi (230-4). — In cap. VII, item novo '*de Waldensibus*' fuse disceptatur (237-84), de haereticis nempe ac de eorum doctrinis (237-55, 258-75) atque de iis qui ad Ecclesiam redierunt (256-8) (v. AFH VI, 175-7). Recte E. S. D. negat ullam relationem inter Petrum Waldum et S. Franciscum intercessisse, sed utriusque ideas circa paupertatem evangelicam in initio haud dispares, mox autem in earum applicatione, in praxi et theoriis Waldensium penitus contrarias, ex studio quodam reformatorio, hic semper orthodoxo, illic mox haeretico ortas esse censet (281-3). Quae autem de S. Francisci 'oppositione contra dignitatem saecularem hierarchiae ecclesiasticae et huius implicationem in rebus temporalibus' obiter dicuntur (281-2), nullis factis vitae S. Francisci fulciri possunt. — Viri alii hic ab E. S. D. tractati nonnisi sensu largo «*praecursores S. Francisci*» dicuntur, quatenus 'doctrinam Christi temporis sui malis curandis, sive remedia religiosa malis socialibus applicuerint' (282), modis utique valde diversis.

Altera pars indolem 'libri memorialis' apertius prae se fert, nam aliquot eiusdem E. S. D. continet studia circa res sociales Franciae saec. XIII. Quae studia, Parca filum truncante, incompleta relicta, hic in piam memoriam evulgantur. — Ad nos non spectant nisi paucae illae paginae (349-56), quae circa cleri mores ex *Registris visitationum Odonis Rigaldi, O. F. M., archiepiscopi Rothomagensis (1248-1269),* ed. Th. Bonnin, Rouen 1852, excerptae sunt. — Monemus lectores passim textus latinos vitiis pluribus abundare. Prima et secunda adnotatio libri inversae sunt; illa S. Dominicum spectat, haec S. Franciscum. Plures textus iuxta MSS.

citantur, quamvis iam editi sint; v. p. 4, 6 etc. In bibliographia (381-411), v. gr. pro « *Bullarium Franciscanum Romanorum,* Paris 1759-1904; Quaracchi 1908 » legas: *Bullar. Franciscanum,* Romae 1759-1904; et *Bullarii Franc. Epitome,* Ad Claras Aquas 1908. — Subnectitur utilis index (412-25).

P. Michael Bihl, O. F. M.

Webb, Clemens C. I., A. M.; LL. D. — *Ioannis Saresberiensis, episcopi Carnotensis Metalogicon libri IIII, recognovit et prolegomenis, apparatu critico, commentario, indicibus instruxit* Cl. C. I. W. — Oxonii, e typographeo Clarendoniano, MCMXXIX. — In-8°, xxiv, 239. — (Relig. 20 sh.).

Iohannes Saresberiensis, Anglus, plurium operum celebrium auctor, Theobaldi et S. Thomae Becket, archiepiscoporum Cantuariensium amicus, an. 1176 episcopus Carnotensis factus, an. 1180 defunctus est. Ingenii sagacis atque facundus, carmine et prosa, scriptorum veterum optimorum lectione abundantissima pollens, philosophum insignem egit magis quam theologum. Eius opera denuo edidit Migneus in *Patrol. Lat.* t. CXCIX, 1-1040. Liquet Saresberiensem ad huius AFH ambitum non spectare; attamen de nova hac *Metalogici* editione, quae prima iuxta critices normas confecta est, pauca hic adnotabimus. Is enim vir clarissimus qui eam exegit, ut libri inscriptio prae se fert: « Collegii Orielensis, necnon Academiae Britannicae socius et in universitate Oxoniensi philosophiae in fide christiana insitae professor », anno praeterlapso Collegium nostrum inviserat et *Metalogicon* a se editum comiter grateque ad nos misit. Idem v. cl. iam an. 1909 opus maius eiusdem auctoris critice ediderat: *Ioannis Saresberiensis, episcopi Carnotensis Policratici sive De nugis curialium et vestigiis philosophorum libri VIII,* ibidem 1909; 2 voll. in-8°, L, 368 et VIII, 511 pp. Codices secutus, titulos duorum operum in forma primigena expressit, non: *Polycraticus,* neque: *Metalogicus.*

In libro qui *Metalogicon* inscribitur, Ioannes in eo versatur, ut contra vanorum et verbosorum dialecticorum excessus studium logicae assiduum, via et ratione excolendum propugnet (in libr. II-IV). Logica, ait, « *in toto philosophiae corpore efficacis instrumenti exercet officium. Physicus enim et ethicus in suis assertionibus non procedunt, nisi probationibus a logico mutuatis* » (II, 5; p. 69). Logicae autem studium sedulum grammaticae praemittendum est (lib. I). Saresberiensis philosophus erat eclecticus. Aristotelis quae tunc Latinis innotuerant scripta praesertim logica, plurimi fecit, eumque antonomastice « *Philosophum* » dixit (II, 16), « *quin* (ait) *sacrosanctum sit quidquid scripsit* » (IV, 27). S. Augustinum pari frequentia laudavit; plurimos alios auctores allegavit, quorum locos editor sedulitate maxima odoratus est et investigavit. — En aliqua minutiora quae ipsius aciem effugerunt. P. 157, l. 9-10: sat personant versus Iuvenalis, *Sat.* XIV, 31-2. — Ad 204, 23 vide Matth. 11, 15; 13, 9, 43 etc.; ad 212, 13 v. Ioh. 12, 35; ad 216, 13 v. Act. 9, 6; ibid. ad 24 v. Ier. 8, 15.

Logicae et totius quodammodo Philosophiae a Saresberiensi per *Metalogicon* instituta defensio, quas ideas clericus iste dein episcopus promotus circa scientias nutriverit, manifestat. Is biennio ante S. Franciscum natum, an. 1180 vita est functus. In fine vero apologiae suae (l. IV, c. 40-41) auctor, quodammodo ethicus atque theologus factus, inter octo recte philosophandi obstacula maximum peccatum sive culpam existimat, « *quae separat inter nos et Deum et fontem praecludit veritatis, quam tamen ratio sitire non cessat* » (l. IV, c. 40). « *Nisi ea quae novit quis ad divinum reflectat obsequium, non cum ipso, sed potius contra ipsum facit scientia eius* ». Solus is « *qui virtutum toto nisu colit et exercet officia, rectissime philosophatur* ». Is revereatur divinam maiestatem, « *quam utique ... si nos non laboraremus infirmitate qua premimur, nec plene ignorare sinunt creaturae, et quae omnes, quasi quadam publica attestatione, Creatoris gloriam praeconantur* ». Quae, licet philosophica abstractione dicta sint, tamen cum S. Francisci ideis quibusdam, magis concrete expressis et applicatis, plene consonant. — Demum Iohannes monet (l. IV, c. 41), ne quis temere « *deificae Trinitatis arcana ... irreverenti verbositate* » discutiat, « *unde* (inquit) *etsi scientia videatur augeri, devotio certe minuitur* ». Aemulandum dicit monitum Eccli. 3, 22: « *Quae praecipit Deus, cogita illa semper* » etc., inculcatque scientiae fundamentum in fide locatum esse, iuxta Sap. 3, 9. — Tantum, in hoc quod de vera philosophandi ratione iuxta logices principia et adiumenta scripsit *Metalogico*, aberat Saresberiensis ut scientiam ipsiusmet causa excolendam esse putaret, hac in parte haud discrepans a S. Francisco Assisiensi, suo suppari, qui scientiis tamen illis longe minus favebat.

P. Michael Bihl, O. F. M.

Kirtland Wright, John. — *The geographical Lore of the time of the Crusades. A study in the history of medieval science and traditions in Western Europe.* — New York, American Geographical Society, 1925. — In-12°, XXII, 563 pp. — (Relig. linteo 5 doll.). — *(American Geographical Society. Research Series, N.° 15; W. L. G. Joerg, Editor).*

Auctor, qui bibliothecae Societatis Geographicae Americanae praeest, summa eruditione theorias, scientiam et doctrinas geographicas, quae aevo expeditionum cruciatarum invaluerint, expandit. Non sibi praefixit geographiam realem seu obiectivam regionum singularum « orbis terrarum » sive « habitationis », terrae scilicet tunc maioribus nostris cognitae tractare, sed magis geographiam subiectivam, quales nimirum notiones geographicas viri docti aevi illius sibi formaverint, immo sibi effinxerint. Quas notiones geographicas latissimo sensu K. W. accipit. Etiam quaestiones theologicas et philosophicas, seu ut tales a scriptoribus tunc tractatas involvit, v. gr. cosmogoniam, cosmologiam et cosmographiam (cap. VI; 133-65), inter has etiam de macrocosmo et microcosmo (utique ubique secundum conceptus tunc vigentes seu saltem disputatos), de orbis forma, de antipodibus etc. actitans. Quid de at-

mosphaera docti saec. XII disputaverint, K. W. exponit (cap. VII; 166-81); quid de aquis (cap. VIII; 182-209), nempe de earum situ seu loco, de oceano et mari, de fluxu et refluxu, de fluminibus, etc.; quid de terra, de montibus, de vulcanis etc. dixerint (cap. IX; 210-40). Pauca discusserunt de geographia astronomica (cap. X, 241-6); pauca quoque praestiterunt in chartographia excolenda (cap. XI; 247-54). In capite ultimo (XII; 255-352), omnium diffusissimo, auctor ea colligit, quae viri illi de singulis regionibus regnisque « orbis inhabitati » memoriae tradiderint, id est geographiam realem et phantasticam orbis illius terrarum expandit. Hoc caput cuilibet opus lecturo, hoc illudve quaesituro valde accommodum erit atque utile.

Notiones geographicae in laudatis capitibus collectae magna ex parte in auctoribus et auctoritatibus antiquioribus (pro illius aevi more) innitebantur, unde rectam rationem K. W. tenuit in parte priore operis (9-129) auctorum antiquiorum conceptus geographicos item erudite colligendo, quatenus res istae ab auctoribus graecis et latinis antiquis (cap. I; 9-42) tractatae fuerint atque a scriptoribus ecclesiasticis ante an. 1100 (cap. II; 43-76). Non poterat his medii aevi fontibus non addere doctrinas geographicas Mohametanorum (cap. II; 76-87). — In cap. IV (88-126) singula opera geographiam utcumque tractantia vel tangentia, in periodo illa, quam auctor annis 1100-1250 circumscribit, accurate recensentur. Tunc enim geographia nondum ad propriae scientiae dignitatem assurrexerat, sed humilis ancilla famulabatur modo sub geometria, modo sub astrologia (cap. V; 127-9).

Expositionem perdoctam (9-361) adnotationes ad dicta in singulis capitulis obfirmanda subnexae sunt copiosae atque diligentes (363-487). Succedit bibliographia navitate et sedulitate maxima collecta (491-53), quam demum index excipit (545-63). — Ordinis Fratrum Minorum scriptores huc facientes nonnisi obiter tanguntur: Fr. Bartholomaeus Anglicus (106, 177, 213, 217, 407); Rogerus Baco (102, 106, 163s., 188, 269, 372, 408-10, 447). — Amorem naturae mere aestheticam a spirituali (seu mystica) recte distinguens, auctor huius occasione S. Franciscum paucis recolit (217, 237). — De rege presbytero Iohanne, quem etiam missionarii nostri commemorarunt, optime agitur (114, 278s., 283-6, 533). — Missionarii et viatores nostri Iohannes de Plano Carpinis, Guillelmus de Rubruk, Iohannes de Montecorvino et Odoricus nonnisi per transennam memorantur (269), quia, ait K. W., eorum scripta in synchronos nullum ferme influxum exercuerunt. — Addimus de Alfredo a Sareshel, Anglico, actum esse ab A. Pelzer in hoc AFH XII, 44-67. — In bibliographia saltem vol. I et II operis P. H. Golubovich, *Biblioteca d. Terra Santa* etc. 1906-13 (cf. AFH VII, 132-8) recolenda erant. — Mirandum, quod typographus Americanus p. 560 indicis in mediam bibliographiam transtulerit, ita ut huius p. 522 deficiat atque insimul p. 553 loco primae paginae indicis repetita sit, prima omissa. Saltem in exemplari quod prae manibus est, casus iste turpis accidit.

P. **Michael Bihl**, O. F. M.

Van den Wyngaert, Anastasius, P., O. F. M. — *Sinica Franciscana. Volumen I. Itinera et Relationes Fratrum Minorum saeculi XIII et XIV collegit, ad fidem codicum redegit et adnotavit P.* A. V. d. W. — Ad Claras Aquas (Quaracchi-Firenze), apud Collegium S. Bonaventurae, 1929; [Firenze, Tipogr. Barbèra]. — In-8°, CXVIII, 637 pp. — (L. 90; vendibile presso la Libreria del Collegio S. Antonio, Roma).

Quello che fu un nostro costante sogno, oggi è una bella realtà, invidiabile, compiuta felicemente da un nostro confratello P. Anastasio Van den Wyngaert, che fin dai primi suoi studi mostrò spiccata predilezione anche pei monumenti e per la storia dell'Oriente francescano, studi pubblicati nella *France Franciscaine* ed in altre riviste italiane ed estere, per cui egli, ancor giovane, si è affermato come un veterano nel campo della storia francescana. È stato alcuni anni collaboratore del Collegio di Quaracchi. Oggi poi, modestia a parte, il Van den Wyngaert può giustamente andar lieto di aver coronato i suoi studi, le sue fatiche, iniziando un vero monumento letterario con la pubblicazione delle fonti storiche sull'Estremo Oriente francescano, cristiano, tartaro e saraceno.

Il volume che qui presentiamo agli studiosi è il primo di una serie di volumi che formeranno una vera biblioteca Sinico-francescana la quale dovrà contenere tutti i monumenti storici dell'apostolato francescano nell'Estremo Oriente dal secolo XIII° fino a noi. Questo grandioso progetto potrà forse sorprendere i nostri lettori per le enormi difficoltà che esso dovrà superare; è vero; ma quando allo zelo e al valore dell'Autore o Collettore viene in aiuto la mecenate Autorità di chi presiede ai destini dell'Ordine, nulla sarà difficile perchè l'opera ideata e così bene iniziata giunga al suo desiato compimento. E così sarà dei *Sinica Franciscana.*

E questo primo volume, che fa da prefazione e da introduzione ai volumi che lo seguiranno, è già per sè stesso una biblioteca, la quale contiene la raccolta, il *Corpus* di tutti gli undici grandi Viaggiatori e Missionari francescani che ci tramandarono le loro Relazioni o Lettere sull'Estremo Oriente, durante i due primi secoli dell'Ordine (sec. XIII e XIV) che furono i secoli d'oro dell'apostolato cattolico dell'evo medio fra i Tartari e Saraceni dell'Estremo Oriente.

Alle singole Relazioni il ch. Autore fa precedere un cenno biografico di ogni scrittore, e una minuta bibliografia di tutte le edizioni e versioni d'ogni relazione; cui segue un diligente apparato o studio critico de' codici che servirono per l'accurata edizione del testo rigorosamente controllato, fedelmente riprodotto con le sue varianti, con impeccabile correttezza tipografica,„e con abbondanti note di molto utili rimandi e confronti con gli autori antichi e moderni che illustrarono le città, le regioni e le località più o meno oscure dell'uno o dell'altro testo degli XI nostri Viaggiatori Missionari. — Tutte le XI Relazioni

sono disposte in bell' ordine cronologico; e il loro periodo storico va dal 1245 fino quasi al 1368, ossia fino alla caduta della liberale dinastia mongola degli Yuên per opera dei Ming indigeni ai quali dobbiamo la totale rovina del primo periodo delle Missioni cattoliche iniziate dai Francescani in Cina.

1. Il primo nella serie dei testi dei *Sinica Franciscana* è il celebre Fr. Giovanni del Pian di Carpine con la sua *Ystoria Mongalorum* (p. 27-130). Giovanni era partito dalla Curia Romana il giorno di Pasqua del 1245, e non vi ritornò che nel 1247. Scrisse egli una *prima* sua relazione al suo ritorno, e probabilmente in Russia, in otto capitoli, e coll' ottavo capitolo termina veramente la sua relazione di esploratore. Quando poi seppe che questa non era ben accolta da tutti, Giovanni si vide obbligato di rifare una *seconda* relazione, poco differente dalla prima negli otto capitoli, aggiungendovi però un nuovo capitolo (il nono), in cui racconta a lungo il suo viaggio, ed in conferma di quanto asserisce cita i nomi di una quantità di mercanti e d' inviati che egli incontrò lungo il cammino.

Della *prima* redazione sono segnalati 10 manoscritti: 2 di Parigi (**P**, **D**), 2 di Vienna (**B**, **V**), 2 di Hannover (**H**, **Hn**), 1 di Londra (**L**), 1 di Oxford (**O**), 1 di Torino (**T**), 1 di Tournai nel Belgio (ma non ancora ritrovato). — Della *seconda* redazione si conoscono solo 4 manoscritti: 1 a Cambridge (**C**), 1 a Leiden (**U**), 1 a Utrecht (**E**), e un quarto testo rifuso nel noto *Speculum historiale* (**S**) di Vincenzo di Beauvais, di cui si dicono esistere più di 80 MSS.

Col confronto rigoroso dei MSS. l' Autore è riuscito a eliminare dalla *prima* redazione i tre MSS. **D, H, Hn** come copie dell' edizione Hakluyt, e per la *seconda* i MSS. **U** ed **E**, dei quali il primo è una copia del **C** e il secondo un mediocre rimaneggiamento del **S**. — In compenso di queste eliminazioni il P. Wyngaert è riuscito a rivelarci due nuovi codici, quello della Bodleiana di Oxford (Digby *11*) **O**, che contiene il testo della *prima* redazione, e l' altro di Wolfenbüttel (Bibl. Ducale, Weissenburg *41*) **W**, che contiene la *seconda* redazione.

I 6 MSS. della *prima* redazione, senza che vi sia fra loro una stretta dipendenza, vanno d' accordo così: il **B** col **P**, il **V** col **L**. Molto spesso i **B**, **P**, **V**, **L** si accordano col **T**, ma quest' ultimo, per le sue molte omissioni e trasposizioni, difficilmente può stare alla pari con gli altri MSS. L' **O**, molto deficiente, va spesso solo, e qualche volta si accorda col **C**.

Nella *seconda* redazione il **S** è usato soltanto per il cap. IX quando un' omissione è manifesta nel cod. **C**. I codd. **C** e **W** sono del tutto fra loro indipendenti, e per giunta il **W** è incompleto e in cattivo stato di conservazione. Quest' ultimo (**W**), essendo venuto tardi alla conoscenza dell'Autore, le sue poche ma interessanti varianti sono state rimandate negli *Addenda* (p. 577-78).

Dato questo rigoroso controllo dei MSS., non vi poteva esser dubbio per la scelta del MS. che doveva servire di base al testo del Piancarpino: esso è il cod. di Cambridge « Corpus Christi College » (CCC), *181*, memb. del sec. XIII (**C**), o secondo altri, dei primi del sec. XIV.

2. In secondo luogo abbiamo il testo della *Relatio Fr. Benedicti Poloni* (p. 133-43) compagno del Piancarpino, di cui si conoscono due soli MSS. il **P** e il **B** scelto per base.

3. In terzo luogo vengono gli abbondanti *Prolegomena* (p. 147-63), indi il testo dell'*Itinerarium Willelmi de Rubruc* (p. 164-332). Fr. Guglielmo nacque a Rubruc presso Cassel (nella Fiandra, ora in Francia), e non a Ruisbroek nella provincia del Brabante (Belgio), come di recente ancora asserì il P. Otto Maas e dopo di lui anche il P. L. Lemmens. Guglielmo lasciò probabilmente la Francia nel 1248 col re Luigi IX per la crociata di Terra Santa. Di là, nel 1252, si recò missionario fra i Tartari, donde ritornato in Terra Santa nel 1255, dopo aver percorso l'Asia fino a Karakorum, scrisse la sua relazione del suo viaggio indirizzandola a Luigi IX. I più grandi geografi moderni proclamano la relazione del Rubruc un vero capolavoro del genere.

Lo studio dei MSS. che contengono il suo *Itinerarium*, è stato singolarmente facilitato dopo l'esame dei codd. contenenti la relazione del Piancarpino. Infatti, esclusi i codd. **U**, **H** e **Hn**, non rimaneva all'Autore che il confronto di 4 soli MSS., dei quali 3 sono nel CCC di Cambridge **C**, **D** e **S**, e il quarto nella bibl. del Museo Britannico, *Reg. 14 C. XIII* (**L**). I due primi contengono il testo intero, laddove gli altri due hanno soltanto i XXVI primi capitoli. Gli editori francesi del 1839 (*Recueil de Voyages*, t. IV, 205-396), ebbero sott'occhio gli stessi codd., ma invece di seguire per base il cod. **C**, hanno preferito il **D** correggendolo bene o male col **C**. Il nostro Autore invece ha preferito il testo del **C** completandolo con gli altri tre **D**, **S**, **L**.

4. Vengono in quarto luogo le note *Epistolae Fr. Iohannis de Monte Corvino* (p. 335-55): la prima pervenutaci nel testo italiano di frate Menentillo da Spoleto O. P., scritta da Maabar dell' India (nel dicembre del 1292 o 93?); la seconda in latino, data da Pekino l' 8 genn. 1305, la terza pure in latino da Pekino il 14 febb. 1306.

5. Segue un' *Epistola Fr. Peregrini Episcopi Zaytunensis*, data da Zayton il 30 dec. 1318 (p. 359-68). Questa lettera per la prima volta fu da noi pubblicata (in *Bibl. bio-bibl.*, III, 194-97) dal cod. Chigi *(I, VII, 262)*, MS. autografo del celebre falsario Alfonso Ceccarelli, decapitato nel 1583 in Roma per le sue molte falsificazioni. Da una rigorosa critica interna del testo, noi avevamo conchiuso che anche questa relazione è una meschina falsificazione del Ceccarelli. Il P. Wyngaert, invece, la crede autentica e genuina opera di Fr. Pellegrino; tuttavia egli non ci nasconde che la sua fede è alquanto scossa sull' autenticità della medesima.

6. In sesto luogo abbiamo l' importantissima *Epistola Fr. Andreae de Perusio*, vescovo suffraganeo del Montecorvino, data da Zayton nel gennaio del 1326 (p. 371-77); relazione assai ben nota agli storici e orientalisti.

7. Segue la famosa *Relatio Fr. Odorici de Portu Naonis*, dettata nel 1330, con ampi *Prolegomena* (p. 381-414), quindi il testo (p. 413-95). La vita e i viaggi del B. Odorico da Pordenone, come pure il pregio

del suo itinerario, sono abbastanza noti per dispensarci di occuparcene qui pure. Non possiamo però dispensarci di fare risaltare in breve il merito singolare del nostro Autore che ci ha dato nei *Sinica Franciscana* la più accurata edizione della relazione di Odorico fra le quante oggi possediamo. Si sa infatti che, fin qui, due sono le redazioni che vanno sotto il nome di Odorico: la *prima*, che deve dirsi sua, è quella che egli dettò nel 1330 al suo confratello Guglielmo da Solagna; e la *seconda* è quella che fr. Enrico di Glatz compilava nel 1340 in Praga sulla prima, con alcune aggiunte, con la correzione di alcuni barbarismi e col trasporre l'ordine di qualche capitolo. Ora, di tutte le edizioni che si hanno del libro di Odorico, nessuna distinzione rigorosa è stata fatta tra le due redazioni conosciute; talchè abbiamo il testo del Solagna con delle varianti di Enrico di Glatz, e il testo di questo completato con quello del Solagna.

Quindi, il P. Wyngaert, essendosi proposto di darci un'edizione critica del testo genuino Odoriciano, dovette iniziare *ab ovo* lo studio di quei MSS. che egli potè avere a sua disposizione. E dopo un esame sommario di molti MSS., tra i quali ben 10 fin qui conosciuti, la sua scelta si è fermata a soli 5 di essi: all'Assisano *443* (**A**), fin qui da nessuno usufruito; al Vaticano Barberino *2558* (**B**), che si dichiara copia dell'originale; al Casanatense *257* (**C**); al Vaticano lat. *5256* (**V**); e al Parigino *2584* (**Y**). Così il nostro Autore è giunto a questo interessante risultato, di prescegliere e distinguere 5 buoni MSS. indipendenti l'uno dall'altro, i quali, a parte le varianti, contengono il testo genuino di Guglielmo di Solagna, ossia del B. Odorico.

Il P. Wyngaert, inoltre, ha creduto utile di registrarci nel primo capitolo le varianti del cod. di Cambridge CCC, *407* (**S**), data la sua anzianità, e dell'edizione del Venni (**G**), che si dice copia dell'originale stesso. E dall'esempio di questi due codici (**S**, **G**) egli deduce, come fin dai primi tempi gli ammanuensi si avevano preso la libertà di correggere il latino di Odorico; esempio pessimo seguito poi da altri copisti, donde ne derivarono a noi varie redazioni. Così, dei 5 indicati codd. l'Autore ha scelto per base della sua edizione il MS. **A** come il migliore di tutti. Questo gruppo dei 5 MSS. egli lo distingue in due classi: la prima formata dai codd. **A**, **V**, e la seconda da **B**, **C**, **Y**. La dove la prima classe de' codd. è meno buona, supplisce eccellentemente la seconda. — Accenniamo appena al rimanente materiale per non dilungarci troppo:

8. Dopo il testo Odoriciano, viene l'importante *Epistola Fr. Paschalis de Victoria*, data da Armalech nel 1338 (p. 499-506). Il testo è ricavato dalla *Chronica XXIV Generalium*, pubblicata negli *Analecta Franc.* III, 532-5 e dal Wadding, *Annales* ad an. 1342, n. 10 (VII, 256-7).

9. Indi la relazione del *Martyrium FF. Minorum in Almaligh* an. 1339 (p. 509-11), secondo il testo del coevo autore della stessa *Chron. XXIV Generalium*, l. c. 531-2.

10. La *Relatio* o l'*Itinerarium Fr. Iohannis de Marignolli* (p. 515-60), riprodotto fedelmente dal testo di J. Emler edito nei *Fontes rerum Bohemicarum*, Pragae 1882, t. III, 492-604.

11. In ultimo gli estratti relativi all'Estremo Oriente dell' Anonimo Spagnolo, Francescano, autore del *Libro del Conosçimiento de todos los reynos y tierras* ecc. (p. 563-75). Tutti documenti non ignoti agli storici e orientalisti, ma ripubblicati nei *Sinica Franciscana* con somma cura, con note e schiarimenti.

Dopo due pagine (577-78) di *Addenda et corrigenda*, viene l' utilissimo *Index* di tutti i nomi di persone e di luoghi (p. 579-633) e in ultimo una carta geografica dell' Asia de' secoli XIII e XIV.

Ecco in succinto l' analisi di tutto il contenuto dei *Sinica Franciscana*, di cui ognuno comprenderà il valore e la somma importanza storica, specie per due ragioni: primo, per aver noi oggi tutto un ricco materiale storico del più alto valore, raccolto in un volume; e secondo (quel che più preme) di averlo in un' edizione rigorosamente critica, per cui gli storici, e gli orientalisti in modo particolare, si diranno soddisfatti di possedere ormai un testo sicuro de' più preziosi monumenti riguardanti la storia e la geografia dell' Estremo Oriente. A lode meritata dell' Autore P. Anastasio Van den Wyngaert basti averci egli dato un vero monumento storico-critico superiore a ogni encomio.

P. Girolamo Golubovich, O. F. M.

1. **Bissen, J.-M.,** O. F. M., docteur en théologie. — *L'exemplarisme divin selon Saint Bonaventure.* — Paris, Librairie philosophique J. Vrin, 1929. — In-8°, 304 pp. — (Fr. 35). — (*Etudes de philosophie médiévale; directeur*: Et. Gilson, vol. IX).
2. **Bonnefoy, J.-Fr.,** O. F. M., docteur en théologie. — *Le Saint-Esprit et ses dons selon Saint Bonaventure.* — Ibidem, 1929. — In-8°, 237 pp. — (Fr. 30). — (*Etudes* etc. vol. X).

1. Exemplarismus est doctrina relationum exsistentium inter creaturas, prout hae sunt in proprio genere et prout sunt in Deo seu in ideis divinis. S. Bonaventura hanc doctrinam ut nucleum metaphysicae considerat et ut viam directam ad Deum. Hinc magnum huius dissertationis momentum, praesertim pro s. theologiae et philosophiae incumbentibus, uti unusquisque facile aestimabit. Eo plus hic liber commendatur quo magis profundo tractatu claraque divisione excellit.

Post introductionem enim, ubi de exemplarismi definitione, de divisione et methodo libri praefatur (3-15), auctor in prima parte (19-151) de ideis et verbis exemplaribus in Deo agit, in altera (155-292) de influxu Dei in creaturas, praesertim in intellectum et voluntatem. Inter tabulas adiectas eminet illa materiarum (299-304), quamquam et aliae, bibliographica (293-6) et nominum (297 s.), laude dignae sunt.

Quaedam tantum, historiam magis respicientia, pro natura nostri periodici, leviter tangemus. — Comparatio seu divisio quam auctor instituit inter « ouvrages de fond », uti *Sent.*, *Quaest. disp.*, etc. [quid sibi vult hoc « etc. »?] et « ouvrages moindres en importance » inter quae *Breviloquium*, *Itinerarium*, *De reductione artium*, *In Hexaëmeron*, etc. [sic iterum] numerat (13), pluribus non placebit. Hoc ultimum

opus certo non est parvi seu minoris momenti. Addit auctor in opusculis mysticis rigorem terminorum saepe minus observari, sed hoc dicere nollet de *Itinerario* vel *De reductione* « ou d'autres écrits du même genre » (13, note 1). Quaedam contradictio seu ad minus defectus claritatis hisce in verbis apparet.

Theoria idearum exemplarium quam plures Scholastici, uti Alexander, S. Thomas, Scotus et Seraphicus Doctor exponunt, nititur praesertim in S. Aug. *83 Quaest.*, qu. 46, n. 2 (PL 40, 30). Translatio gallica, quam auctor in textu profert, non est exacta neque completa (29). Sicut hic, ita et pluries doctrinam S. Bonaventurae comparat cum illa S. Augustini, Alexandri et S. Thomae. Pro historia theologiae vel philosophiae praesertim Pars 2, cap. VI (249-71) maioris est momenti. Explicat enim auctor, quid Alexander, Ioannes de Rupella [fuitne revera « successor » Alexandri in cathedra Parisiensi?], Thomas Eboracensis (cf. AFH XIX, 901), Bonaventura, Matthaeus ab Aquasparta docuerint de famosa theoria illuminationis. P. Bissen anceps haeret de opinione Duns Scoti, sed probabilius aestimat eum non admisisse visionem in rationibus aeternis (254), quamvis cum cl. Gilson, quem saepius sequitur, credat illuminationis divinae theoriam Scoti differre ab illa S. Thomae. Auctores S. Bonaventura posteriores generatim notam quamdam polemicam prae se ferunt. Appellant ad auctoritatem S. Augustini, uti Matthaeus ab Aquasparta et Rogerius Marston, vel uti Peckham ad illam S. Bonaventurae (*Chart. Univ. Paris.* I, n. 523). Cum Franciscanis stabant Petrus Tarentasius, Rob. Kilwardby et Theodericus Fribergensis ex Ordine Praedicatorum (cf. AFH XVIII, 441-72) necnon et Henricus Gandavensis (255). Uti tamen iam P. Manser (*Jahrb. f. Philos.*, 26, 1912, 298) notavit, multa etiam augustinismus et aristotelismus communia habebant. Recte quoque observat P. Ioannes-Maria Bissen, etiam minores theologos illius temporis cognoscendos esse, ut historia completa iudiciumque finale de augustinismo prodire posset. Propter hoc et vocabularium uniuscuiusque auctoris componi debuisset, quia voces eaedem non semper idem significant apud diversos scholasticos.

Plura adhuc dicenda forent, sed pro scopo nostro dicta sufficiunt. Valde doctum librum, bene editum, nostris lectoribus commendamus.

2. Agentes de dissertatione P. Voislai Mioč, O. F. M., *Septem dona Spiritus Sancti in doctrina S. Bonaventurae* (AFH XVII, 441 s.), diximus hanc ulterioribus investigationibus ansam dare posse. Quas revera instituit P. Iohannes-Franciscus Bonnefoy, O. F. M., quamquam opusculum P. Voislai ignorare videtur, suum opus facultati theologicae Instituti sic dicti Catholici Tolosani pro laurea obtinenda, bono exitu, proponens.

Introductione de vita et operibus S. Bonaventurae praemissa (1-12), in prima libri parte agit de dono increato qui est ipse Spiritus Sanctus (14-59) et quidem de eius processione aeterna, de proprietatibus (26-35), de relationibus (36-48) et de donatione eius temporali (49-59). In secunda parte considerat dona Spiritus S. in generali (60-136), sicut et fecit P. Mioč, quem tamen facile superat tam profunditate quam amplitudine.

Ultimo tractat de donis in speciali (137-93) et de contemplatione (194-206). In appendice agitur de fructibus Spiritus S. et de « sensibus spiritualibus » (207-15); sequuntur quaedam observationes de relationibus donorum ad vitam spiritualem (216-19), ad septem verba *Pater noster*, ad facultates animae, ad peccata capitalia, virtutes et beatitudines (220s.). Inopinato habetur translatio gallica epistulae S. Bonav. « *De XXV memorialibus* » (*Opp.* VIII, 491 ss.). Clauditur liber bibliographia (231-3), ubi notatur *Sum. Theol.* Alexandri Hal. pars III, Venetiis 1625, legas tamen 1475 aut 1575. Index materiarum (235-7) laudandus, personarum desiderandus est.

Ex magna copia rerum quaedam tantum eaque magis historiam respicientia tangamus. Pro Sancti biographia auctor meliores sequitur modernos, praesertim cl. Gilson (cf. AFH XVIII, 386-90). Non admittit tamen inter magistros S. Bonaventurae Ioannem de Rupella, utique eodem quo Alexander anno mortuum (1245). Alexandrum per duos annos audiisset, dein Odonem Rigaldi et Ioannem Parmensem. De Richardo Cornubiensi (cf. AFH XXI, 403-6) non fit sermo, neque de Hugone a S. Caro (cf. AFH X, 259). Dixit Seraphicus Doctor: « Nec quisquam existimet quod novi scripti velim esse fabricator; hoc enim sentio et fateor quod sum pauper et tenuis compilator » (*Opp.* II, 1). Iudicium utique « nimis modestum », verumtamen ex nova Alexandri Halensis editione constat, quam plurima « magistri et patris » sui Alexandri Bonaventura assumpserit. — *Collationes de Donis Spiritus Sancti* (*Opp.* V, 455-503), an. 1268 Parisiis habitae [v. supra, 257-72], iam insinuant controversiam orituram inter asseclas augustinismi et aristotelismi. Bonaventura videtur fuisse caput illorum, quamvis propter dignitatem suam Ministri Generalis in publico talis apparere non potuerit (5). Quae *Collationes* uti et illae *in Hexaëmeron* sunt pretiosa documenta pro doctrina augustinismi illius temporis (1268-73) cognoscenda, sed minus quam exspectaretur specialia circa doctrinam continent, v. g. de donis. Haec autem magis in *Commentario* habentur, quo certo etiam usus est in praeparandis suis *Collationibus* (8). — Divisio operum in « principales œuvres datées » et « ouvrages moins importants ou non datés » (11) non videtur adaequata.

Doctrina Seraphici de SS. Trinitate plura debet Pseudo-Dionysio. Opinatur P. Bonnefoy Bonaventuram adhibuisse translationes Ioannis Scoti Eriugenae et Thomae Galli, abbatis Vercellensis (15). Haec autem fuit potius « extractio » ex Dionysii operibus, dum translationis nullum invenitur vestigium; cf. M. Grabmann, in *Beiträge zur Geschichte des christl. Altertums und der byzant. Literatur. Festgabe Alb. Ehrhard*, Bonn 1922, 191. De cetero et alia translatio, scil. Ioannis Sarraceni, Seraphico innotuit ex Alexandri Hal., *Summa Theol.* (cf. v. g. II, ed. Quaracchi, p. 143 et nota 17). Quam translationem et ipse S. Bonaventura adhibuit; cf. *Opp.* III, 373b: « et alia littera », quae est Sarraceni (edita inter *Opp. Dionysii Cartusiani*, Tornaci 1902, XVI, 380).

Laudandus P. Bonnefoy, quia clare exposuit, quomodo Sanctus Doctor metaphysicus mysticae christianae dici posset (24 s.). Insuper non sine

quodam gaudio videmus confratrem nostrum respexisse philologiam S. Bonaventurae. Hoc ln campo adhuc fodendum est. Particularis autem difficultas in eo consistit, quod scholastici pauca dicuntur habere propria verba, sed fere omnia ex aliis sumpta. Libenter igitur legitur quae auctor gallicus profert de verbo « liberalitas » (26-8), « donum » (41-3) et de quaestione, utrum Spiritus S. dici possit « noster » (51-3). Seraphicus in solvendo hoc quaesito se grammaticum ostendit (cf. *Opp.* I, 332 ss.).

Mediantibus Richardo a S. Victore et Alexandro Halensi ideae Seraphici Doctoris appropinquant Patribus Orientalibus, praesertim Ps.-Dionysio, quem circiter 240ies allegat, in *Sent.* 140ies (57). Hunc praecipue in constituenda doctrinae suae basi sequitur, in elaboratione potius S. Augustinum, utrumque Platonis amicum.

Pauca sunt documenta ecclesiastica de donis S. Spiritus agentia; principale est encyclica Leonis XIII *Divinum illud* (9 maii 1897), quae tamen non interimit controversias scholasticas. Nemo hodie cum Alberto Magno et Alexandro admittit 33 habitus infusos: 7 virtutes, 7 dona, 7 beatitudines et 12 fructus Spiritus Sancti (117). Quos ultimos S. Bonav. non opinatur esse habitus, et nonnisi tria septenaria acceptat (94-8, 117). Discipuli et sequaces Seraphici hunc numerum adhuc restringunt, quamvis alii, inter quos S. Bernardinus, illum fideliter sequantur (121). Bonaventura septem docet esse dona; qui numerus « septenarius sive in mundo minori [microcosmo, scil. homine] ortum habet a mundo archetypo, ubi sunt rationes causales secundum rationem septenarii » (*In Hex.*, coll. 16, n. 9; *Opp.* V, 404b). « Frequentissime », ait stenographus Doctoris, « inculcabat, quod non sunt a casu et a fortuna ista et consimilia posita in Scriptura, sed maxima ratione et mysterio » (l. c. 405b).

Quae Sanctus de donis in particulari docuerit, auctor non solum neque principaliter in *Commentario* vel *Breviloquio,* sed praesertim in *Collationibus* quaesivit. Claro nitidoque modo haec omnia exposuit gaudiumque praebet ea legentibus. Videsis e. g. quae de dono scientiae profert, praecipue de cognitione Scripturae (155 ss.). Speramus fore ut hoc opus, omni laude dignum, in manus veniat multorum.

P. Willibrordus Lampen, O. F. M.

Klug, Hubertus, O. M. Cap., P., Dr. — *B. Ioannis Duns Scoti doctrina de sacrificio, praesertim de sacrosancto Missae sacrificio.* — Barcelona, Editorial Franciscana, 1929. — In-8°, 80 pp. — (Pes. 3). — (*Collectanea Sarrianensia,* (*Estudis Franciscans*), vol. I, fasc. XI).

B. Ioannis Scoti doctrina a Patribus tam Florentini quam Tridentini Concilii permagni habita est. Immo, « testantibus actis Concilii Tridentini, forte maior pars theologorum Tridenti coadunatorum sententiis scotisticis adhaesit » (Fr. Diekamp, *Katholische Dogmatik nach den Grundsätzen des hl. Thomas von Aquin,* I3-5, Münster 1921, 83). Quid igitur mirum talis Magistri vocem libenter audiri de quaestione nostris diebus

valde agitata, scil. de S. Missae sacrificio? Post opera quae praesertim M. de la Taille, W. Goetzmann, M. Lepin, J. Geiselmann, V. Bernardi, nuper ediderunt de hac re, de qua in variis quoque periodicis acriter disputatum est, gaudemus P. Hubertum Klug quae scripsit in *Estudis Franciscans,* XXXIX, 1927, 408-25; XL, 1928, 381-436) de Scoti sententia quoad hoc subiectum uno fasciculo publici fecisse iuris.

Praemisso tractatulo de sacrificio in genere (3-9), idem in specie considerat et quidem primo sacrificium passionis D. N. I. Christi (9-14), dein agit de sacrificiis antechristianis (14-20), tandem et principaliter de Missae sacrificio (20-74). Qui ordo tractandi aliqualiter praeposterus videri posset, sed secundum Scoti doctrinam sacrificia antechristiana sunt vera sacrificia, et relativa, quia relationem ad sacrificium Crucis habent.

Auctor non solum doctrinam Scotí ex eius operibus eruit, sed etiam auctoritatibus fulcire nititur. Patet vero sensum Doctoris Subtilis, si in editionibus quandoque obscurus videtur, illuminandum esse codicibus MSS., quamdiu editio critica desideratur. Plura ergo incerta manebunt. Quoad auctoritates allegatas, notamus eas quandoque nimias, quandoque sine ordine proferri, v. g. Umberg, Bartmann, Suarez, S. Bonaventuram et Card. Hosium (p. 7s.), neque semper magna cum utilitate. — Interdum etiam sensus anceps manet, v. g. p. 11: « Scotus ergo docet actionem seu oblationem sacrificialem Christi in eo consistere, quod Salvator noster humanam suam naturam Deo hoc modo daret, ut secundum voluntatem Dei pateretur et moreretur » [humana natura? an persona divina secundum humanam naturam? hoc utique, non illud supponendum est].

De quaestione tam disputata, utrum sacrificium Coenae et illud Crucis sint numerice idem, Scotus non admittit ea « numerice et absolute differre » (13) docetque sacrificia partialia, quibus Christus per totam vitam se Deo obtulit, esse sacrificium moraliter unum (12). Auctor ex doctrina Scoti deducit: « Physica immutatio et destructio corporis et sanguinis Iesu non erat actio sacrificialis Salvatoris nostri; sed in tantum essentialiter ad eius sacrificium pertinebat, in quantum Christus per voluntariam tolerantiam passionis et mortis externo signo manifestare debuit, se Deo perfectissime subiectum et deditum esse (14) ». Non omnino negamus hanc fuisse Scoti sententiam, sed magis liquet esse opinionem P. Huberti multorumque aliorum Theologorum, contra quam tamen varia adsunt gravamina.

De sacrificio eucharistico auctor plura profert magni momenti, v. g. de persona sacrificantis (20-8), de essentia sacrificii Missae (35-9), quam Scotus in oblatione SS. Eucharistiae ponit, uti dicit auctor; sed textus Scoti, ex quibus eruitur haec opinio, vix allegantur. Notandum quoque quae de fructibus Missae Scotus proferat, praesertim de partitione ab ipso « primo data et nunc ab omnibus theologis accepta » (64).

Haec pro natura nostri periodici sufficiant. Meritum auctoris in eo est quod Scotum nobis ostendit Doctorem Sacrificii Eucharistici.

P. Willibrordus Lampen, O. F. M.

Golubovich, Girolamo, O. F. M. — *Biblioteca bio-bibliografica della Terra Santa e dell' Oriente Francescano. Tomo V (dal 1346 al 1400).* — Quaracchi, Collegio di S. Bonaventura; [Firenze, Tipogr. Barbèra], 1927. — In-8°, XII, 441 pp. — (L. 50).

Volumine hoc quinto semisaeculum (an. 1346-1400) complectente impigerrimus auctor et collector *Bibliothecam* suam latissimam 'Terrae Sanctae et Orientis Franciscani' usque ad limen XV saeculi perduxit. Qua occasione sincere eidem gratulandum esse existimamus, quod nunc iam duo saecula strenuo calamo pertractavit. Praecedens enim tomus IV solos annos 12 comprehenderat: 1333-1345 (v. AFH XVIII, 393-7), tomus vero III annos 1300-1332 (v. AFH II, 303-5). — Res narrandas et exponendas P. H. Golubovich ubique Annalium instar disposuit, unde liquet in tomo V neque res maximi momenti pertractatas esse, neque textuum litteralium prolixiorum copiam adfuisse edendam. Inter hos praeeminent diplomata Summorum Pontificum, dein extracta ex *Itinerariis* sive Fratrum Minorum sive aliorum, demum Epistolae circa res gerendas et gestas scriptae. Plures bullae a P. Conr. Eubel in *Bull. Franc.* vol. VI et VII, ad sola 'regesta' reductae, quia formularia essent, hic tenore extenso eduntur (26-8, 31-2, 42, 110, 197 s., 204-6, 256-7), aliae paucae bullae eumdem editorem penitus effugerant (59, 187, 191).

In periodo hic pertractata actuositas missionaria Fratrum Minorum valde adhuc diffusa erat; in aliquas regiones novae turmae Fratrum destinabantur, ut praecipue diplomata nos docent pontificia. Nam, eheu, nullae huius periodi Relationes servatae nos de industria missionaria Fratrum singulatim edocent. — An. 1349 Fr. Iohannes, illis in partibus ortus et a Fratribus Minoribus instructus, «primus et unicus» nominatus est archiepiscopus Matrigensis (*Matrek*) in Zichia sive Ziquia ad Pontum Euxinum in Caucaso (40-5). Duae dioeceses novae sub eo statim erectae fuerunt, nam, ait Clemens VI: «*quamplurimi Fratres Ord. Min. ... ad certas partes orientales et specialiter ad regnum Ziquiae ... ab olim de superiorum suorum licentia se transtulerunt*» et plurimos schismaticos et gentiles praedicationibus suis converterunt (46; BF VI, n. 503). Anno 1369 Urbanus V novos fidei praecones Ordinis Min. in eas aliasque regiones Tartariae Aquilonaris destinavit (144-6; BF VI, n. 1070). — Anno sequenti 1370 idem Urbanus V Fr. Franciscum de Interamna cum 7 sociis Ordinis Min. «*ad Tartariae aliasque infidelium partes*» ablegavit, quos aliis bullis recommendavit 'bailo' Veneto et 'potestati' Ianuensi Constantinopoli [= C.poli], Perae, Caphae, Tanae (146-9). Quoniam P. H. G. pro istis missionariis emanasse censet bullas alias datas 12-23 martii 1370, quarum secunda (15 martii) respicit Fratres missos «*ad partes Tartariae orientalis et aquilonaris*», non assequor, cur «Tartaria orientalis» significet regionem «C.politanam» (146), neque et cur P. H. G. bullas istas totius Orientis missiones concernentes adeo disiungat a Fr. Guilelmo de Prato Parisiensi. Hic enim 11 martii 1370 ab

Urbano V archiepiscopus Cambaliensis *(Peking)* nominatus est, et plura ei commissa sunt diplomata ad Magnum Chanum Tartarorum aliosque principes et reges Orientis. Eidem concessi sunt 12 « socii », qui paulatim ex voluntarie confluentibus ad 60 aucti sunt (149-54). Mirandum hoc tentamen zelosum Tartaros et Sinenses convertendi, proh dolor, omnem spem fefellit. Anno enim 1370 ineunte, Avenionem nondum nuntius pervenerat novam dynastiam Sinensem *Ming* an. 1368 Tartaris successisse atque omnem religionem peregrinam proscripsisse. Sic missionibus Extremi Orientis finis iam impositus erat; neque scimus quonam missionarii isti pervenerint et ubi itinera sua vi rerum novarum coacti et dolentes intermiserint (151).

Die 22 aug. 1370, Fr. Antonius, tunc episcopus Milevitanus *(Malta)*, in propinquiorem Georgiam Caucasi missus est, facta sibi facultate 25 Fratres Ordinis sui undequaque adsciscendi. — Anno 1369 exeunte plures bullae emanarunt pro Fratribus Min., quorum nomina numerumque ignoramus, profecturis non proprie in Gazariam, sed in « *Tartariam Superiorem* », in qua Fratres missionarii « *fere omnes naturae debitum* » persolverant (145). — An. 1392 Bonifatius IX Fr. Rogerio de Anglia et Ambrosio de Senis, qui missionarios conquisituri in Occidentem venerant, facultatem fecit 25 Fratres Min. secum ducendi in Montes Caspios seu Caucasum (301; BF VII, n. 101). — Nihil certi scimus de profectu et successu 25 Fratrum Ord. Min. et Praed., qui an. 1376 Romae convenientes et « *se ad partes Ultramarinas ituros spontanee offerentes* » illuc pergendi licentiam bulla acceperant (213; BF VI, n. 1424). — In Gazariam aufugit Fr. Arnaldus Montaner, Catalanus, qui in patria aliquot « potius ineptias quam haereses » (ait recte P. H. G.) circa an. 1354 proposuerat, ob quas Nicolaus Eymerici, O. P., celebris ille inquisitor, in patria an. 1373 contra eum profugam egit. Arnaldus vero non comparuit nisi post indictum Eymerico ipsi ex Aragonia exsilium (189-92).

Volumen perdoctum inauguratur copiosis extractis e *Libro d'oltremare* Fr. Nicolai Corbici de Podio Bonizi, O. F. M., qui 1346-50 Palaestinam peragraverat, omnium locorum mensuras ulna capessens et in tabulis notans. *Liber* ipsius prodiit Bononiae 1881. Saeculis XVI-XIX quadragesies eiusdem *Libri* extractum cusum est sub nomine apocryphi « *Fratris Noe* » (1-24). — Ex aliis insignioribus seu longioribus dissertationibus notandae sunt v. gr. collecta de Fr. Petro Petricelli de Fano, laico, O. F. M., 1347-71, strenuo capitaneo et Smyrnae vicario apostolico temporali (30-4); de hospitali pro peregrinis Hierosolymis in Monte Sion a Sophia Philippi de Archangelis, Florentina, an. 1353 fundato eiusque fatis adversis (62-8, 105-9, 167s., 196-9); de expeditione C.politana Amedei VI, vulgo « *Conte Verde* », comitis Sabaudiae, an. 1366-67, quocum profecti sunt Fr. Iohannes de Croso et Fr. Petrus de Rumilliaco, comiti a confessionibus (117-31); de Fr. Antonio Balistario, Atheniensi, socio et interprete Iohannis V Palaeologi et dein archiepiscopo Athenarum (134-42). Pluribus disseritur de S. Brigitta Sueca, sed non Suecorum regina vixque Ter-

tiaria, quam Cipro Hierosolyma peregrinantem associavit Fr. Martinus de Aragonia (168-83); de Fr. Petro, filio quarto Iacobi II regis Aragoniae, annos 54 nato Ordinis Min. facto, cuius filia erat Eleonora regina Cypri (160-6). Addimus de hoc Fr. Petro († 1381) etiam actum esse in AFH II, 441-6. — Documenta martyrii BB. Fr. Nicolai de Tavileis, Dalmatae, triumque sociorum, qui an. 1391 Hierosolymis trucidati sunt, colliguntur p. 282-90. — Ibi dein (290-7) plura extrahuntur e rarissimo libello (in-8°, 57 foll.): *Tractatus de martyrio sanctorum*, edito s. l. et an. (circa 1500?). Scriptus est C.poli 1435-37, a quodam clerico saeculari, qui de martyrio agens etiam praefati Nicolai mentionem ingerit (292, 295) atque trium Fratrum O. F. M., Petri de Bitonto, Angeli de Esculo et Petri Alemanni de Maguntia. Hi tunc C.polim venerant ad infideles perrecturi, ut martyrium assequerentur. Opinatur iste anonymus Fratres Minores prae caeteris obligari ad martyrium (294-5). — Notanda bulla Bonifatii IX, 7 ian. 1401, qua Fr. Antonius Solpan de Montibus Caspiis, O. M., classi pro tuendis christianis per Mare Caspium contra immanem Tamerlanum mittendae capitaneus praeficitur (331-3; BF VII, n. 339). Bulla commemorat, quomodo in illis regionibus « *quamplurimi viri Ordinis Fratrum Minorum de Societate Peregrinantium nuncupati* » crebram multitudinem ad fidem converterint.

Expanditur vita Fr. Iohannis Dardel, Stampensis, Galli, capellani Leonis V regis Armeniae, quem e captivitate a se liberatum ad aulas regias Occidentis comitatus est (220-33). Segobiae Fr. Iohannes episcopus Turtibulanus (*Tortiboli* sub Benevento) consecratus est, mense augusto 1383. Obiit vero in patria sua 6 dec. 1394 (cf. AFH III, 728). Fr. Ioh. Dardel scripsit: *La chronique d'Arménie*, ed. ap. *Recueil des historiens des Croisades; Documents Arméniens*, II, Paris 1906, 1-109. — Excellenter (253-65) P. H. G. egit de Fr. Anselmo Turmeda, nato Palmae Maioricae circa an. 1353-55, qui numquam missionarius fuit, sed an. 1387 Tunisium navigavit, ut apostata fidei catholicae Mahumeti errores profiteretur, a Sultano ideo muneribus et officiis adauctus, dein vocatus *Abdallah ibn Abdallah*, (i. e. Servus Dei filius servi Dei). Aliquot libros acres contra fidem catholicam scripsit. Apostatae sepulchrum adhuc hodiedum Mahumetani venerantur Tunisii. — De Fr. Gerardo Calveti (266-75, 283 s., 298 s., 303 s.) et Fr. Nicolao Corner Cretensi (215 nota 2, 320, 335-7) insignibus Terrae Sanctae custodibus pluribus agitur. Attamen dicta de altero Fr. Nicolao Cretensi a praefato Nicolao distinguendo (?) atque de eius munere custodiali (215-7) nondum patere nobis videntur, quia in Statutis an. 1377, n. 1 legitur tantum (217): « *Guardianus Montis Sion esto reliquorum Terrae Sanctae locorum praefectis superior* », quin Syriae mentio fiat. — P. 238 refertur notitia ex AFH II, 642: « *sicut dixit mihi Fr. Conradus* », quae legitur in codice Mutinensi saec. XIV, ante medium, scripto. Hinc satis apparet Conradum istum non fuisse eumdem cum Fr. Conrado de Prussia, qui inde ab an. 1397 in Schönensteinbach vivebat, postquam ter Ierusalem visitaverat. Visis anno 1397 et codicis aetate, hypothesis illa elementa

contradictoria involvit. Accedit quod ille Conradus de Prussia O. Praed. fuit et maximus Observantiae regularis inter suos Germaniae confratres promotor, qui in fato conventu Alsatiae obiit an. 1416. Cf. *Quellen zur Gesch. des Dominikanerordens in Deutschland,* II, 1908, 15 ss.; III, 30 ss.; XII, 56-8. In notitia illa omni agnomine deficiente, vix divinari poterit, quinam Fr. Conradus illa dixerit. Cf. de homonymo Minorita, *Biblioteca,* I, 324; II, 102, 429.

In Appendicibus (345-91) aliqua *Itinera, Peregrinationes* et *Processionalia Terrae Sanctae* saec. XIV eduntur (345-69); v. ab eodem P. H G. editas *Peregrinationes* ap. AFH XI, 559-63. Subnectuntur syntagmata notitiarum de conventibus Ordinis in Creta insula (370-91). Clauditur demum volumen Indice triplici solito ac valde utili quibuscumque tomum copiosum evoluturis.

P. Michael Bihl, O. F. M.

S. Laurentii a Brundusio, *Ordinis FF. Min. S. Francisci Capuccinorum, Opera Omnia a Patribus Min. Capuccinis Prov. Venetae e textu originali nunc primum in lucem edita notisque illustrata. — Volumen I: Mariale.* — Patavii, Ex officina typographica Seminarii, 1928. — In-4°, XXIV, 651 pp. — (Lib. it. 90).

S. Laurentius ex honesta stirpe Veneta Brundusii ortus an. 1559, Venetiis an. 1575 inter Fr. Min. Capuccinos cooptatus, totam fere Europam, nullam demandati sibi apostolici muneris partem intermittens, praeco evangelicus peragravit. Plures linguas didicit, quas inter Hebraicam tam probe scivit, ut ipsi Iudaei mirarentur. Concionator celeberrimus, Minister seu Vicarius Generalis sui Ordinis (1602-5) renuntiatus est, pluresque apud principes catholicos delegationes est exsecutus. Pacis sequester ad Philippum III Hispaniae regem missus, in hac obeunda legatione laboribus attritus, Ulyssipone occubuit 22 iulii 1619. Virtutibus miraculisque clarus an. 1783 inter Beatos, annoque 1881 inter Sanctos relatus est. — Maxima pars operum ipsius, quae pleraque concionatoria sed fere omnia inedita sunt, in Archivo PP. Capuccinorum Venetorum adservatur (IX-XIII). Hinc Superiores aliquot Patres eadem prelo parare iusserunt, qui (aiunt, p. XV): « *Nunc demum, post duos fere annos acris sane laboris primum volumen laetantes in lucem proferimus* ». Rem experti, et animorum gaudium huiusmodi illico assequimur et laborem strenue impensum merita sinceraque laude extollimus.

Hoc primum volumen *Mariale* inscriptum, e Sancti MS. autographo evulgatur, cuius I pagina « tertio diminuta » qua scripturae cursivae et angularis specimen zincotypice expressa accluditur. *Mariale* ipsum 59 sermones complectitur. Sed editores insuper ex aliis Sancti sermonum collectionibus extractas conciones alias 25 « cum uno exordio » (p. XX) huic inseruerunt volumini quod sic universim sermones 84 praebet. In duas partes volumen suum dispertiverunt. Harum prior (5-404) sermones exhibet qui: « *pertractant* (aiunt) *vel exponunt quasdam pericopas scripturisticas vel liturgicas* »; altera vero « *sermones in praecipua*

festa Deiparae Virginis iuxta annum ecclesiasticum dispositos » continet (407-595). — En istorum sermonum series: *In visionem Ioannis* (Ap. 12, 1-5) septem (5-74); *Super: Missus est* sexdecim (77-159); *In salutationem angelicam* decem (163-254); *In canticum Virginis* item decem (257-98); *Super: Beatus venter* quinque (301-32); *Super: Fundamenta eius* (Ps. 86, 1-7) sex (335-80); *Super: Salve Regina* similiter sex (383-404). — Pars altera praebet conciones in festa sequentia: *Immaculatae Conceptionis* undecim (407-503); *Purificationis* sex (505-46); *Visitationis* duos (547-57); *B. Mariae ad nives* duos (559-68); denique *Assumptionis* tres (569-95).

Horum Sermonum collectio eiusmodi ab editoribus, qui *Opera omnia* S. Laurentii evulgaturi sunt, proindeque rectius singulos sermones suis quibusque in locis reliquissent seu suo tempore edidissent, fortasse ideo facta est, ut commodo confratrum suorum praedicantium utilius ac copiosius inservirent. Editores quidem existimant: « *omnia quae de Virgine dici possunt vel pertractasse S. Laurentium profunde vel attigisse* » (p. XVIII). Quod iudicium tamen nota aliqua hyperbolica non carere videtur. Concedunt dein insuper, quod: « *sermones hos perlegens quisque facile intelliget magis partem doctrinalem pertractari et mentem potius quam corda pelli* » (p. XVIII-XIX). Opinamur S. Laurentium, dicendi facundissimum, 'practicas conclusiones' ex tempore addidisse vel traxisse ex abundantia sui animi zelosi et experientia multiplici. Conclusionum tamen practicarum defectus seu saltem brevitas modo pluribus concionatoribus horum sermonum utilitatem practicam aliquatenus diminuet, licet putemus vix ullum hodiedum praedicatorem sermonem quemlibet talem esse habiturum qualem eum S. Laurentius exaravit. — « *Non omnes hi sermones eiusdem valoris sunt; nonnullae in eis ideae et Scripturae textus saepius repetuntur ... cum S. Auctor eos non eodem tempore scripserit, neque prelo omnes destinaverit. Quae tamen affirmat, solide semper probat; conceptus ubique sunt elevati et cognitio Scripturarum extraordinaria ostenditur* » (p. XIX). Quibus editorum sententiis plene assentimur. — Plures sermones, subdimus, magis brevissimae adumbrationes sacrae orationis sunt, immo vix delineationes dicendi sunt; cf. 102-3, 174-5, 187-8, 204-5, 404, 542-4, 545-6, 556-7. P. 588-9 duo exordia offeruntur.

Tota tractatio thematis eiusque evolutio in textibus S. Scripturae innituntur, cuius cognitionem atque peritiam insolitam hae conciones, quae quandoque tractatui similiores dixerim, prae se ferunt. Non erit admirationi, quod S. Laurentius saepissime sensui mystico sive allegorico seu accommodatitio inhaeserit. Cognitionem suam linguae hebraicae S. Praeco Dei in praxim deduxit uberrimam, voces, textusve integros hebraicos inserens, vel loco Vulgatae lectionibus hebraicis inhaerens, quatenus themati suo aptiores ac feraciores essent; (v. 8, 12, 18, 33-4, 120, 122, 182, 357 ss., 364, 369, 378 etc.).

Sanctos Patres crebros laudavit, saepe plurium sententias accumulans, iam ideo vix directe ex originalibus haustas; v. 7, 11, 63, 82, 166, 172, 194, 231, 239, 244, 312 etc. — Auctores veteres classicos

raro allegavit, rarius quam ex adnotationibus recte suppositis apparere posset. Scholasticos rarissime expresse adhibuit; S. Thomam: 78-9, 475-7, 585; S. Bonaventuram: 253, 476. Hoc tamen in loco S. Laurentius Immaculatam Conceptionem B. Mariae propugnat, quam in locis pluribus strenue tutatus est; cf. 408s. etc. Notae eruditionis theologicae maioris suppositae sunt paginis 32, 78, 237, (364), 473, 476. — Calvinum 'primogenitum diaboli' ictu polemico directo S. Laurentius perculit, 138s., 172, 323: « *Calvinus* (ait) *sive potius Cainus* »; 561. Alibi, tacito nomine eius inviso, eum impetivit, 251, 301. (Qui duo loci in *Indice*, 621, desunt). Index iste nominum rerumque notabilium (619-49), quem navi editores subiunxerunt, caeterum copiosus est, eritque utilis volumen adhibituris, non secus ac postillae in marginibus opportune adiectae.

Innumeri textus S. Scripturae a S. Laurentio citati ac varie expositi sunt. Editores seduli in notis variationes Vulgatae significarunt, non secus ac locos SS. Patrum aliorumque auctorum a Sancto allegatorum. Attamen adnotationes non omnes ad rem sunt, neque multum refert, pro diis deabusque veterum, lectorem amandare ad I. Perin, *Onomasticon totius Latinitatis*, Patavii 1910-26. — P. 96 circa sphaeras in notis allegatur Theophrastes Eres., *Historia plantarum*, VII, 6; sed p. 338 aptius citatur Cicero, *Somnium Scipionis*. Rectius additus fuisset Macrobii in hoc scriptum *Commentarius*, I, 17ss. — P. 115 ipse S. Laurentius dicit: « *Deus namque, ut Trimegistus* [sic] *ait, sphera est intellectualis, cuius centrum ubique, sed circumferentia nusquam* ». Ad quod in calce paginae notatur: « Cf. *Pymand.* cp. 2 et cp. 13 circa finem ». Est autem reapse propositio II celebris libri pseudohermetici Trismegisti Philosophi *De regulis theologiae*, quem v. gr. ed. Cl. Bäumker Friburgi 1913, p. 31. Cf. hunc locum ap. Alex. Halensem, I (1924), 60 (ibid. 18, in nota 6, huius brevissimi opusculi 'Trismegisti' textus editur). Eadem vero propositio recurrit ap. S. Bonaventuram, *Sent.*, I, (1882), 639; *Itiner. mentis*, 5, 8 (V, 310; cf. etiam P. L. 210, 627). — Aliud dictum Trismegisti (sic recte: 207) in hoc opusculo non legitur. — De auctore *Speculi B. M. V.* (169, nota 66) iam diu constat; cf. opusculi huius editionem Claraquensem an. 1904. — Mirandum est, quod editoribus visum sit *Patrol. Latinae* tomum et columnas « aut, ubi adsit, numerum crassiorem ... textui insertum » citare, non vero veros columnarum numeros. Crassiores enim illos numeros Migneus textui suo ideo tantum inseruit, ne indicum numeros refunderet.

Quoniam sermones isti e MSS. autographis S. Auctoris hausti sunt, variantium adnotatio vix levissimum gignebat edentibus laborem. Subnotantur lapsus aliquot calami scribentis velociter, rari quoque errores. Editores recte orthographiam usui adaptaverunt moderno. Eorum tamen diligentiam (praeter errata, correcta p. 651) aliquot naevi effugerunt; 61: *Hyphigenia* pro *Iphigenia*; 79: *chrysolitus*; 96: *sphera*; dein recte scribunt *sphaera*: 338, etc. — Circa textus seu verba hebraica a S. Laurentio litteris latinis transscripta editores ancipites haerebant; eadem, aiunt: « *intacta reliquimus, licet Auctor non sibi semper constans fuerit* » (p. XXI). Utilius ergo transscribendi systema aliquod moder-

num adoptavissent, quod paucis in lineis praefationis suae explicare poterant, transscriptiones minus accuratas Sancti dein in adnotationibus significaturi, non secus ac « variantes » textus latini. Eadem dubietas effecit, ut pauca verba hebraica textui litteris hebraicis inserta (44, 168, 178-9, 457, 502) modo puncta Masorethica prae se ferant, modo eis careant. Etiam textus graecos, longe rariores a Sancto transscriptos (135, 168, 190, 283, 350) similis incertitudo affecit. Graecum κ transscribere non licet *ch,* quod χ respondet. His graece expressis saltem accentus ubique superponendi erant. Adde eis p. 172, notam 79, ubi etiam legendum *Mariomastigae* pro *Mariomastigi;* forma recta in ipso textu legitur, 234, l. 8. – Exuberantia S. Scripturae a sancto Praecone allegatae magis adhuc emineret, si textus impliciti typis cursivis significarentur, quatenus verba correspondent: v. p. 6 ad notam [nobis: n.] 11; 11 n. 56; 19 n. 16; 21 n. 34; 22 n. 38, 39, 41, 42, 44; 25 n. 65, 68; 59 n. 3; 66 n. 49; 69 n. 65 etc., etc. — Textus quoque S. Scripturae quos, punctis interpositis, Sanctus utpote sibi notissimos incompletos scripsit, modernorum maiori commodo [inter uncos] redintegrati fuissent.

Cuilibet legenti patet eiusmodi res minores minutioresque nihil valoris neque laudis detrahere diligentissimae editioni, quae cusa est characteribus nitidis typographiae iam perdiu clarae Seminarii Patavini. Gratulandum profecto est Capuccinis Venetis, qui tomum hunc « opem operamque multam » postulantem paraverunt qui, aiunt (p. XXIII): « hanc editionem operum Scriptorum nostrorum gloriosi antesignani » offerunt « ob memoriam quarti exeuntis saeculi a Reformatione Ordinis Min. Capuccinorum ». **P. Michael Bihl,** O. F. M.

1. **Oliger, Livario,** O. F. M. — *Vita e Diarii del Card. Lorenzo Cozza, già Custode di Terra Santa e Ministro Generale de' Frati Minori (1654-1729). Con otto tavole fuori testo a cura del* P. L. O. *Tomo unico.* — Quaracchi, presso Firenze, Collegio di S. Bonaventura; [Firenze, Tipografia Barbèra], 1925. — In-8°, XIX, 387 pp. — *(Biblioteca bio-bibliografica della Terra Santa e dell' Oriente Francescano. Nuova Serie: Documenti, diretta dal P.* GIROLAMO GOLUBOVICH. *O. F. M., tomo III).*
2. **Castellani, Eutimio,** O. F. M. — *Atti del Rev.mo P. Lorenzo Cozza, Custode di Terra Santa (1709-1715) raccolti dal* P. E. C. *Tomo I, Parte I.* — *Tomo II, Parte II.* — Ibidem, 1924. — In-8°, XI, 451; 498 pp. — (Singula volumina veneunt Lib. 50). — *(Biblioteca ... Nuova Serie, tomo IV, V).*

Ut paucis viri eximii, cui tria ista volumina secundae seriei *Bibliothecae* munifice dicata sunt, vitam atque praeclara facinora complectar, haec tibi, lector, summatim perstringo. (De vol. I et II huius seriei actum est ap. AFH XVIII, 397-400). Natus in oppidulo S. Laurentii prope Lacum Volsiniensem (nunc *Lago di Bolsena*), die 31 martii 1654, Simon Cozza, 17 ian. 1669 habitum minoritanum induit Urbe-

vetere in conventu Fratrum Observ. Provinciae Romanae. Studiorum curriculum, in quo post matutinum, somno decurtato, libris se dedebat, emensus (1670-76), qua lector philosophiae missus est Neapolim, ubi annos natus ferme 23 (*sic;* non: 21) sacerdotio initiatus est, 19 martii 1677. Anno 1679 Lucam lector destinatus est, sed munus hoc in propria provincia exin exercuit Viterbii (1679-85) et Romae in Aracaeli (1686-91). Tunc guardianum egit Viterbii (1691-94), definitorem provincialem (1695-98), visitatorem generalem Dalmatiae et Bosnae (1695-6), item provinciae Mediolanensis (1697-8), guardianum Araecaeli (1698-1701) atque Ministrum provinciae suae Romanae (1704-7). Dein Vincentius Bichi, nuntius apostolicus apud Helvetios, P. Laurentium Lucernam arcessivit (1707-08). Romam reversus P. Laurentius consultor aliquot Ss. Congregationum nominatus est, sed an. 1709 Custos destinatus fuit in Terram Sanctam (1709-15), unde post gesta clara rediens, Vice-Commissarius generalis Ordinis (1716-21) dictus est. Mox Minister gen. Ordinis (1723-26), ipso Papa Innocentio XIII (1721-24) qui electioni in Capitulo Aracaelitano praesidebat agente, votis 183 (contra 108 pro P. Cherubino de Nardò) electus est. Die 9 dec. 1726 a Benedicto XIII ex Ordine Fr. Praed. (1724-30), qui eius fautor ac amicus exstitit, promotus est Cardinalis tit. S. Laurentii in Panisperna, sed mox titulum Aracaelitanum accepit.

Ob hanc promotionem filius fratris P. Laurentii inter patricios cooptatus fuit atque ab Ant. Farnesio, duce Parmensi, titulum comitis accepit. Gens comitum de Cozza hodiedum in duos ramos divisa est: de Cozza-Luzi et de Cozza-Caposavi. In Aracaeli conventu Cardinalis quoque primum residebat, dein in conventu S. Bartholomaei Insulae Tiberinae, in quo 18 ian. 1729 defunctus atque sepultus est.

1. Vitae tam actuosae ac gloriosae curriculo (1-107) P. L. Oliger subnectit descriptionem effigierum Card. Cozzae, quarum aliquot volumini inserit (107-12). *Epistolarium* Cardinalis Cozzae (117-28) neque copia neque momento praecellit. Sequuntur de eodem miscellae notitiae (129-45). Maioris momenti dicam eiusdem bibliographiam diligentem (146-79) et operum quorumdam aliorum ad hanc nexu quocumque se referentium (179-200). Sane haec omnia large eruditeque proposita, una cum biographia ipsa, quae (3-107) maioribus solito typis composita est, late expanduntur. Notari possunt *Vindiciae Areopagiticae,* Romae 1702, quae tamen, ‘ quoad thesim principalem (ait P. L. O.) nunc penitus antiquatae ’ seu superatae sunt; *Historia polemica de Graecorum schismate,* Romae 1719-20, 4 voll. in-fol. Hoc opus « compilatorium » (163), ortum habuit in Terra Sancta, sed Romae exaratum est. In Bibliotheca Vaticana plura P. Cozzae MSS. servantur: codd. lat. *8786-8809,* partim inedita. Cozza *Tractatum de Deo uno et trino* in cod. *8786* exaravit, ut ipse ait: « *sequendo methodum subtilissimi Doctoris nostri et Magistri Ioannis Duns Scoti* » (173). — Deinde describitur cod. *89* Archivi prov. Aracaelitani, qui solus P. Laurentii *Diario dei viaggi in Oriente* et *Autobiographiam* continet (173-9). Opus utrumque lingua italica exaratum est, stilo humili, quia neutrum typis destinatum erat. P. Laurentius de seipso in tertia persona refert. Codicem exemplavit P. Samuel de Farnesio,

O. M. Obs. († 1807), ex autographis P. Cozza. Neutrius vero operis autographa, quae olim certo in conventu S. Bartholomaei Romae exstabant, invenire potuit P. Oliger. Textum *Diarii* iam ediderat Cozza-Luzi, ap. *Bessarione,* V (an. III), 1899, 22-61, 259-302 et denuo ap. *Volsiniensia,* n. 44 et 45, Roma 1899, iuxta autographon Cozza in archivo comitum Cozza-Luzi tunc servato, quod P. Qliger frustra quaesivit. Textus a Cozza-Luzi editus [nobis erit L] a MS. Aracaelitano [nobis sit R] in pluribus differt. R « *sembra* (ait Oliger) *alquanto rimodernato, anzi corretto, p. es. omettendo tautologie e pleonasmi* » [?]. R et L ex autographis (arguit Oliger) petita sunt; scriba R vix ausus esset textum « Cozzanum » modificare. Insuper R in fine cap. V (p. 216-7) casum quemdam narrat, qui Cozzae itineranti accidit, quem locum L omisit. Inducit ergo duo autographa Diarii olim exstitisse ab ipso Cozza exarata, quorum R esset recensio posterior. — Res nobis valde dubia manet, iam ideo, quia Cozza quamvis scribendo delectatus, vix talem textum in adeo paucis variatum bis ipse scripsisset, nisi prelo illum destinasset. Quo in casu plurima, non tantum verba, opinamur, mutavisset. Altera ex parte etiam textus L in pluribus « remodernatus » fuisse nobis apparet. — Cf. 203, nota e; 204 c, d, f; 205 b, f, g; 207 h; 209 a, b; 210 a; 219 b; 222 a; 233 a; 237 i; 238 b, c; 241 b; 244 d; 246 b, c, e, f, etc. Pag. 251 adest in R omissio, sed orta ex homoioteleuto; maior omissio talis econtra in L adest, 255 e. — P. 281 sententia integra, licet parva, sed non pleonastica, omissa est in R. — Adde plures errores in L ex erratis sive typothetae sive Cozza-Luzi exemplantis aperte provenisse, praesertim in nominibus propriis. Sed ex his liquet etiam textum R non maxima accuratione exemplatum fuisse. His visis, duplex illa recensio gravi subiacet dubietati atque apparatus lectionum variantium ad paucissima reduci poterat. Hae insuper largissime dispositae sunt. Sed absit a nobis, ut carpamus quod Terrae Sanctae Custodia tria ista volumina ubere munificentia in tanti sui Custodis dignum praeconium cudi voluit, in quibus plures res pluries repetuntur.

Diarium solos annos 1709-15, quos P. Cozza in Oriente proficuos transegit, complectens (203-96) tunc subsequitur: *Estratto dall'Autobiografia del P. Lorenzo Cozza* (297-321), quae *Extracta* eamdem periodum eademque gesta Custodis egregii, haud multis novis additis, concernunt. Inseritur etiam oratio mere rhetorica quam P. Franciscus a Bastia Melitae *(Malta),* 13 ian. 1710, ad P. Cozzam in Terram Sanctam vela facientem habuit (329-35), quanquam, ait editor: « *in se ha poco o niun valore e noi la pubblichiamo solamente a titolo di curiosità* ». Addimus dictum ibi laudatum: *Anima magis est ubi amat, quam ubi animat* S. Bernardi esse in *Libro de praecepto et dispensatione,* c. 20; ap. P. L. 182, 892. — Ex aliis tunc subnexis notamus *Statuta pro Terra Sancta* in Capitulo gen. Romano 1723 edita, nixa in experientia P. Cozzae, ab ipso tunc Cardinali an. 1728 revisa et an. 1729 a Benedicto XIII approbata (335-40). Haec denuo cuduntur e libro inscripto: *Capitulum generale ... habitum in templo S. Mariae de Aracaeli die 15 maii 1723,* Romae 1730, 61-6.

2. Tomus P. Liv. Oliger (1925) insimul introductio est et compendium sequentium tomorum II et III (1924). Hi messem frugiferam, silvamque confertam sed valde feracem constituunt omnium Actuum officialium P. Laurentii Cozza, dum gubernium custodiale Terrae Sanctae manu strenua animoque vigilanti alacriter tenebat. *Acta* ista *custodialia* gloriosa gesta viri rerum intricatarum expediendarum peritissimi atque integerrimi duobus voluminibus Archivi Terrae Sanctae Hierosolymis comprehunduntur, nitidissime scriptis a Secretario eiusdem P. Francisco a Florentia. Primae 100 paginae voluminis MS. II deficiunt, chartae plurimae ab incausto iam corrosae dehiscunt, unde « minutae » eorumdem ab ipso P. Laur. Cozza scripta opportune iam plura deficientia supplent (p. VII-IX). Aliquot documenta aliae partes Archivi praelaudati subministrarunt. P. Euthymius Castellani, tabularii custodialis praefectus, Acta ista assiduo calamo exscripta haud tumultuarie prelo subiecit, sed in duplicem discrevit seriem. Pleraque integra cudi voluit, aliqua partim tantum, de omissis pauca interdum opportunė innuens. — In tomo suo I ea documenta colligere voluit, quae P. Laurentium directe qua Custodem Sacrorum Locorum concernunt, qui insimul Commissarii Apostolici et « Responsalis » S. Congregationis de Propag. Fide munere insignitus est. Proinde ea documenta hic adunavit, quae regimen internum Fratrum Minorum Custodiae in Palaestina, Aegypto, Syria, Cypro contingebant (cf. v. gr. 30-46, 52-66 etc), quae Loca ipsa Sancta a Graecis, Turcis etc. custodiendi et defensandi causa suscipiebantur (cf. v. gr. 136 ss., 172 ss., 197 ss., 208 ss., 277 ss., 253 ss., 376 ss. etc.). Adde commercium litterarium cum auctoritatibus civilibus: cum ipsa « Sublimi Porta » C.poli, cum ambassiatoribus regnorum christianorum apud eamdem ablegatis, cum eorumdem regnorum seu statuum consulibus, cum auctoritatibus ecclesiasticis Romanis necnon circumvicinis Orientalibus.

Ut paucos ramos silvae densae magis casu praecidamus quam notitiarum graviorum cumulos struamus, recensemus ex. gr. Relationes Romam ad S. Congr. Propag. missas circa missionarios Ord. Min. in Aethiopiam destinatos (160-2, 169, 213-8, 234, 368 ss.); ad ipsum Papam (155-60); ad Ministrum Ordinis generalem (74-8, 81-5); circa Iesuitas et Capuccinos in Syria (49-52, 71, 112-22, 155-60, 286 ss., 397 ss.); circa illos etiam solos (106, 249 s., 376 ss.); circa missionarios O. Min. e collegio S. Bartholomaei Romae, ubi linguam arabicam didicerant (110, 163-8, 201-2, 216, 234 s., 348 ss.). Pluries calamum, non canorum sed in reprehendendo acrem, movere debuit P. Laurentius adversus captiones a piratis (tunc corsariis dictis) Liburnensibus et Melitensibus perpetratas, quae Fratribus gravia interdum damna inferebant (24-7, 46-8, 78, 128-34, 153-5, 419 ss.). Sollicite tholum sive cupulam S. Sepulcri tunc ruinam minitantem reparare studebat, quam tamen rem successori suo exsequendam relinquere debuit (93 ss., 105 ss., 126 ss., 170 ss. etc.).

In tomo suo secundo P. Euth. Castellani documenta ea collegit, quae magna quaedam gesta P. Laurentii, dum Custodiam gubernabat,

collustrant. Facta autem ista gloriosa extra Custodis Terrae Sanctae orbitam peracta, ipsius industriae, zelo, doctrinae, dexteritati, haud communibus tribuenda sunt. Eadem in compendium accommodum redacta leguntur in tomo P. Oliger (26-62); in tomo isto II quicumque eorumdem vicissitudines singulas nosse voluerit, has abundantes inveniet. — En horum summa quam brevissima, iuxta documentorum quadruplicem seriem. Quarum prima ea est, quae conversionem seu abiurationem Samuelis Capassulis, Patriarchae Alexandrini ritus graeci, an. 1712-15, exponunt (1-70). Breve apostolicum, datum 20 iunii 1713, P. Laurentio facultatem fecit sacrum pallium Patriarchae tradendi. — Res complicatiores secum tulit conversio Cyrilli V, Patriarchae graeci Antiocheni (1672-1720), viri, iuxta P. Cozzae iudicium, nimis volubilis (71-96). — Anastasius Arutin, episcopus Armenus Cypri, fidem catholicam professus est an. 1714 (97-111). — Maxima documentorum pars causam salebrosam Iacobi Evodii (Auad), Esronitae, Patriarchae catholici Maronitarum spectat (112-474; v. Oliger, 33-51; item *Diarium*, 217-78 et *Autobiographiam*, 301-19). Hunc Patriarcham variorum probrorum insimulatione episcopi Maronitae, Roma inconsulta, deposuerant. P. Cozza hanc causam difficillimam sibi qua Commissario Apostolico traditam summis laboribus diuturnisque tractationibus gerere atque perficere potuit, Iacobum Patriarcham redintegrando. Qua in re adversarios habebat, praeter Maronitas complures, Patres Societatis, Capuccinos atque praesertim P. Eliam Hyacinthum, O. Carm. Disc.

Singula volumina indice speciali ditata sunt, qui indices documentis factisque praeclari Custodis Terrae Sanctae indagandis valde erunt accommodi.

P. Michael Bihl, O. F. M.

Teodosio Somigli di S. Detole, O. F. M. — *Etiopia Francescana nei documenti dei secoli XVII e XVIII, preceduti da cenni storici sulle relazioni con l'Etiopia durante i sec. XIV e XV. Per cura e studio del* Fr. T. S. di S. D. — *Tomo I, parte I, 1633-1643; parte II, 1643-1681.* — Quaracchi, Collegio di S. Bonaventura, [Firenze, tip. Barbèra], 1928. — In-8º, CLIX, 1-197; 198-493 pp. — (L. 100). — *(Biblioteca bio-bibliografica della Terra Santa e dell'Oriente Francescano diretta dal P.* GIROLAMO GOLUBOVICH, *O. F. M., Serie terza: Documenti, tomo I).*

Hoc volumen duas in partes dissectum seriei tertiae *Bibliothecae*, quae P. Hieronymo Golubovich studiose moderante, impensis Custodiae Terrae Sanctae editur, felix facit initium. Quodsi nemo paginas istas rerum dirarum virtute summa exantlatarum plenas sine magna admiratione perleget, laudis suae partem haud parvam in eum vertet, qui olim sacros suggestus Italiae primarios communi plausu conscendens, in studia documentorum historicorum animum adeo tenebat intentum. Sane P. Theodosius, sacrae eloquentiae peritissimus, insimul biblio-

philia quadam mira libris ac codicibus indagandis et conquirendis studebat. Cuius studii exempla in hoc quoque AFH VI, 129-43: *La francescana spedizione in Etiopia del 1751-4,* et XVII, 378-414: *La Vita di S. Giacomo della Marca,* protulit; v. etiam XXI, 392-3. Huius vero voluminis diu sub prelo gementis aliquot menses antequam naturae debitum exsolvit (30 martii 1929), finem editionemque laeto animo vidit. E pluribus eiusdem locis manifestum fit eumdem P. Th. S. etiam alia documentorum volumina circa Missiones Aethiopiae, Aegypti et Nubiae (seu Nigritiae) conquisivisse, quae confratres sui proculdubio prelo parabunt.

Longe maxima moles documentorum huius voluminis e tabulario S. Congregationis de Propaganda Fide eruta sunt. Ea auctor (sive compilator voluminis) eruditis adnotationibus circa res gestas et geographicas Abyssiniae et finitimarum regionum in paginarum calcibus adornavit. Praemisit insuper eiusdem eruditionis historicae et geographicae Introductionem, valde amplam, in qua etiam documentorum edendorum summa, quatenus missionarios illos intrepidissimos spectat, extrahitur ac compendiatur. Immo ultra documentorum editorum periodum in fuso prooemio suo ascendit.

Exponit enim quomodo traditio de rege et presbytero Iohanne ex Extremo Oriente nempe Cathai (seu e Sinis) saec. XIV in Africam Orientalem, scilicet in Aethiopiam translata sit ab Occidentalibus (XI-XIII). Tunc P. Th. arguit ex indiciis paucis, quae nobis incertiora quam ipsi videntur, saec. XIV aliquas relationes inter Fratres Minores et Aethiopiam intercessisse (XIV-XXII). Dein fusius de saeculo XV disserit (XXIII-XLV), quatenus Europaei de hac regione et de Christianis schismaticis eam incolentibus tunc aliqua noverint et cum ea indirecte commercia habuerint. Neque enim mercatoribus catholicis, neque missionariis arcessendis res politicae Aethiopiae tunc favebant. De Fr. Alberto de Sarteano speciatim agitur in capitulo IV (XLV-LXIII). Hic primum ab Eugenio IV ad Graecos missus est, 1435-37; deinde ad Aethiopes, 1439-41. Sed tantum in Aegyptum pervenit et Nicodemus, superior monasterii Aethiopici Hierosolymitani, Florentiae unionem ecclesiae Aethiopicae cum Romana modo aequivoco proclamavit et absque mandato Patriarchae eoque vel minus Imperatoris. Fr. Thomas Florentinus cum sociis suis ab Alberto in imperium illud ablegatus, eo pertingere non valuit (LX-LXIII). An. 1480-83 duo Fratres Min. Franciscus Sagara, Hispanus et Iohannes de Calabria Hierosolymis profecti in Abyssiniam penetrare potuerunt. sed absque successu, quia iter hoc, a Fr. Francesco Suriano (ed. H. Golubovich, Milano 1900) accurate descriptum et a P. Th. plene illustratum (LXIII-LXXXVIII), fraudibus monachorum quorumdam Abyssinorum nitebatur.

Tunc ad res politicas et religiosas Aethiopiae saec. XVIII minutatim describendas auctor transit (CI-CXVIII), prius scriptores modernos his de rebus confuse locutos severa crisi diiudicans (XCIV-CI). Iesuitae Lusitani Aethiopiam ingressi an. 1558 ac denuo an. 1603, paulatim magnos successus in imperio illo retulerunt, postquam rex Susnejos

(Susenyos, 1607-32), Eutychianismo abdicato, fidem catholicam amplexus est, quam vi immani subditis suis imposuit, renitentium multa milia occidendo. An. 1622 P. Alphonsus Mendez, S. I., patriarcha latinus Aethiopiae cum coadiutoribus et suffraganeis constitutus est. Susnejos rex tamen, agente clero schismatico, paulatim libertatem conscientiae subditis suis concedere debuit. Fasiladas eius successor, haereseos patriae fautor (1632-67), Iesuitas summo odio populi schismatici ob iam dicta et ob eorum divitias affectos regno expulit. Hinc factum est, ut an. 1633 S. Congregatio Fidei Propagandae tres Fratres Minores Ref. in Aethiopiam miserit, quin tamen Iesuitis missionem abstulerit. Hi e non longinqua India Lusitana, in quam Mendez patriarcha se retulit, eo pertingere poterant. Ipsa haec vicinia Indiae Lusitanis subditae etiam missioni novae instaurandae plurimas difficultates facessebat politicas, aliasque (CII-CXVIII).

Ab hoc tempore documenta nova et inedita, quae P. Th. plurima in lucem hic profert, exordium sumunt. Haec iuxta ordinem chronologicum disposita in plures sectiones P. Th. dispertivit. Maxima pars *Epistolae* et *Relationes* missionariorum aliorumque sunt ad officiales S. Congr. de Prop. Fide directae; aliae eiusdem S. Congr. deliberationes sunt circa missionarios istos. Tum in documentis tum in dissertatione prooemiali (CXVIII-CLII) res seu documenta sequenti serie ab editore dispertitae sunt. *Praefectura P. Antonii de Virgoletta, 1633-41* (p. CXIX-CXXXII et 3-197); *Praefectura P. Antonii de Pescopagano, 1643-48* (p. CXXII-CXLI et 199-333); *Praefectura P. Iohannis ab Aquila, 1662-71* (p. CXLI-CL et 335-77). De studio a Patribus Praefectis missionum Aegypti adhibito, ut missiones inter Aethiopes instaurarentur (1671-79) inde sermo fit et de *Vicepraefectura P. Iohannis Bapt. de Fracta, 1679-81* (CL-CLII et 379-412).

Summa successuum missionariorum minima fuit, immo effectus frustrati sunt, quia fines Aethiopiae 'Franchis' sive catholicis omnino praeclusi erant, nì simulac eos praetergressi, qua forenses agniti, mortem subire vellent. Quo quidem in casu martyrii gloriam palmamque missionarii impavidi assequebantur, quin missio ipsa ullo modo progrederetur. Neque ad martyrii coronam S. Congr. de Pr. missos suos destinabat, sed, ut quoad fieri posset, fidem propagarent et ut catholicis Aethiopibus adhuc superstitibus salutis media afferrent. Per Terram Sanctam et Aegyptum, cuius missiones Custodiae Palestinae suberant, missionarii finibus Aethiopiae approximare satagebant, ut faustam occasionem nacti eosdem ingrederentur. Plerumque vero, immo fere semper extra fines illos sibi clausos degere debebant, miserrimis in conditionibus, summa in egestate, labore quocumque humili manuali: pulvinos consuendo, sartorem agendo, aegris medendo, parcum sibi victum comparantes. Sic lentum martyrium animo constanti subibant, soli ac singuli morantes inter Turcas, Mazuae praesertim et Sequeni (*Massua* et *Suakin*), in ora Maris Rubri, ubi Mahometani ratione commercii cum India eos tolerabant. Tempus spatiumque missionariorum passiones, labores, calamitates omnigena vel paucis perstringendi nos deficit. Haec

P. Th. in Introductione sua ubertim accumulavit: molem ingentem passionum rerumque adversarum, quibus lectis ac quodammodo visis, eo maior humillimorum illorum ac heroicorum missionariorum, in limine missionis suae impeditorum, admiratio crescit.

P. Antonius a Virgoletta Mazuae fame, inedia, miseria obiit, 24 augusti 1641. Patres Ioseph de Atina et Felix de S. Severino, missi ad P. Antonium de Pescopagano, Sequenum pervenerunt, 17 maii 1647, sed una cum P. Antonio a Turcarum praefecto, avido 140 unciarum auri sibi a rege Aethiopiae ideo promissarum, decollati sunt circa 25 martii 1648 (306-14). — Sub P. Iohanne de Aquila P. Ludovicus de Laurenzana et Franciscus de Mistretta in Abyssiniam destinati an. 1666, tandem an. 1668 Mazuam appulerunt. Inde in Aethiopiam penetrarunt sub veste monachorum copticorum schismaticorum; sed mox agniti, lapidibus obruti sunt. — Anno sequenti P. Iohannes de Aquila, Angelicus de Civitella atque Marcellus de Teano Geddae in littore Arabico morbis absumpti sunt. — Dum missiones Aethiopicae sub praefectis Aegypti erant, hi novam viam easdem ex India adeundi invenire moliebantur; missionarii enim sponte se offerentes numquam deerant (390ss.). — Neque P. Iohannes Bapt. de Fracta imperium Aethiopicum ingredi potuit, quamquam res politicae iam mutatae essent.

Haec summa quaedam delineamenta sunt missionis huius misere frustratae. Documentorum seges uberrima a P. Th. industriose collecta, licet lecturae iucundae pro suapte indole non sit, quam plurimas continet notitias, quas index copiosissimus cuilibet facile subministrabit (424-83). Obiter notamus nova quaedam exhiberi etiam de missionariis Ord. Capuccinorum, v. gr. de BB. Agathangelo et Cassiano, atque Societatis Iesu. — In creberrimis eruditissimisque suis adnotationibus atque in Bibliographia (413-23) P. Th. in non paucis titulis etc. ad naevos parum attendit.

Qui tamen neglectus non valorem sed solum ornatum operis meritissimi afficit, cuius laus magna perdiu erit apud missionum historiae cultores, valde (idque mox, speramus) adaugenda aliis voluminibus documentorum circa missiones Franciscanas Aethiopiae, Aegypti Superioris ac Nubiae, quae P. Th. Romae, in Aegypto et alibi inter praedicandum sedulus collegit.

P. Michael Bihl, O. F. M.



LIBRI RECENTER AD NOS MISSI

Quorum praecipui in *Bibliographia* huius Periodici accurate discutientur.

Historia Franciscana.

Bootsma, GAUDENTIUS, O. F. M. — *Tractatus de Officio divino et Missa.* — Typis Beijnsberger [Heijthuijsen] in Hollandia, 1928. — Prostat apud Herder et Soc., Friburgi Brisgoviae. — In-8°, 243 pp. — (3 flor. holl.).

[Bruning, ELISEUS, O. F. M.]. — *Cantuale Romano-Seraphicum. Editio altera aucta ac Caeremoniali necnon Antiphonali Ordinis adaptata.* — Parisiis, Tornaci, Romae, typis Societatis S. Ioannis Ev., Desclée et soc., 1929. — In-8° min., 380 pp. — (1,25 flor. holl.). — Venit tantum apud conventum O. F. M. in Weert, Hollandia.

De la C. Jardi, ANTONIO, O. F. M. — *Regla de los Religiosos y Religiosas Terciarios del Seráfico Padre San Francisco promulgada por el Papa Pio XI, traducida y anotada. Segunda edición.* — Vich, Editorial Seráfica, 1928. — In-24°, 35 pp. — (0,25 pes.).

Delorme, FERDINANDUS M., O. F. M. — *Meditatio pauperis in solitudine auctore anonymo saec. XIII edidit P.* F. M. D. — Ad Claras Aquas, Florentiae (Firenze-Quaracchi), ex typ. Collegii S. Bonaventurae, 1929. — In-16°, LI, 371 pp. — (L. 8). — *Bibliotheca Franciscana ascetica medii aevi, tom. VII).*

Donini, CESARE, Msr. — *Su B. Andrea Bettinelli da Brignano,* [*O. M. Rif.*]. *Note storiche.* — Treviglio, tip. Donzelli, 1929. — In-8°, 73 pp. Illustr.

Fauvel, VICTOR-BERNARDIN, DE ROUEN, O. F. M. — *Le Bienheureux Emmanuel Ruiz et ses sept Compagnons, Frères Mineurs, martyrisés à Damas.* — Lille et Paris, Soc. Saint-Augustin, Desclée, De Brouwer et Cie, [1926]. — In-24°, 92 pp.

Guerrini, PAOLO. — *Iscrizioni Bresciane raccolte e illustrate con notizie storiche e pubblicate a cura dell'Ateneo di Brescia. Volume primo: Iscrizioni delle chiese di Brescia.* — Brescia, Scuola tip. Istituto Figli di Maria Immacolata, 1928. In-8° min., VIII, 302 pp. — (L. 25).

Gomes da Rocha Madahil, ANTÓNIO. — *Tratado da vida e martirio dos cinco Mártires de Marrocos. Texto arcaico reimpresso de harmonia com o único exemplar conhecido, com uma introduçao, notas e índice.* — Coimbra, Imprensa da Universidade, 1928. — In-12°, XLVIII, 153 pp.

Gratien, P., O. Min. Cap. — *Saint François d'Assise, sa personnalité, sa spiritualité. Nouvelle édition revue et augmentée.* — Gembloux, J. Duculot, Les belles éditions franciscaines; Paris, Librairie S. François, 1928, — In-12°, 157 pp. — (3 fr.).

Henrion, ALBINA. — *Sainte Claire d'Assise, la coopératrice de Saint François. Traduit de l'Italien par le R. P.* BARTHÉLEMY HEROUX, O. F. M. — Montréal, Canada, Librairie Saint-François, 1929. — In-16°, XIV, 102 pp. Illustr. — (0,50 doll.).

Klug, HUBERTUS, O. M. Cap., P. Dr. — *B. Ioannis Duns Scoti doctrina de sacrificio, praesertim de sacrosancto Missae sacrificio.* — Barcelona, Editorial Franciscana, 1929. — In-8°, 80 pp. — (3 pes.). — *(Collectanea Sarrianensia (Estudis Franciscans), vol. I, fasc. XI).* Cf. supra, 413s.

Lampen, WILLIBRORD, O. F. M., F. Dr. — *Alcmaria Eucharistica. Ter gelegenheid van het vijfde eeuwfeest van het eucharistisch wonder van Alkmaar.* — Alkmaar, gedrukt bij « Ons Blad », 1929. — In-fol. min., 139 pp. Illustr. — (Linteo relig. 5 flor. holl.).

Lange, VITALIS, O. F. M. — *Das apostolische Vikariat Tsinanfu. Franziskanische Missionsarbeit in China.* — Werl, Verlag der Provinzial-Missionsverwaltung, 1929. — In-8°, 211 pp. — (Relig. linteo, RM. 6).

Lins, Bernardinus, [O. F. M.]. — *Geschichte des Franziskanerklosters in Bad Tölz.* — Bad Tölz, Buchdruckerei Fr. Böck; Kommissionsverlag, J. Dewitz, 1929. — In-8°, 96 pp. Illustr.

Maccono, Francesco, O. F. M. — *I Francescani a Casale Monferrato. Con Prefazione del Prof.* Luigi Gabotto. — Casale Monf., stab. tipogr. di Miglietta, Milano e C. 1929. — In-8° min., 245 pp. — (L. 10).

Mencherini, Saturnino, O. F. M. — *Il Collegio di Quaracchi. (Memorie e documenti). [Estratto da « Studi Francescani » an. XIII e XIV (1927-28)].* — Firenze, Vallecchi editore, 1929-VII. — In-8°, iv, 122 pp. — (L. 15).

Ocerin-Jáuregui, Andrés de, O. F. M. — *Novena a San Francisco de Asis, imagen del Redentor crucificado, fundador de las tres Ordenes Seráficas.* — Madrid, Hijos de Gregorio del Amo, 1927. — In-32°, 48 pp.

Idem. — *Biografia de la Vble. Sor Ana de la Cruz Ponce de León, condesa de Feria, la enamorada y esposa del Sacramento.* — Bilbao, Imp. de Em. Verdes, [1928]. — In-16°, 32 pp.

Orsenigo, Cesare. — *Leven van den heiligen Carolus Borromeus. Naar het Italiaansch door* A. M. Dijkveld Jr., *S. I., volgens de tweede herziene en vermeerderde uitgave.* — S. l. et a. [Uitgeverij « Foreholte » Voorhout, 1929]. — In-12°, xii, 447 pp. — (4,50 flor. holl.).

Pelliot, P. — *Les Mongols et la Papauté. Chapitre II. — I. Le Nestorien Siméon Rabban-Ata. II. Ascelin. Extrait de la « Revue de l'Orient Chrétien », 3e série, t. IV (XXIV), nos 3 et 4 (1924).* — Paris, Aug. Picard, 1924, pp. 29-139. — Cf. AFH XIX, 110-1.

Pérez, Lorenzo, O. F. M. y **de Echegaray,** Bonif. — *San Martín de la Ascensión Aguirre. Recuerdo del Tercer Centenario de su Beatificación. 1627, 16 septiembre, 1927. Conferencias por el R. P.* Lor. P. *y por D.* Bon de E. — Vergara, tip. de « El Santísimo Rosario » 1928. — In-8° min., viii, 84 pp.

Idem. — *Aclaraciones sobre la patria de S. Martin de la Ascensión, mártir del Japón. Extracto del « Archivo Ibero-Americano » num. 92.* — Madrid, 1929. — In-8°, 16 pp.

Previté-Orton, C. W., M. A. — *The Defensor pacis of Marsilius of Padua. Edited by* C. W. P.-O. — Cambridge, at the University Press, MCMXXVIII. — In-8°, cxlviii, 517 pp. — (relig. 35 sh.).

Remans, Gilbert, O. F. M. — *Driehonderdste Verjaring van de aankomst der Zusters Annontiaten te Tienen, 1629-1929. Geschiedkundige Aanteekeningen.* — Genck, Drukk. Ant. Tiessen, [1929]. In-12°, 108 pp. — (6 Fr.). — (Prostat ap. Auctorem in conventu O. F. M. Antverpiae vel ap. Sorores Annuntiatas in Tienen).

Sarasola, de, Luis, O. F. M. — *San Francisco de Asis. Con prólogo del P.* José de Sarasola, *O. F. M. Primera edición.* — Madrid, Espasa-Calpe; Rios Rosas 24, 1929. — In-8°, cviii, 605 pp. — (18 pes.),

Somigli di S. Detole, Teodosio, O. F. M. — *Etiopia Francescana nei documenti dei secoli XVII e XVIII, preceduti da cenni storici sulle relazioni con l'Etiopia durante i sec. XIV e XV. Tomo I, parte I, 1633-1643; parte II, 1643-1681.* Quaracchi, 1928. — In-8°, clix, 1-197; 198-493 pp. — (L. 100). — Cf. supra, 425ss.

Takács, Ince, O. F. M. — *Assisi Szent Ferenc iratai. Fordította és bevezetéssel ellátta* P. T. I. — Budapest, A szüz Máriáról nevezett Ferences rendtartomány kiadása, 1929. — In-16°, 179 pp.

Vallensis, J., O F. M. — *Manuale del Terz'Ordine della Penitenza di S. Francesco d'Assisi. Nona edizione, riveduta, corretta ed accresciuta.* — Vicenza, Casa edit. Favaro, 1928. — In-24°, 318 pp. — (Relig. linteo L. 6).

Van den Wyngaert, Anastasius, O. F. M. — *Sinica Franciscana. Volumen I. Itinera et Relationes Fratrum Minorum saeculi XIII et XIV collegit, ad fidem codicum redegit et adnotavit P.* A. V. d. W. — Ad Claras Aquas (Quaracchi-Firenze), 1929. — In-8°, cxviii, 637 pp. et tab. geogr. — (L. 90). — Cf. supra, 406ss.

Vandewalle, Ch. Borromée, O. F. M., Dr. — *Roger Bacon dans l'histoire de la philologie. Extrait de la « France Franciscaine ». — Paris, « La France Francisc. »*, 1929. — In-8°, 228 pp. Illustr. — (5 belg.).

Yanner, Joseph, O. F. M. — *Alumni Directory of Saint Bonaventure's College and Seminary, 1859-1928. Bulletin of St. Bonaventure's College and Seminary. Vol. I, No. 1-A, July 15, 1928.* — Allegany, Citizen Automatic Press, 1928. — In-12°, 300 pp.

Webb, Clemens C. I. — *Ioannis Saresberiensis, episcopi Carnotensis Metalogicon libri III, recognovit et prolegomenis, apparatu critico, commentario, indicibus instruxit.* — Oxonii, e typographeo Clarendoniano, 1929. — In-8°, xxiv, 239 pp. — (20 sh.). — Cf. supra, 403s.

— — *Sankt Franziskus-Kalender (Sendbotenkalender) 1929 für das katholische Volk, besonders für die Tertiaren des hl. Franziskus, für die Freunde der Franziskaner-Missionen und die Verehrer des hl. Antonius. 38 Jahrgang.* — Metz, Franziskanerkloster, 1928. — In-4°, 96 pp. Illustr. — (Fr. 3).

— — *Sint Antonius Almanak 1929, ten bate van de buitenlandsche Missiën onder redactie van eenige Paters Minderbroeders. 32 Jaargang.* — Nieuwe Niedorp, Missie-Procure, Minderbroedersklooster, 1928. — In-4°, 228 pp. Illustr.

— — *Fiore del chiostro. Suor Maria Celina della Presentazione, vergine Clarissa, morta in odore di santità a 19 anni nel monastero dell' Ave Maria di Bordeaux Talence. Vita compendiata da una povera Clarissa dello stesso monastero e tradotta da una Clarissa del monastero S. Paolo in S. Miniato.* — Torino, Bollettino Francescano, Via S. Bernardino, 11, 1928. — In-16°, 95 pp. Illustr. — (L. 1,75).

— — *Sixty-Sixth Annual Catalogue of St. Joseph's College, Hinsdale, Illinois, conducted by the Franciscan Fathers of the Province of the Sacred Heart. Sept. 8, 1927 - June 12 1928.* — In-8, 60 pp.

— — *Sixty-Seventh Annual Catalogue of St. Joseph's College, Hinsdale ... A school for the Franciscan Home and Foreign Missions: 1928-1929.* — In-8°, 60 pp.

— — *Die Franziskaner-Missionen, 1928. 22 Jahresbericht des Franziskaner-Missions-Vereins, herausgegeben von der Missionsverwaltung, Werl.* — Hamm, Breer und Thiemann, 1928. — In-4°, 40 pp. Illustr.

Ex typographia S. Francisci, Werlae: Werl in W., Franziskus-Druckerei.

Emert, Eleutherius, O. F. M. — *Bruder Jordan Mai. Gedanken und Erinnerungen. Ein Beitrag zu seinem Lebensbilde. 2 Auflage, 4 und 5 Tausend. Mit acht Abbildungen.* — Ibidem, 1928. — In-8°, vi, 251 pp. Illustr. — (Linteo relig. RM. 3,50).

— — *Bruder Jordan Mai, Franziskaner. Ein Leben in Gott. Dritte Auflage, 11-15 Tausend.* — Ibidem, 1929. — In-24°, 55 pp. (RM. 0,50).

David-Windstosser, Dr. M. — *Die Blümlein des Frate Lino von Parma. Nach dem Italienischen des* Enrico Bevilacqua. — Ibidem, 1929. — In-12°, 95 pp. Illustr. — (relig. RM. 1,70). — (*Franz von Assisi. Aus dem* etc. *Reihe der Lebensbilder. Band 4*).

Oliger, Livarius, O. F. M. — *Ausländische Literatur zum Franziskuszentenar.* [*Aus Vita Seraphica, 1927, Heft 4*]. — Ibidem, 1927. — In-16°, 23 pp.

Kazenberger, Kilian, O. F. M. — *Wie werde ich heilig? Kurze, sichere Führung durch das religiöse Leben. In Auswahl übersetzt und herausgegeben von* Dr. theol. Friedrich Murawski. — Ibidem, 1928. — In-12°, 201 pp. — (Linteo relig. RM. 2,50). — (*Franz von Assisi. Aus dem religiösen Geistesleben seiner drei Orden. Reihe der Abhandlungen. Band 5*).

Albermann, Ewald, O. F. M. — *Die Männergemeinde des Dritten Ordens von Roubaix. Eine einfache Beschreibung von* René Derreumaux. *Aus dem Französischen übersetzt.* — Ibidem, 1928. — In-12°, 58 pp. — (RM. 1). — (*Seraphisches Leben, herausgegeben von der Provinzleitung des Dritten Ordens. 4 Heft*).

Bierbaum, Athanasius, O. F. M. — *Gehst du auch an Werktagen zur heiligen Messe? Eine Einladung an alle katholischen Christen von einem Franziskanerpater. 5-20 Tausend.* — Ibidem, 1926. — In-16°, 39 pp. — (RM. 0,30). = *21-30, Tausend,* ibid. 1927.

Idem. — *Keine Angst vor Gott! Eine Trostbotschaft für die Kleinmütigen.* — Ibidem, 1928. — In-12°, 70 pp. — (RM. 0,50).

Bierbaum, Athanasius, O. F. M. — *Keine Angst vor Gott! Eine Trostbotschaft für die Kleinmütigen. 2 vermehrte Auflage. 7-12 Tausend.* — Ibidem, 1929. — In-24°, 86 pp. — (RM. 0,50).

Idem. — *Auf zur Tat! Ein Aufruf zur katholischen Aktion für alle katholischen Christen.* — Ibidem, 1929. — In-24° 23 pp.

Fischer, Zyrill, O. F. M. — *Heilandsfeinde und Kinderfreunde. Die Kinderfreundebewegung in Deutschland.* — Ibidem, 1928. — In-12°, 104 pp. — (RM. 1).

Gerlach, Fulgentius, O. F. M. — *Fünf Sakramentsandachten besonders für die Fronleichnams-Oktav, die « Ewige Anbetung », und das 40-stündige Gebet. Vollständig neu bearbeitet nach alten Gebeten.* — Ibidem, 1928. — In-24°, 54 pp. — (RM. 0,50).

Meyer, Wendelin, O. F. M. — *Wo gute Familien, da gute Pfarreien! Ein Weg zur religiösen Erneuerung.* — Ibidem, 1928. — In-24°, 93 pp. — (RM. 0,50).

Schneider, Siegfried, O. F. M. — *Lasst uns zum Kindlein eilen! Anmutungen und Gebete zum Kindlein von Bethlehem für die ganze Weihnachtszeit.* — Ibidem, 1926. — In-24°, 62 pp. — (RM. 0,50).

Idem. — *Lasst uns zum Kindlein eilen! 2 Auflage.* — Ibidem, 1927. — In-24, 78 pp. — (RM. 0,50).

Idem. — *Lasst uns das Kindlein lieben! Betrachtungen über das Kindlein von Bethlehem für die ganze Weihnachtszeit. 1. und 2. Auflage.* — Ibidem, 1927. — In-24°, 78 pp. — (RM. 0,50).

Varia.

Botella, Bonaventura, O. F. M. — *Prácticas espirituales para toda alma religiosa.* — Vich, Editorial Seráfica, 1928. — In-16°, 173 pp. — (1,50 pes.).

Idem. — *La Pia Union del tránsito de S. José con piadoso ejercicio para rogar por los agonizantes de cada dia, la práctica de ajudar a bien morir y un formulario de benediciones. Tercera edición notablemente aumentada.* — Ibidem, 1928. — In-16°, 110 pp. — (0,75 pes.).

Cayetano M. de Bérgamo, O. Cap. — *La Pasión de N. S. Jesucristo meditada. Tercera edición castellana por el* R. P. Gaspar de Murchante, *O. Cap.* — *Tomo I.* — Barcelona, Editorial Franciscana, 1926. — In-16°, 456 pp. Tomo II. — Barcelona, Librería Franciscana, 1927. — In-16°, 523 pp. — (Linteo relig. 8 pes.).

Englebert, Omer. — *La sagesse du curé Pecquet. Avec une introduction du* P. Martial Lekeux, [O. F. M.], *6e édition.* — Paris, A. Giraudon, 1928. — In-12°, 266 pp.

Hensen, A. H. L., Dr., Mgr. — **Stuyt**, Jan. — **Van den Bosch**, G. Th. M. — *De abdij van St. Adelbert te Egmond. Hare lotgevallen. Eene proeve van reconstructie, naar de wederopluiking.* — Amsterdam, Drukk. « 't Kasteel van Aemstel », [1928]. — In-4°, 95 pp. Illustr. — (5 flor. holl.).

Heysse, Albanus, O. F. M. — *Liber de sex principiis Gilberto Porretano ascriptus. Ad fidem manuscriptorum edidit* A. H. — Monasterii, typis Aschendorff, 1929. — In-12°, 36 pp. — (RM. 1). — *(Opuscula et Textus historiam Ecclesiae eiusque vitam atque doctrinam illustrantia. Series Scholastica, fasc. VII).*

Maccono, Francesco, O. F. M., Dott. — *S. Ugolina vergine eremita di Biliemme. Cenni storici a cura dei PP. Francescani di Biliemme-Vercelli.* — Vercelli, tip. Gallardi, [1927]. — In-24°, 95 pp. — (L. 1).

Vilanova, Francisco, C. Miss. — *El devoto de Jesús agonizante o sea Manual de prácticas piadosas de la Cofradia de la Santa Agonia del N. Señor Jesucristo.* — Barcelona, J. Vilamala, 1927. — In-12°, 349 pp. — (Linteo relig. 4 Pes.).

Sac. ANTONIO DEL SOLE Direttore responsabile.

Tipografia del Collegio di S. Bonaventura. — Quaracchi.

DISCUSSIONES

LES DONNÉES HISTORIQUES
SUR LES BIENHEUREUX BERNARDINS (OBSERVANTS) POLONAIS
DU XV[e] SIÈCLE[(a)]

S. Jean de Capistran a introduit en Pologne en 1453 les Franciscains Observants, non en réformant les Conventuels de ce pays, mais comme un Ordre nouveau. Leur premier couvent, à Cracovie, fut dédié à S. Bernardin de Sienne, mort en 1444 et canonisé en 1450; c'est pourquoi on donna aux nouveaux religieux le nom de Bernardins. S. Capistran eut un succès retentissant à Cracovie. Pendant les quelques mois de son séjour (28 Août 1453 - 14 Mai 1454), plus de cent candidats se présentèrent, en sollicitant leur admission dans le nouvel ordre. Nous voyons parmi eux des Franciscains Conventuels, des prêtres séculiers, surtout des étudiants de l'université. Bientôt les couvents des Bernardins se répandirent par toute la Pologne et la Lithuanie. Au début du XVI siècle on en compta plus de vingt; au XVII siècle la province de Pologne se divisa en trois, plus tard en quatre provinces, et ce ne furent que les partages de ce royaume qui amenèrent presque la ruine de cette puissante institution [1].

Non seulement par leur nombre, mais surtout par leur zèle religieux les Bernardins ont rempli de glorieuses pages d'histoire. Au XVI siècle ils ont lutté vaillamment contre le Protestantisme, et déjà

(a) Summarium. — Colliguntur ea data et facta historica quae de beatis « Bernardinensibus » sive, uti aiunt, « Bernardinis » Polonis saeculi XV memoriae prodita sunt. Horum enim tres: Iohannes, Simon, Ladislaus, qua beati venerationem publicam ab Ecclesia probatam assecuti sunt, eisque accedit ven. Dei servus P. Raphael. In Polonia Fratres Min. Observantes vulgariter « Bernardini » nuncupantur. [Nota Directionis].

(1) Cf. K. Kantak, AFH IV, 138-46. — Le présent article paraît avec des additions et corrections du P. Michel Bihl, etc.

au moyen âge ils avaient donné au monde un nombre considérable de saints personnages. Trois d'entre eux furent élévés sur les autels, les bienheureux Jean de Dukla, Simon de Lipnica, Ladislas de Gielniow; ajoutez-y le vénérable serviteur de Dieu, Raphael de Proszowice (1).

I. — Jean de Dukla.

Sic et in proposito. Licet dicatur aliquando *Christum loculos habuisse,* non per hoc infringitur dicta ([d]) conclusio supradicte *abdicationis* ([e]) *omnium rerum temporalium* ([f]) [f. 110v] *in speciali et in communi,* set in sua firmitate persistit. Quod firmatur ([g]) per illud, quod subicitur, cum dicitur quod *sic ad* ([h]) *actus nostre imperfectioni* [*conformes*] *inducitur. quod a summe perfectionis rectitudine* ([i]) *non curvatur* ([k]), ibi; curvasset ([l]) autem a summe perfectionis rectitudine, si dominium et proprietatem in rebus temporalibus quesivisset, cum perfectus in rebus temporalibus nihil querat preter necessarium, ut dicit Augustinus, et ponitur in glossa ad Philip., ultimo c., § *in usum mihi misistis* ([1]). Et per illud quod dicitur in ipsa decretali quod si habuit loculos sicut et aliquando fugit, *infirmorum* scilicet *inperfectionibus condescendens* et cum semper *perfecte perfectus existens, perfectis et inperfectis se viam salutis ostendit.* Ad quorum verborum intelligentiam attendendum est ([m]), quod sicut *in fuga infirmorum* duo actus considerantur, scilicet actus exterior, idest *recessus* a persequentibus, et actus interior qui ([n]) est timor, sic et in loculis: *Infirmorum,* sive in hiis que ab infirmis habentur in communi, duo actus considerantur. Unus est exterior, scilicet loculos portare, et res que habentur ([o]) in loculis sive in communi dispensare sive contractare ([p]). Alius ([q]) est actus interior, scilicet velle habere eas in dominio speciali vel communi suo speciali collegio participato et eas iure talis dominii possidere et contractare. Igitur sicut manifestum est Christum ([r]) non condescendisse infirmis ([s]) in fuga quantum ad actum interiorem, scilicet quantum ad timorem; sciebat enim, ut dicit evangelista ([2]), quando fugit, quod *nondum venerat hora eius,* et quia eius oppositum docuit dicens ([3]): *Nolite timere eos qui occidunt corpus* etc. ([t]). Nam si ([u]) timuisset, tunc fuisset inperfectus; *perfecta* enim *caritas foras mittit* omnem *timorem* ([4]), set solum condescendit ([v]) in fuga ([x]) quantum ad actum exteriorem, scilicet a persequentibus recedendo. Sic et in loculis dicendum est ([y]), quod licet Christus quantum ad actum exteriorem in loculis deferendis ([z]), contrectandis et dispensandis hiis,

([a]) O tamen. ([b]) P intelligant. ([c]) P questionem. ([d]) *Pro* dicta-suprad., P supradicta conclusio. ([e]) P de abdicatione. ([f]) P *om.* ([g]) P confirmatur. ([h]) O *per homoioteleuton om.* ad actus-quod sic. ([i]) P *hic et subinde* in certitudine. ([k]) P curvantur. ([l]) P curvasset. ([m]) P *om.* ([n]) P quod. ([o]) P habent. ([p]) O contrectare. ([q]) O *om.* Alius-contractare. ([r]) P exemplum. ([s]) P inferius. ([t]) P *om.* ([u]) *Pro* nam si, P ipsa. ([v]) P cum descendit. ([x]) P fugam. ([y]) P *om.* ([z]) P conferendis.

([1]) Interlin. ad Philip. 4, 16. ([2]) Ioh. 7, 30.
([3]) Matth. 10, 28. ([4]) 1 Ioh. 4, 18.

que ibi [a] reponebantur [b] condescendit [c] infirmis, non tamen quantum ad volendum [d] sibi vel [e] collegio apostolorum appropriare, seu appropriando dominium loculorum [f] vel eorum, que in loculis portabantur [g]. Nam [h] hoc non fuit incongruum [i] sue potestati sive [k] bonitati. Quia cum de iure naturali et divino omnium rerum spectantium ad vitam humanam *communis usus debeat esse omnibus hominibus, et per iniquitatem factum* [l] *sit, ut dicatur hoc meum* [m], *hoc tuum,* ut habetur XII, q. 1, c. [1] *dilectissimis,* et VIII dist. in principio [n] c. [2] *quo iure.* Et ipse Christus venerit ad docendum perfectissime omnium terrenorum contemptum, et vitam quietissimam et ad [o] omnem materiam sollicitudinis temporalium perfecte eum sequi volentibus amputandam [p] et ad statum innocentie renovandum. Et secundum etiam Senecam [3] homines *quietissime* viverent, *si duo hec verba,* scilicet *meum et tuum* de medio *tollerentur.* Si enim [q] Christus sibi aut suo speciali collegio apostolorum dominia et possessiones temporalium rerum appropriasset, sequeretur quod nec terrenorum contemptum nec vitam quietissimam perfectissime docuisset, nec omnem materiam sollicitudinis a suis apostolis et discipulis specialibus sectatoribus amputasset, nec in se [r] statum innocentie renovasset. Preterea, si Christus dominium et proprietatem loculorum et eorum que in loculis ferebantur habuisset, non dixisset nec dicere potuisset dicta decretalis [4]: *Nec hiis quisquam putet obsistere, quod interdum dicitur Christum loculos habuisse,* quia exceptio que veritatis [s] sit a regula quantum ad ipsam exceptionem, vitiat sive falsifi-[f. 111r]-cat ipsam regulam et per consequens in hoc ipsi regule obviat et obsistit, ff. *de regul. iur.*, l. 1 [t] [5], et ff. *de regula cato.*, l. 1 [6] in textu et glossa [7].

Preterea, ut supra probatum est, apostoli dictam expropriationem [u] tam in speciali quam in communi habuerunt ex voto. Unde postmodum nullo tempore fuerunt capaces alicuius dominii vel proprietatis. Quia votum expropriationis huiusmodi [v], quod est nec habere nec velle [x] dominium in speciali vel in [y] communi, cum sit negativum, obligat semper et ad semper. Et si sibi in proprio vel in communi post emissum votum aliquid [z] appropriassent, mortaliter peccassent, extra, *de statu monach.*, c. [8] *monachi,* § *qui vero* [a], et c. [b] [9] *super quodam.*

---

[a] P ibidem. [b] P exponebantur. [c] P condescenderet. [d] O volentem. [e] P in. [f] P locorum. [g] P *add.* ius. [h] P *om.* [i] P congruum. [k] P nec. [l] P factam. [m] P *add.* et. [n] P *add.* et. [o] P *om.* [p] P inputandum. [q] P *om.* [r] P *om.* in se. [s] P veraciter. [t] P. X. [u] O appropriationem. [v] P *om.* [x] P *om.* [y] O *om. et sic subinde.* [z] O *om.* [a] O quos. [b] O §.

---

[1] Cap. 2. Citatur etiam sicut et c. *Quo iure* sequens a Bonagratia in *Appellatione* a. 1323; Baluzius-Mansi, *Miscellanea,* III, 217a. [2] Cap. 1.

[3] *De moribus;* fragmenta, n. 98, *Opera,* ed. F. Haase, III, Lipsiae 1886, 565.

[4] *Exiit.* [5] Lex *Regula est,* lib. L, tit. 17.

[6] Lex *Catoniana regula,* lib. XXXIV, tit. 7. [7] Ordinaria.

[8] Cap. 2 (III, 35). [9] Cap. 4.

Et sic patet primum, scilicet quod ex diffinitione et verbis dicte decretalis Christus et apostoli non habuerunt nec in loculis nec in aliquibus aliis rebus dominium [a] in speciali aut [b] in communi.

Per auctoritates autem [c] sanctorum hoc etiam [d] probatur: Unde super illud Mt. 17 [e] *vade ad mare* etc., dicit Glossa [1]: *Dominus tante paupertatis fuit, ut unde tributa solveret non haberet. Iudas quidem in loculis omnia habebat, set res pauperum in usus suos convertere nephas duxit. Id* [f] *ipsum dans nobis exemplum* [g]. Et Crisostomus super Io., omilia LXXI [2] super illud Io. 13 [3]: *ut egenis aliquid daret,* dicit sic: Qualiter, inquid, *non peram, non virgam, non es* [h] *iubens* [i] *deferre,* marsupium *ferebat;* et respondens subdit: *ad inopum* [k] *ministerium, ut discas* quantum valde pauperem crucifixum huiusmodi *oportet* perfectionis multam facere procurationem, *multa enim* ad nostram dispensans [l] doctrinam hoc agebat. Hec Crisostomus [m]. Et Augustinus super Io., omilia 60 et XII, q. 1, c. [4] *habebat* dicit sic: *habebat dominus loculos et a fidelibus oblata conservans suorum neccessitatibus et aliis indigentibus tribuebat, tunc primum ecclesiastice pecunie forma est instituta;* hec ibi. Forma autem ecclesiastice pecunie institute [n] in loculis est, quam ponit Prosper in libro *de vita contemplativa,* dicens [o] sic [5]: *Scientes* viri sancti *nichil aliud esse* [p] *res ecclesie* [q] *nisi vota fidelium et precia peccatorum et patrimonia pauperum, non eas vendicaverunt in usos suos ut proprias, set ut commendatas pauperibus erogaverunt.* Et idem dicit Augustinus in auctoritate superius circa questionis articulum allegata [6], posita XXIII, q. VII, c. [7] *quod autem* et in aliis iuribus ibidem allegatis [r]. Ex quibus et aliis pluribus auctoritatibus et iuribus, que brevitatis causa obmittuntur, clare patet quod Christus et apostoli non habuerunt dominium nec proprietatem [s] loculorum [t] eorum, que a fidelibus offerebantur, set solum dispensationem [u], administrationem et procurationem pro necessitatibus suis et aliorum indigentium. Quod

(a) P *add.* nec. (b) P nec etiam. (c) P etiam. (d) O *om.* (e) P *add.* c. ibi. (f) P ad. (g) P *add.* hec glossa, et nota quod dicit res pauperum, per quod patet quod dominium in eis non vindicabat. (h) P *om.* (i) O iubes. (k) P inopium. (l) P dispensandas. (m) P *add.* et nota quod dicit ad inopium ministerium et multam facere procurationem et ad nostram dispensandas doctrinam, per que patet quod in loculis solum dispensationem et procurationem habebat, non dominium. (n) P instituta. (o) *Pro* dic. sic, P *aut dicens.* (p) O *add.* omnes. (q) P *om.* ecclesie-patrimonia. (r) P *add.* Non autem fuisset in loculis forma pecunie ecclesiastice instituta quod Christus habuisset dominium in loculis et prelati, qui Christi vicem gerunt in terris, in rebus et pecunia ecclesie dominium non haberent. (s) P *om.* nec propr. (t) P *add.* et. (u) P *add.* et.

(1) Glossa ord. ad Matth. 17, 26. (2) Homil. 72, n. 2; ap. P. G. 32, 392.
(3) Vers. 29. (4) Cap. 17; tract. 62. n. 5; ap. P. L. 35, 1803.
(5) Iulianus Pomerius, II, 9; ap. P. L. 59, 451.
(6) Aug. ep. *ad Bonifacium comitem,* ep. 185, c. 9, n. 35; ap. P. L. 33, 968s.
(7) Cap. 2.

autem habuit ([a]) loculos ad dispensationem interdum infirmorum inperfectionibus ([b]) condescendens, sicut dicta decretalis ([1]) expresse asserit, Augustinus super Ps. CIII ([c]) ([2]) *Benedic anima mea Domino,* in verbis illis, *producens* [f. 111v] *fenum iumentis,* sic dicens: *habuit Dominus loculos in usus eorum, qui cum eo erant,* et suos et ([d]) religiosas mulieres in comitatu, que *ministrabant ei* ([e]) *de substantia sua* ([3]) in huius personam ([f]) infirmorum magis suscipiens. Previdit enim ([g]) multos futuros et ista ([h]) quesituros. *Futurus erat Paulus, nichil tale* ([i]) *aliquando querens et omnia* ([k]) *provincialibus donans* ([4]). Qui etiam mori optaret pro Christo. *Set quia multi infirmi ista quesituri erant, magis infirmorum personam suscepit. Sublimius* tamen egit *Christus quia misericordius.* Hec ibi. Item idem Augustinus *de opere monachorum* ([5]) aliquantulum post principium dicit sic: *Dominus more misericordie sue infirmioribus compatiens, cum ei possent angeli ministrare, loculos habebat, in* ([l]) *quibus mitteretur pecunia, que offerebatur* ([m]) *utique a bonis fidelibus, eorum victui necessaria, quos loculos Iude commendavit.* Hec ibi. Ex quibus patet clarissime, quod nec Christus ([n]) nec apostoli habuerunt loculos nisi ([o]) quantum ad dispensationem et ministrationem ([p]) condescendendo ([q]) infirmis, et non quantum ad dominium et ([r]) proprietatem. Et vocantur infirmi qui timore erumpne talia requirunt et ([s]) sibi appropriant ut sua. Quibus licet condescenderit ([t]) quantum ad actum exteriorem, scilicet habendo ([u]) loculos et dispensando sicut faciunt homines talia habentes, non tamen condescendit quantum ad actum interiorem, scilicet amorem et appropriationem eorum, quia hoc sue potestati et bonitati non congruit, ut superius est probatum.

Quod autem Christus et apostoli postquam dictum statum perfectionis et paupertatis assumpserunt nusquam ([v]) alias ([x]) res in speciali vel in communi sibi per modum proprietatis et dominii possederunt, patet etiam ex dictis evangelii et sanctorum exponentium ea. Nam Mt. X ([6]) post nominationem apostolorum eis viam perfectionis tradens, dicit sic: *Nolite possidere aurum neque argentum, neque pecuniam in çonis, neque peram in via* etc. Quod exponens Rabanus in originali dicit sic ([7]): *Consequenter hoc precipit* ([y]) *evangeliçantibus veritatis* ([z]), *quibus ante* ([a]) *dixerat* ([8]): *Gratis accepistis, gratis date. Si* ([b]) *enim sic predicant, ut pretium*

([a]) P habuerunt. ([b]) P et perfectionibus. ([c]) P IIIC qui incipit. ([d]) P *om.* ([e]) P *om.* ([f]) P personas. ([g]) P eis. ([h]) P sequi. ([i]) P regule (!). ([k]) P ideo. ([l]) P *om.* ([m]) P conferebatur. ([n]) O *om.* nec Christus. ([o]) P *add.* in. ([p]) P *hic rep.* et ad dispensationem. ([q]) P *add.* infirme (?). ([r]) P nec. ([s]) P *om.* et-sua. ([t]) P cum descenderit. ([u]) P *om.* habendo-amorem. ([v]) P *add.* eos. ([x]) P aliquas. ([y]) P precepit. ([z]) P virtutis. ([a]) P autem. ([b]) P. sic.

([1]) *Exiit.*
([2]) Vers. 14. Aug., *Enarrat. in Psalmos,* sermo 3, n. 11; ap. P. L. 37, 1367s.
([3]) Cf. Luc. 8, 3. ([4]) Cf. Act. 20, 34; 1 Cor. 4, 12; 2 Thess. 3, 8.
([5]) Cap. 5; ap. P. L. 40, 552. ([6]) Vers. 10. ([7]) Rabanus Maurus, *Comment. in Matth.,* X, 9; ap. P. L. 107, 892-4. ([8]) Matth. 10, 8.

non accipiant (a), *superflua* (b) *auri et argenti nummorumque possessio. Nam si habuissent aurum et argentum, viderentur non tam salutis animarum* (c) *causa* (d) *predicare, set lucri.* Ideoque (e) subiungit: *Prope modum vite necessaria amputat. Ut apostoli* doctores vere religionis, *qui docebant* (f) *omnia gubernari Dei providentia, seipsos ostenderent, nichil cogitare de crastino* (g). Et parum post: Apostolis loquebantur (h) ut securi non possiderent neque *portarent huic* (i) *vite necessaria, nec magna nec minima.* Hec Rabanus (k). Crisostomus super idipsum (1): *ne possideatis* etc. dicit sic: *Multa per hec* (l) *commendabat. Primum quidem non suspectos faciens apostolos. Secundo autem* (m) *ab omni eos exuens* (n) *sollicitudine, ut vocationem omnem sermoni tribuant. 3°* [f. 112r] *docens eos suam virtutem. Hec* (o) *nempe eis postea dixit* (p): *Quando* (q) *misi vos sine pera et sacculo, numquid aliquid defuit vobis?* Et post (2): *Orbi* (r) *terrarum missuri erant doctores, per* (s) *hoc angelos ex hominibus, ut ita dicam, eos* (t) *constituit, ab omni absolvens eos vite huius sollicitudine.* Et infra: *Intendite qualiter omnibus eos denudans omnia eis dederit* (u), *permittens* (v) *in domibus eorum, qui docentur manere, et nichil habentes introire. Si autem in aliena patria existentes* (x) *et apud ignotos abeuntes* (y) *discipuli nichil oportet petere coctidiano cibo excepto, multo magis domi manentes.* Hec Crisostomus. Et (z) Beda super illud Marc. 6 (3): *Precepit eis ne quid tollerent in via,* dicit (a) (4): *Tanta predicatoris* (b) *debet esse fiducia in Deo, ut presentis vite sumptus quamvis non prevideat, tamen sibi eos non deesse certissime sciat.* Et infra: *Illa apostolis loquebatur, ut securi non possiderent, neque portarent huius vite necessaria, nec magna nec minima, ideo posuit* (c): *Nec virgam, ostendens a fidelibus omnia deberi* (d) *ministris suis nulla superflua querentibus* (e). Hec Beda. Item Ambrosius super epistolam ad Cor. (5), loquens de apostolis ait: *Quantum ad presentem vitam pertinet, rebus pauperes videbantur* (f), *set spirituales divitias credentibus largiebantur, egeni in terris, in celis divites, ut nichil habentes et omnia possidentes. Hoc enim fuit in apostolis gloriosum* (g) *sine sollicitudine* (h) *possidendi non solum ea que in possessio-*

(a) P suscipiant. (b) O *add.* in. (c) P hominum. (d) *Pro* causa-lucri, P quam lucri causa predicare. (e) P ideo. (f) O dicebant. (g) P camo (!). (h) O sequebatur. (i) P huius. (k) P *add.* et. (l) P hoc. (m) P *om.* (n) P *eruens.* (o) O hic. (p) P dicit. (q) *Pro* quando-vobis?, P nunquam aliquid defuit vobis quando missi vos nudos et discalceatos? (r) P orbis. (s) P propter. (t) P *om.* (u) P dedit eis. (v) P *add.* eos. (x) P existens. (y) P euntes. (z) P item. (a) P *add.* sic. (b) P predicatorum. (c) P *add.* ibi, *om.* nec. (d) P debere. (e) P requirentibus. (f) *Pro* rebus-videb., *Codd.* rebus utebantur. (g) O *add.* et. (h) P *add.* et nomine.

(1) Super Matth. homil. 32 (al. 33), n. 4; ap. P. G. 57, 382.
(2) L. c. n. 5; ap. P. G. 57, 383-4 (cum lacuna). (3) Vers. 8.
(4) Beda, *Expositio in Marc.*, II, 2; ap. P. L. 92, 186.
(5) Comment. in 2 Cor. 6, 10; ap. P. L. 17, 31.

nibus erant, set etiam ut (a) *eorum dominos possiderent.* Hec Ambrosius. Item super illud *Actuum* 3 (b): *Argentum et aurum non est michi,* Glossa (c) (1) dicit sic: *Memor illius precepti: Nolite possidere aurum neque argentum. Quod autem pecunia ad pedes apostolorum ponebatur, non sibi* (d) *recondebant* (e), *set ad usus pauperum, qui sua patrimonia reliquerant.* Hec ibi. Et Ieronimus ad Ageruchiam (f) dicit (2): *Apostoli in toto orbe peregrini non es in çona, non virgam* in via, *non caligas habuere in pedibus.* Et idem Ieronimus ad Demetriadem (3): *Apostolici fastigii perfecteque virtutis est omnia vendere et pauperibus distribuere et sic levem et expeditum* (g) *cum Christo ad celestia subvolare* (h). Hec Ieronimus. Item in primo libro *ecclesiastice ystorie* (4) legitur, quod post Christi ascensionem cum Abagarus rex sanatus a sancto Thadeo apostolo, *preciperet ei dari aurum et argentum, ille non accepit dicens: Si nostra reliquimus, quomodo accipiemus aliena?* Et Crisostomus *de laudibus Pauli* (i) dicit sic (5): *Paulus pecunias* (k) *non possedit. Nam ipse* (l) *testatur dicens* (6): *Usque, inquid, in hanc horam et esurimus et sitimus et nudi sumus. Et quid dico pecuniam, cum ille etiam necessarium sepe non haberet cibum, nec quo se circumdaret indumentum?* (m).

Ex quibus et aliis pluribus auctoritatibus, que brevitatis causa obmittuntur, patet quod apostoli fuerunt pauperes in summa et altissima paupertate, que, ut supra dictum est, altior dari non potest, que est (n) nichil habere in proprio nec in communi. Alias certe falsum dixisset Ieronimus, qui ad Exuperantium dicit (7): *Nemo apostolis pauperior fuit, et nemo tantum pro Domino dereliquid.*

Certum etiam esset, quod si potuissent etiam (o) in communi suo collegio dominia et possessiones (p) rerum appropriare, potuissent et per consequens aurum et argentum in communi possidere. Et si in

---

(a) P *om.* (b) O 4. (c) P in glossa. (d) P igitur. (e) P recumbebant (!). (f) O Agerantiam, P Agemtiam. (g) O expenditam. (h) P ambulare. (i) P *add.* et. (k) P pecuniam. (l) P *add.* hoc. (m) P *add.* Et super ista Mt. 12: abiit Christus per [sata] sabato, discipuli autem eius exurientes ceperunt evellere spicas et comedere, ubi Crisostomus in Mt. 12 dicit: Amirare discipulos quod ita erant suppressi et nullam rerum temporalium habebant curam set in contemptum universa, et fame expugnabantur continua et nequaquam hanc senserint. Hec Crisostomus. Hoc autem erat ex summa mendicitate, ut fame expu[g]narentur continua. (n) P *om.* (o) P *om.* (p) P *add.* et.

---

(1) Glossa ord. ad Act. 3, 6.

(2) Ep. 123, n. 15; ap. P. L. 22, 1075. Citatur a S. Bonav. *Apol. paup.*, X, 6, ap. *Op. om.* VIII, 306a.

(3) Ep. 730, n. 14; ap. P. L. 22, 1118.

(4) Eusebius, I, 13; ap. P. G. 13, 60. Citatur a S. Bonav. *Apol. paup.* VII, 33, ap. *Op. om.* VIII, 283b.

(5) *De laudibus S. Pauli* homil. IV; ap. P. G. 50, 491. Desumitur hic locus ex S. Bonav. *Quest. de perfectione evangelica*, II, 19; ap. *Op. om.* V, 138b; cf. *Apol. paup.* VII, 34; *Op. om.* VIII, 283b-284a.

(6) 1 Cor. 4, 11. (7) Ep. 145; ap. P. L. 22, 1192.

communi eorum [a] collegio potuissent hoc recipere et possidere, frustra dixissent sancti predicti [b], quod Christus eis [c] prohibuit ista possidere, ne viderentur lucri causa predicare. Cum ita [d] posset cogi-[f. 112v]-tari, quod predicarent et [e] questam facerent propter divitias acquirendas eorum collegio, sicut pro [f] lucro singularis persone, et frustra dicerent, quod pro hoc Christus apostolos exuit ab omni sollicitudine vite huius [g], cum ita posset esse materia sollicitudinis pro acquirendo eorum singulari collegio, sicut pro singulari persona. Et irrationabiliter eis fuisset interdictum, *ne quid in via tollerent* et *ne sacculum neque peram neque es in* [h] *çona portarent* [1] et per consequens ne reciperent *aurum* [i] *et argentum neque* [k] *pecuniam* [l] [2]. Immo potius debuisset eis concedi ut ista reciperent et portarent ad servanda [m] et possidenda [n] et communi dominio habenda.

Preterea, si habere potuissent dominia et possessiones in communi, non distingueretur abdicatio apostolorum ab abdicatione quam faciebat [o] turba, que sequebatur apostolos, nec [p] abdicatione cenobitarum habentium dominia et possessiones in communi. Quam tamen distinctionem sancti faciunt. Unde Glossa Bede super illud Act. [3]: *Multitudinis credentium* etc. dicit sic: *Discernit ordines* [q] *doctorum et auditorum. Nam multitudo, rebus spretis, copula caritatis invicem iungebatur, apostoli vero virtute fulgentes mysteria Christi* [r] *pandebant.* Hec ibi. Ex quo patet quod illa rerum communitas erat turbe, non apostolorum. Nec huic repugnat quod statim sequitur: ante ipsorum pedes pretia fuisse posita. Unde Ieronimus ad Demetriadem dicit [4]: *In actibus apostolorum quando Domini nostri Ihesu Christi calebat cruor* [s] *et fervebat in credentibus fides, vendeba[n]t omnes possessiones* [t] *suas et pretia earum ad apostolorum pedes prohiciebant, ut ostenderent pecunias esse calcandas, et dividebatur* [u] *singulis prout opus erat.* Hec autem forma tradita fuit monastice seu cenobite vite. Unde [v] glossa Bede, posita super illud: *Multitudinis credentium* etc. dicit [5]: *Qui ita* [x] *vivunt ut sint* [y] *eis in*

---

[a] P rerum. [b] P supradicti. [c] *Pro* eis-possidere, P et apostolis prohibuit. [d] *Pro* ita-cogitari, P posset ita cogitare. [e] *Pro* et quest., P contrastum. [f] *Pro* pro-sing., P probatur singule. [g] P *om.* [h] *Pro* es-çona, O neque çonam. [i] P *om.* au. et. [k] P et. [l] P pecunias. [m] P servandam. [n] P custodiendam. [o] P sufficiebat (!). [p] P *add.* ab. [q] P ordinem. [r] P *om.* [s] O amor. [t] P passiones (!). [u] P dabatur. [v] P ut. [x] P *om.* [y] O sit.

---

(1) Matth. 10, 9-10; Marc. 6, 8; Luc. 9, 3; 10, 4. (2) Matth. 10, 9.

(3) Act. 4, 32. Glossa ord. Bedae adducta est ad Act. 4, 33 *reddebant apostoli:* ap. P. L. 92, 954.

(4) Ep. 130, n. 14; ap. P. L. 22, 1118. Citatur etiam a S. Bonav., *Apol. paup.* VII, 4; ap. *Op. om.* VIII, 273a, unde Bonagratia desumpsit, ut apparet ex verbis additis a Bonaventura et sequenti textu Bedae pariter a S. Bonav. l. c. adducto. (5) Glossa ord. ad Act. 4, 32, verb. *communia.* Locus citatus deest ap. P. L. 92, 954.

Domino omnia (a) *communia, cenobite vocantur: Que vita tanto est felicior, quanto statum futuri seculi immitantur* (b), *ibi* (c) *omnia communia sunt.* Hec ibi. Vel certe adeo illi qui convertebantur ponebant precia ante pedes apostolorum ut se ac sua apostolice dispensationi converterent, sicut docet Ambrosius in superius allegata auctoritate super epistolam ad Cor. Hanc tamen rerum dispensationem (d) maluerunt committere (e) aliis sicut in *Actibus* legitur consequenter (f) (1): *Non est equum nos* (g) *derelinquere verbum Dei et ministrare* (h) *mensis.* Quod quidem dixerunt ut ministerii refugerent distinctionem, non quia per illud aliquid possiderent, sicut patet in superius allegatis auctoritatibus.

Ex quibus constat quod sancti doctores ecclesie distinguunt inter abdicationem et paupertatem apostolorum et illorum qui convertebantur per eos (i) cenobitarum. Que quidem distinctio nulla esset, si (k) concessum fuisset apostolis aurum et argentum et possessiones in communi habere. Et ideo preceptum datum apostolis de non possidendo aurum nec argentum neque pecunias, intelligi debet prout stare potest pro suis suppositis [f. 113r] distributive et etiam collective, interdicendo non solum cuilibet singulari, set (l) toti collegio apostolorum possessionem huiusmodi. Et ideo dicit (m) Petrus vice omnium apostolorum (2): *Ecce nos reliquimus* (n) *omnia* etc. (o). Qui (p) autem dicit (q) omnia, nichil excipit, extra, *de maio. et obe.*, c. (3) *sollicite,* et ff. *de auro et argento legato,* l. (4). *Plautius.* Et sic omnia tam in speciali quam in communi exclusit (r).

Quod autem Christus hanc paupertatis formam in seipso servaverit, quam apostolis servandam mandavit, probatur auctoritatibus infrascriptis.

Ait enim Crisostomus super Mt. omilia 22 (5): *Ne possideatis,* inquid, *aurum neque argentum, neque peram in via* (6). *Quia enim per opera ostendit eam tunc* (s) *etiam legumlationem que est a verbis* (t), *validiorem inducit. Quomodo et facile* (u) *susceptibilis sermo factus est* (v) *operibus suis prius certificatus? Ubi* (x) *igitur ostendit per opera? Audi eum dicentem: Filius autem* (y) *hominis non habet ubi caput suum reclinet. Nec in* (z) *hoc sufficit solo, set in* (a) *discipulis suis tradidit hanc* (b) *appo-*

(a) P *repetit.* (b) P inbitatur (!). (c) *Pro* ibi-converterent, O nisi communicarent (!). (d) O dispositionem. (e) O communiter (!). (f) O communiter. (g) P *om.* (h) P administrare. (i) P *add.* ac. (k) P *om.* (l) P *add.* etiam. (m) P dixit. (n) P relinquimus. (o) P *om.* (p) O quod. (q) P dixit. (r) O conclusit. (s) *Pro* tunc-legumlationem, P inter iam in legislationem. (t) O ab aliis. (u) O facilis. (v) P *om.* (x) *Pro* Ubi-ostendit, O Ut-sic sit. (y) P *om.* (z) P *om.* (a) O *om.* (b) P *add.* idest demonstracionem.

(1) Act. 6, 2. (2) Matth. 19, 27.
(3) Cap. 2 (II, 2). (4) Lex 8, lib. XXXIV, tit. 2.
(5) Ap. P. G. 57, 304. Bonagratia hos locos Chrysostomi et alios sequentes desumpsit ex S. Bonav. *Apol. paup.* VII, 6; ap. *Op. om.* VIII, 273a-s.
(6) Matth. 10, 9-10.

dicen (1). Hec Crisostomus. Item Glossa (a) (2) super illud Mt. (b): *Vulpes foveas habent* (c) etc. dicit sic (d): *Quid me vis propter lucra seculi sequi, cum ita sim pauper, ut nec hospitiolum quod sit meum habeam?* (e). Quod (3) si forte dicat quis Christum habuisse hospitium non proprium set commune (f), obviat illud Crisostomi in sermone *de prodictione* (g) *Iude* (4), ubi (h) dicit: *Quos pretiosorum pompa* (i) *delectat marmorum, cognoscant Christum Dominum omnium quod locum in quo caput reclinaret non habuit* (5). *Et* (k) *ideo discipuli ipsum interrogant* (l) *et dicunt: Ubi vis paremus tibi commedere pasca?* (6). Set (7) si Christus habuisset commune hospitium, illud discipuli non interrogassent. Nec ipse caruisset loco, ubi (m) caput reclinaret et pasca commederet. Item Anselmus in libro *de sacramentis* dicit sic (8): *Pauper ita* (n) *fuit Christus, ut veniens in mundum non in sua, set in aliena domo nasceretur, natus propter inopiam loci in presepio brutorum animalium poneretur, et vivens in mundo non haberet ubi caput suum reclinaret, nec moriens unde nuditatem suam tegeret* (o). *Nec mortuus unde* (p) *indueretur, nec sepulcrum aut locum ubi corpus mortuum locaretur.* Hec Anselmus (q). Et Beda super illud Mr. *Circumspectis* (r) *omnibus* (9) etc. (s) in (t) originali dicit sic (10): *Intelligendum est* (u) *quod Dominus tante paupertatis fuit, ut in urbe maxima nullum* (v) *hospitem nullamque mansionem inveniret, set in agro parvulo apud Laçarum sororesque eius habitaret.* Constans (11) igitur est non hospitio solum, set et pretio quo illud conduceret, caruit, dum necessitate compulsus de urbe exiit.

Hoc etiam (x) probatur ex (y) ratione. Nam filius Dei ad hoc naturam humanam assumpsit, ut genus humanum quod per peccatum a

---

(a) P *add.* ord. (b) P *add.* volucres celi nidos habent. (c) P *om.* (d) P *om.* dicit sic. (e) P *add.* et tecto morar alieno. Hec idem. (f) P occasionem (!). (g) O predicatione (!). (h) P ut. (i) P peremta (!). (k) P *om.* (l) O interrogat. (m) P in quo. (n) P *om.* (o) P regeret. (p) P ubi involveretur. (q) P *add.* Et glossa Trenorum III dicit: Ego vir videns paupertatem meam etc. dicit quod Christi paupertas excelsior, mirabilior et perfectior fuit paupertate cuiuscunque sancti quantumcumque altissima. (r) P *add.* et. (s) P et. (t) P *om.* (u) P *om.* (v) P nullumque. (x) O enim. (y) P *om.*

---

(1) Graece ἀπόδειξιν.

(2) Ordinaria ad Matth. 8, 20.

(3) Sequentia sunt verba S. Bonav. *Apol. paup.* VII, 6; ap. *Op. om.* VIII, 278a-b.

(4) Hom. I, n. 4; ap. P. G. 49, 378. Idem locus citatur a S. Bonav. l. c. VIII, 274a. (5) Matth. 8, 20. (6) Matth. 26, 17.

(7) Consideratio S. Bonav. l. c. ap. *Op. om.* VIII, 274a.

(8) S. Anselmus, *De sacramentorum diversitate*, c. 3; ap. P. L. 158, 554. Citatur a S. Bonav. *Apol. paup.* VII, 6; ap. *Op. om.* VIII, 274a.

(9) Marc. 11, 11.

(10) In Marc., lib. III; ap. P. L. 92, 244. Citatur a S. Bonav. *Apol. paup.* VII, 8; ap. *Op. om.* VIII, 274b. (11) Est consideratio S. Bonav. l. c.

statu innocentie exciderat, repararet. Set non perfecte et convenienter reparasset nisi assumpsisset naturam innocentem [f. 113v], ergo talem assumpsit. Unde Augustinus super Iohannem [a] *Ecce agnus Dei* [b] (1): *Si agnus* [c], ergo *innocens*. Et si assumpsit naturam innocentem, assumpsit eam secundum omnem perfectionem anime, quam habuisset aliquis in statu innocentie. Set in statu innocentie [d] fuissent homines sine dominiis distinctis, sicut patet VIII di., c. 1 (2) etc. Igitur si Christus tenuit statum innocentie, non habuit dominium distinctum in speciali vel in communi alicuius rei, set solum simplicem facti usum rerum [e].

Ex quibus omnibus et aliis pluribus auctoritatibus [f] et rationibus, que propter prolixitatem vitandam obmitto [g] et per ordinem [h] plenius interseruntur in libro fratris [i] Io[hannis] de Pi[chamo], et in Apologia fratris [k] Bone venture episcopi Albanensis, liquet manifeste quod Christus et apostoli non habuerunt aliquid in speciali [l] vel in communi. Et quod ecclesia romana, que [m] in doctrina Christi et apostolorum errare non potest, rectissime [n] diffinivit dicendo quod huiusmodi abdicationem omnium rerum tam in speciali quam etiam [o] in communi Christus et apostoli verbo docuerunt et servaverunt exemplo. Et si quis dictas auctoritates scripture sancte vel sanctorum aliter intelligeret vel exponeret quam ecclesia, que Spiritu Sancto regitur, intelligit [p] et exponit [q], hereticus [r] foret censendus, ut in [s] preallegato c. (3) *heresis*, XXIIII, q. 3 [t]. Quinimo si quis etiam ex sanctis doctoribus ecclesie aliter sentiret, diceret vel exponeret, potius auctoritati et diffinitioni ecclesie standum esset, quam illius sancti doctoris auctoritati, XXIIII, q. 1, c. (4) *hec est fides* et in preallegata superius auctoritate Augustini contra *epistolam Fundamenti*.

Tertia conclusio que elicitur ex dicta determinatione est: Quod Christus non habuit regulariter loculos, set solum aliquando sive in casu, scilicet infirmis condescendendo, quod demonstratur ex verbis dicte decretalis (5) cum dicit: *Interdum dicitur habuisse* et postea cum [u] subicit, *quod Christus* sic *in suis actibus viam* [v] *perfectionis exercuit, quod interdum infirmorum inperfectionibus condescendit* et infra [x] *sicut in fuga patet et loculis*. Ex quibus verbis et sententia sive intellectu ex ipsis verbis sumptis demonstratur, quod Christus regulariter loculos non

---

[a] P illud Ioh. [b] P *add.* dicit. [c] P *om.* [d] P innocentium, O *om.* fuissent-innocentie. [e] P rebus. [f] P *add.* et iuribus. [g] P omictantur. [h] P *add.* et. [i] *Pro* fratris-Pi. et, P De perfectione evangelica quem composuit frater Iohannes episcopus Cantuariensis. [k] O *om.* frat.-Alban. [l] *Pro* speciali-communi, P in communi vel proprio. [m] P *om.* [n] P certissime. [o] P *om.* [p] P et erraret. [q] P exponat. [r] *Pro* heret.-censendus, P communicentur (!). [s] P *om.* [t] O 1. [u] P *add.* posita. [v] P *add.* sue. [x] P inferius.

---

(1) Ioh. 1, 29. Aug. *In. Ioh.* tractatus IV, n. 10; ap. P. L. 35, 1410: « Si agnus innocens, et Ioannes agnus ». (2) Cap. *Quo iure*.
(3) Cap. 27. (4) Cap. 14. (5) *Exiit*.

habuit, set in casu. Immo regulam sive legem dedit Apostolis suis de [a] loculis non habendis, ut supra probatum est. Quam regulam et ipse quasi semper in semetipso [b] servavit. Set interdum habuit, idest in casu aliquo habuit, sicut [c] aliquando fugit sectatores [d], set ut plurimum non fugit, set se eis opposuit, et legem de non timendo persecutores et eos [e] *qui corpus occidunt* [1] eis dedit, sicut superius dictum est. Unde Glossa [2] super illud Mt. 26 [f] quod Christus trina oratione docuit timorem triplicem superare, scilicet *timorem mortis, timorem vilitatis et timorem doloris.* Sicut [g] et lex dicit quod illud [h] dicitur in casibus [i] concedi, quod conceditur in aliquo casu et regulariter prohibetur, ubi [k] posita regula qua dicitur *novo iudicio agendum est* [l], ut [f. 114r] tollatur opus quod *post litem contestatam factum est* [m], tollitur in casu, scilicet *si illud quod antecessit* [n], *tolli sine eo non potest* [o], ff. *de aqua pluv. arcen.*, l. [3] *Ateius*, in fine et l. sequenti que incipit [4]: *Set interdum.* Et secundum Papiam [5]: Interdum tantum prestat, quantum aliquando. Attendendum autem [p] est quod in evangelio aut in aliqua parte [q] novi Testamenti nichil plus habetur seu legitur de loculis, nisi quod legitur Io. XII [6] de Iuda [r] qui Christum [s] prodidit [t]: *fur erat* [u] *et loculos habens ea que mittebantur portabat* et Io. 13 dicitur quod cum Christus dixisset Iude: *quod facis, fac citius* [7], *quidam putabant quia loculos habebat Iudas, quod dixisset ei: eme* [v] *ea* [x] *que opus sunt nobis ad diem festum, aut ut egenis aliquid daret* [8]. Et quia in verbis evangelii expresse non dicitur quod Christus habuerit loculos, quamvis sancti doctores ex verbis illis [y] hoc dicant, forsitan ex hoc in decretali ponitur: *Interdum habuisse;* et intelligitur [z] quod Christus habuit hoc solummodo duabus vicibus; reperitur fuisse scilicet [a] VIa die ante pasca, idest in transitu ipsius de [b] hoc mundo, et ipso die cene instante in crastino passione [c].

In precedenti autem serie evangelica legitur quod sancte mulieres, que [d] comitabantur Dominum cum discipulis ministrabant [e] ei de facultatibus suis. Legitur etiam in alienis mensis, de alieno cibo assidue

---

(a) P vel. (b) P se ipso. (c) P et. (d) P persecutores (!). (e) P *rep.* et eos. (f) P *add.* dixit. (g) *Pro* sic: et, P et sic. (h) O *add.* quod. (i) P interdum. (k) P unde. (l) P *om.*, O esse. (m) P *add. vel rep.* subicit dicens quod interdum opus quod post litem contestatam factum est. (n) P antecedit. (o) P *add.* ut. (p) P igitur. (q) P *add.* scripture. (r) O *om.* de Iuda. (s) P exemplum (!). (t) P *add.* quod. (u) P *add.* qui. (v) P emas. (x) P *om.* (y) O *om.* (z) P intelligendo. (a) O in. (b) P Christi ex. (c) P passionis. (d) P *om.* (e) P manifestabat (!).

---

(1) Cf. Matth. 10, 28; Luc. 12, 4.
(2) Ordinaria ad Matth. 26, 44.
(3) Lex 14 *Ateius* (al. *Autaeus*). (4) Lex 15.
(5) *Vocabularium*, ed. Venetiis 1485, s. v. «interdum: nonnunquam, aliquotiens». (6) Vers. 6.
(7) Ioh. 13, 27. (8) Ioh. 13, 29.

manducasse [a], quia nunquam habuit hospitium nec mensam nec candelabrum nec aliquid [b] talium. Unde super illud Luc. 9 (1), dicit Crisostomus (2): *Aspicite qualiter paupertatem quam Dominus docuerat, per opera demonstrat. Non enim erat ei mensa nec candelabrum nec domus nec quicquam aliud* [c] *talium*. Hec ibi [d]. Et Ieronimus ad Nepotianum dicit (3): *Turpe est ante fores sacerdotis Domini crucifixi et pauperis, qui* [e] *cibo pascebatur* [f] *alieno lictores consulum* [g] *et milites excubare. Ecce Christus pro nobis servus factus* [h] *in domibus alienis* [i] *hospitabatur et cibis* [k] *alienis vescebatur*. Hec Ieronimus.

Et Bernardus in sermone super illud Luc. [l] (4): *Cum factus esset* [m] Ihesus *annorum XII*, dicit, quod Christus *quasi unus* in *turba pauperem stipem per hostia mendicabat*. Legitur etiam de dragma, non de loculis solvisse [n] set de pecunia in ore piscis inventa, quia ut super hoc dicit Ieronimus, loculorum pecuniam pro pauperibus deportatam Christus in usus suos convertere nephas duxit [o], ut supra allegatum est. Legitur etiam pro illa ebdomada, qua passus est, cum [p] Ierosolime usque ad vesperam predicasset, circumspexit si quis eum hospitio reciperet, receptionem [q] minime repperisse. Unde duce inopia voluntaria, ad domum Marthe in Bethaniam declinavit. Quia propter suam egestatem in Ierosolima hospitium non invenit, quod [r] faciliter si loculos habuisset. Ex hiis [f. 114v] igitur et similibus ostenditur evidenter quod Christus regulariter [s] loculos non habuit, quamquam [t] interdum et raro habuisse dicatur, et quod sic aliquando [u] habuit, sicut aliquando fugit. Set quia necessitas legem non habet, tantum passionis tempore de habendis loculis dispensavit. Unde Luc. 22 (5) dixit: *Quando misi vos sine sacculo et pera et* [v] *calciamentis, numquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt ei: Nichil. Dixit* [x] *ergo eis: Set nunc qui habet sacculum tollat similiter et peram*. In quibus verbis dicit Glossa (6) Bede [y]: *Non*

---

[a] P *om.* mand.-habuit. [b] P *om.* aliquid-Aspicite. [c] O aliquid. [d] P Gregorius *vel forsan* Crisostomus (G^os). [e] P quod. [f] P vescebant. [g] P consilium. [h] P *add.* est. [i] P *om.* [k] O ab. [l] O *add.* quod. [m] O est, P *add.* hic. [n] O fuisse. [o] P dixit. [p] P legitur tamen quod. [q] *Pro* recept.-repperisse, P receptorem neminem invenisse. [r] *Pro* quod fac., P facilius invenisset. [s] O evidenter. [t] P quamvis. [u] P *om.* aliq.-sicut. [v] P *om.* [x] P *om.* [y] P idest Beda.

---

(1) Citatio in textu omittitur. Agitur forsan de Luc. 9, 58.

(2) Chrysostomus homilias in Luc. 16, 19-31 (De Lazaro), ap. P. G. 48, 963-1016, tantum edidit.

(3) Ep. 52, n. 11; ap. P. L. 22, 536. Citatur a S. Bonav. *Apol. paup.* VII, 6; ap. *Op. om.* VIII, 274a.

(4) 2, 42. S. Bernardus, seu potius Aelredus Rievallensis, *De puero duodenni*, n. 6, inter opera S. Bernardi; ap. P. L. 184, 853. Cf. S. Bonav. *Apol. paup.* VII, 6; ap. *Op. om.* VIII, 277a; et *De perf. evang.* quaest. II, art. 3; ap. *Op. om.* V, 156a-b (additamentum). (5) Vers. 35-36.

(6) Ordinaria, ex Beda, *In Lucam;* ap. P. L. 92, 601.

eadem [a] *vivendi regula persecutionis tempore* [b] *qua et pacis discipulos informat. Missis enim ad predicandum discipulis, ne quid tollerent in via precipit, ordinans ut qui evangelium nuntiat, de evangelio vivat* [1]. *Instante vero mortis articulo et tota illa gente pastorem* [c] *simul et gregem persequente, congruam regulam* tempori [d] docuit, *permittens* ut tollant *neccessaria victui, donec sopita persecutorum insania, tempus evangeliçandi redeat.* Hec Beda.

Quia igitur lex quantum ad exteriorem actum, sive quantum ad opus exterius aliquando non potest servari, ideo in casu et ex causa aliquando solet [e] interimere. Et [f] siç Christus ex causa aliquando et dispensatione loculos habere consensit, sciens non omnes posse semper in predicte districtionis semita [g] ambulare. Habuit ergo loculos aliquando, mere pro aliorum necessitatibus, ut supra ostensum est; aliquando, condescendens infirmis, qui habent loculos pro seipsis, ut doceret servis [h] Christus non esse peccatum habere loculos. In quibus tamen loculis ipse Christus nihil dominative sive potestative [i] habere voluit, nec in hoc actu interiori, scilicet volendo dominium seu possessionem sibi appropriare in eis, nunquam infirmis condescendit, set solum in actu exteriori [k], ut superius plane [l] probatum est.

Et hoc etiam liquido constat ex eo, quod post premissam mentionem factam a [m] Io. evangelista [n], dixit ipse Christus [2]: *Venit enim princeps mundi huius et in me non habet quicquam.* In quibus verbis dicit Glossa [3]: *Noluit Dominus habere quod perderet, pauper venit, ne haberet dyabolus quod auferret.* Constat autem quod omne dominium omnisque possessio [o] temporalis, sive propria sive participativa [p] cum aliquo singulari collegio potest perdi.

Ex quibus sequitur quod esto quod in questione proposita quereretur, utrum sit hereticum asserere quod Christus et apostoli non habuerunt aliquid in communi, intelligendo habere, pro hiis que habentur [q] ad dispensandum, non dominative vel possessive, sicut [r] Christus aliquando habuit loculos, ut dictum est, tamen non esset hereticum simpliciter et diffinitive [s] asserere, quod Christus et apostoli non habuerunt aliquid in communi. Quia illa propositio censetur vera que est regulariter vera, etiam si aliquando fallat. Unde [t] propositio: Hec aqua [115 r] *cottidiana est, sive assidue duci solet,* vera dicitur etiam si interdum non ducatur, sive [u] intermictatur, ff. *de aqua codi. et est.* l. 1 [4], § 2 et § [v] sequenti [x].

---

[a] P est idem. [b] *Pro* temp. - pacis, P quam pacis tempore. [c] P *om.* [d] P tempore. [e] *Pro* sol. inter. P *habet spatium vacuum.* [f] *Pro* et sic, P sicut. [g] P semitam. [h] P servus. [i] P possessive. [k] P *om.* [l] P plene. [m] O in. [n] P *add.* de loculis. [o] P potestas. [p] P participata. [q] P habent. [r] P sic. [s] P distincte. [t] P *add.* ista. [u] P *om.* [v] *Pro* codi. - §, O ceci - § 1 et l. [x] P *add.* cum similibus.

---

[1] 1 Cor. 9, 6. [2] Ioh. 14, 30. [3] Ordinaria.
[4] Lex *Ait praetor,* lib. XLIII, tit. 20.

Secunda obiectio que fiebat olim ([a]) et adhuc fit contra predicta, que in dicta decretali *Exiit* ([b]) dicuntur ([c]), talis est. Videtur quod huiusmodi abdicatio sive renuntiatio omnium rerum, tam in speciali quam in communi, non sit possibilis, maxime quoad illas res, que usu consumuntur, sicut est panis, vinum, oleum, vestimenta ([d]) et cetere res, que consumuntur usu, cum lex dicat quod *si vini, olei vel frumenti usus fructus* ([e]) *legetur, proprietas ad legatarium transferri debet,* quia usus ([f]) in talibus non videtur posse a proprietate sive dominio separari, ff. *de usufructu earum rerum* ([g]) *que usu consumuntur,* l. ([1]) *si vini* cum similibus. Et ideo qui renuntiat omnino proprietati sive dominio talium rerum, videtur per ([h]) consequens renuntiare usui earum. Et ([i]) huic obiectioni in sepe dicta decretali *Exiit qui seminat* in § *porro,* versu *non autem,* respondetur in hec verba ([2]): *Non autem talem abdicationem proprietatis omnimode renuntiationem usus rerum cuiquam videatur* ([k]) *inducere. Nam cum in rebus temporalibus sit considerare precipuum* ([l]) *proprietatem, possessionem, usumfructum* ([m]), *ius utendi et simplicem facti* ([n]) *usum et ultimo* ([o]) *tamquam necessario egeat, licet* ([p]) *primis carere possit vita mortalium, nulla prorsus potest esse professio, que a se usum neccessarie substentationis excludat, verum* ([q]) *condecens fuit ei professioni, que sponte devovit Christum pauperem in tanta paupertate sectari, omnium abdicare dominium et rerum sibi concessarum necessario usu fore* ([r]) *contentam. Nec per hoc quod proprietatem usus et rei cuiuslibet dominium* ([s]) *a se abdicasse videtur, simplici usui omnis rei renuntiatum esse convincitur, qui, inquid* ([t]), *usus non iuris set facti tantummodo nomen habens* ([u]), *quod facti* ([v]) *est tantum, in utendo prebet* ([x]) *utentibus nichil iuris. Quin immo necessariarum rerum,* quantum *ad vite substentationem,* secundum ([y]) *veritatem* ([z]) *omnimodam concessus est* ([a]).

In quibus verbis aperte monstratur, quod quis potest renuntiare ([b]) omni dominio et proprietati et usufructui ([c]) omnium rerum temporalium etiam que ad vite substentationem requiruntur ([d]) et sine quibus humana natura substentari non potest, inter ([e]) quas res potissime sunt ille, que usu consumuntur, sicut sunt panis, vinum et omnia ([f]) victualia, et omne dominium ac proprietatem et ([g]) usumfructum ([h]) etiam in talibus a se penitus abdicare. Et tamen ([i]) per huiusmodi renuntia-

---

([a]) P aliquando. ([b]) P *add.* qui seminat. ([c]) P *add.* quod. ([d]) P vestimenta. ([e]) O usus. ([f]) P usus fructus. ([g]) P *om.* ([h]) P quod. ([i]) *Pro* et huic, P cui. ([k]) P videtur. ([l]) P principium. ([m]) P usu fructum, O usum fructuum. ([n]) P factum. ([o]) P ultimum. ([p]) O set. ([q]) O unde. ([r]) *Pro* fore cont., O fructu contentari. ([s]) O *om.* ([t]) *Decretalis* inquam, P nunquam. ([u]) P id. ([v]) O *et* P factum. ([x]) P prebent. ([y]) P quantum ad. ([z]) O necessitatem. ([a]) O est conc. ([b]) P *om.* ([c]) O usufructu. ([d]) P requiritur. ([e]) P quin (?). ([f]) P alia. ([g]) P ac. ([h]) O usum fructuum. ([i]) P si.

([1]) Lex 7, lib. VII, tit. 5. ([2]) *Textus orig.* 193s.

tionem, sive omnimodam abdicationem, non videtur renuntiatum usui simplicis facti. Falsum est ergo dicere quod simplex ([a]) usus facti non possit a dominio et proprietate et usu fructu sive iure utendi ([b]) [f. 115v] separari. Nec hoc aliqua lege cautum ([c]) reperitur, immo oppositum reperitur, ut puta in servo, filiofamilias et religiosis ([d]), qui in rebus, que usu consumuntur, habent simplicem facti usum, et tamen nec ad momentum habent in illis rebus aliquid dominii, proprietatis vel iuris. In servo patet. Ipse enim servus ([e]) rei peculiaris non ([f]) habet dominium, nec possessionem, ff. *de peculio*, l. ([1]) *id vestimentum*, set proprietas et possessio semper residet penes dominum, ff. *de acquiren. posses.*, l. 1 ([2]), § ([g]). *Item acquirimus* ([h]) et ([i]) l. ([3]) *quod servus*. Et si cibaria servis legentur, proculdubio ([k]) domini est legatum, non servorum, ut dicit lex ff. *de condi. et demonstrati.* ([l]), l. ([4]) *filio famil.* in fine. Idem ([m]) est de omnibus hiis, que filius familias etiam habet ex peculio profectitio, sive sint cibaria sive vestes aut pecunia, vel alia que usu consumuntur. Quia ipsarum rerum habet usum facti, et ([n]) proprietas seu dominium ([o]) in eis non residet penes eum, ff. *de acquiren. possess.*, l. ([5]) *quicquid* ([p]) et in eodem titulo l. ([q]) ([6]), §. *Item acquirimus*. Et ff. *de regulis iuris* l. ([r]) ([7]) *filius familias*. Et ([s]) in dicta lege *filio* cum similibus.

In monachis etiam et quibuslibet religiosis, quorum regule ita est annexa abdicatio omnis proprietatis cuiuscunque rei, *ut contra eam nec summus pontifex possit licentiam indulgere*, extra *de statu monach.* c. ([8]) *cum* ([t]) *ad monasterium* in fine. Manifestissimum est, quod in omnibus rebus etiam que usu consumuntur, et que spectant ad victum et vestitum habent sic nudum simplicem facti usum quod nec ad momentum in illis aut in ([u]) aliquibus aliis rebus proprietatem seu dominium habent nec habere possunt. Unde nec vestes quas deferunt sue ([v]) dicuntur quantum ad proprietatem et ([x]) dominium, aut veram possessionem, ut probatur XII ([y]), q. 1 ([9]), *non dicatis*, in textu et Glossa ordinaria, et XXVII ([z]), q. 1, c. ([10]) *monacho*, et extra, *de statu monachorum*, c. ([11]) *monachi*, § *qui vero*, et c. ([12]) *super quodam*, cum similibus. Usumfruc-

([a]) P simpliciter. ([b]) O *om.* ([c]) P tantum. ([d]) P religiosso. ([e]) P *add.* qui in alterius proprietate est, nihil suum habere potest iuste, per quas personas nobis acquiritur, § Item nobis unum, nec vestimenti sibi a domino traditi, non alterius. ([f]) P *om.* ([g]) P *om.* 1, §. ([h]) P acquiramus. ([i]) P *om.* ([k]) P procul dubium. ([l]) O dominio. ([m]) P *add.* etiam, *quod subinde om.* ([n]) P *male add.* non. ([o]) P *add.* aliquid. ([p]) P quidquam. ([q]) P II. ([r]) P vel. ([s]) P etiam. ([t]) P *om.* ([u]) P *om.* ([v]) P sive. ([x]) P *om.* ([y]) P ff. ([z]) O *et* P XVII.

([1]) Lex 25, lib. XV, tit. 1.
([2]) Lex *Possessio appellata*, § 5, lib. XLI, tit. 1.
([3]) Lex 33 *In eo quod servo* (?). ([4]) Lex 42, lib. XXXV, tit. 1.
([5]) Lex 4, lib. XLI, tit. 2. ([6]) Lex *Possessio appellata*, § 5. lib. XLI, tit. 1.
([7]) Lex 93, lib. L, tit. 17. ([8]) Cap. 6 (III, 35). ([9]) Cap. 11.
([10]) Cap. 32. ([11]) Cap. 2 (III, 35). ([12]) Cap. 4 (III, 35).

tum etiam ([a]) in rebus aliquibus monachi aut religiosi habere non possunt, ut habetur et notatur XIX, q. ulti., c. (1) ulti. *si qua mulier*, in Glossa ordinaria.

Preterea usus facti rerum necessariarum ad substentationem nature est de iure naturali, eo quod *ab exordio rationalis* ([b]) *creature incepit* ([c]), V ([d]) dist. in principio (2), et XXXV ([e]) dist., c. (3) *sexta die*, et eo quod ubique et apud omnes instinctu nature ([f]), non ex constitutione aliqua habetur, ut in Decreto ([g]), dist. 1, c. ([h]) (4) *ius naturale*, et *eo quod natura* hunc usum *omnia animalia docuit*, Instit. ([i]) (5) de *iure naturali et* ([k]) *gentium et civili* ([l]), in principio, et ff. *de iustitia et iure*, l. 1 (6), § *ius naturale*. Et ideo nec per legem nec per renuntiationem sive ([m]) abdicationem nec aliquo modo tolli vel mutari potest, [f. 116r] quia naturalia iura, que apud omnes pereque ([n]) servantur, divina quadam providentia constituta semper firma atque ([o]) immutabilia permanent, di. V in principio et VI ([p]) dist. c. 3 ([q]) (7), § *hiis ita* ([r]) *respondetur;* etiam ([s]) Instit., *de iure naturali* ([t]), l. 1, ([u]) (8) circa finem verb. ([v]) *set naturalia*. Proprietates vero et ([x]) possessiones et dominia rerum sunt a iure humano, VIII dist. (9), *quo iure;* usufructus etiam et ius utendi est a iure civili, in ([y]) Inst. (10) *de rebus* corporalibus et *incorporalibus*, per totum. Certum est autem quod omni iuri privato, quod alicui competat ex humano iure ([z]), potest quis renuntiare et illud a se penitus abdicare; unde Esau ex quo semel renuntiaverat iuri primogeniture (11), ad illud redire nunquam potuit, VII ([a]) causa, q. 1, c. (12) *quam periculosum*, ff. *de edil. edic.* ([b]), l. (13) *queritur*, § *si venditor*, cum similibus.

Preterea ad idem. Nullus qui legis naturalis precepto ad esse nature conservandum indispensabiliter ([c]) obligatus est, hiis sine quibus non servatur ([d]) esse nature, renuntiare potest. Set omnes et singuli homines cuiuscunque conditionis existunt ([e]), legis naturalis precepto ad esse nature conservandum ([f]), indispensabiliter obligati sunt; ergo hiis sine quibus non servatur ([g]) esse nature ([h]), non possunt renuntiare. Manifestum autem est quod esse nature non potest aliquo modo servari

([a]) P et. ([b]) P naturalis ([c]) P incipit. ([d]) O *et* P IIII. ([e]) O LXXXV. ([f]) P *om.* ([g]) O eadem. ([h]) P *om.* ([i]) O in istis. ([k]) O *et* P *om.* ([l]) O *om.* et civ. ([m]) P *om.* sive abdic. ([n]) O proprieque. ([o]) P ac. ([p]) O *et* P IIII-V. ([q]) O *et* P *om.* c. 3. ([r]) O infra respondere. ([s]) P et. ([t]) P *add.* et gentium et. ([u]) *Pro* l. 1, O *et* P c. ([v]) P *om.* ([x]) P *om.* ([y]) P *om.* ([z]) O *om.* ([a]) O VI. ([b]) O edul. edco (!). ([c]) P et disp. ([d]) P conservatur. ([e]) P existant. ([f]) P ad serv. ([g]) P conservatur, *et sic subinde.* ([h]) P *om.*

(1) Cap. 9 (paenultimum) *Si qua mulier*, C. XIX, q. 3.
(2) Est introductio ad dist. V. (3) Cap. 7. (4) Cap. 7.
(5) Instit., I, 2. (6) Lex 1 *Iuri operam*, lib. I, tit. 1.
(7) Cap. 3 *Non est peccatum.* (8) Lex *ius naturale*, § 11.
(9) Cap. 1. (10) II, 2. (11) Cf. Gen. 25, 33.
(12) Cap. 8. (13) Lex 14, § 9, lib. XXI, tit. 1.

sine ([a]) usu facti rerum neccessariarum ad vitam humanam, ut sunt alimenta et vestimenta, que sunt inter res illas ([b]), que usu consumuntur. Proprietas autem sive dominium rerum, alimentorum, quod est quid ([c]) iuris, non servat esse nature, set usus facti tantum. Ergo ubique et semper ([d]) proprietati huiusmodi rerum renuntiari potest, usui vero nunquam potest.

Quod autem usus rerum, alimentorum cadat sub precepto legis nature patet Gen. ([e]) 2 (1), ubi legitur quod ab exordio rationalis ([f]) creature, in statu scilicet innocentiae, Deus dedit duo precepta homini: unum de commedendo ([g]), secundarium de non commedendo, primum affirmativum ([h]), secundum negativum, dicens: *Ex omni ligno paradisi commedetis, de ligno autem scientie boni et mali ne commedas.* Ergo aperte patet ex predictis quod usus alimentorum que per usum consummuntur, sic sunt de iure nature, quod etiam eorum usus cadit sub precepto divino. Certum est autem quod stante iure nature, nullus potest dicere de aliqua re: hoc est meum, hoc est tuum. Hec enim duo pronomina meum et tuum, ut dicit beatus Clemens, sunt ex iniquitate et cupiditate gentium et per humanum ius introducta. De iure enim ([i]) nature et divino *communis usus omnium rerum* ([k]) *que sunt in hoc mundo omnibus hominibus esse debuit,* ut hec habentur XII, q. 1 c. (2) *dilectissimis* ([l]), et Augustinus, et ponitur VIII ([m]) dist., c. (3) *quo iure,* dicit: *Tolle iura imperatorum,* nemo potest dicere de aliqua re hoc meum, hoc tuum. Ergo usus rerum que ([n]) per usum consumuntur, non habet necessario annexum meum et tuum. Et per consequens clare patet quod usus rerum, que per usum consumuntur, potest esse sine proprietate et ([o]) dominio.

Et si quis dicat quod status ille innocentie parum duravit, hoc non solvit quin usus talium rerum que usu consumuntur possit esse in perpetuum sine proprietate et dominio. Potuit enim primus homo non peccare et sic usus omnium rerum semper fuisset in omnibus hominibus et omni ([p]) tempore et ubique absque proprietate et dominio.

Preterea, constat quod tam de iure canonico quam civili, quod tempore necessitatis extreme omnia spectantia ad huiusmodi vite [f. 116 v] substentationem sunt omnibus hominibus mundi huius ([q]) communia, ita quod nemo potest dicere hoc proprium esse, quod tempore huius necessitatis omnibus hominibus est commune, et ([r]) sunt communia, XLVII dist., c. (4) *sicut hii,* ubi ([s]) loquens de tempore huius

([a]) P *add.* illo. ([b]) P alias. ([c]) P apud. ([d]) P *add.* usu. ([e]) P *add.* c. ([f]) P rationabilis. ([g]) P condendo, *et sic subinde.* ([h]) P *add.* et. ([i]) P *om.* enim-usus. ([k]) P *om.* ([l]) P dilectissimus. ([m]) P VII. ([n]) O qui, *et sic subinde.* ([o]) P *om.* ([p]) P cum. ([q]) P *om.* ([r]) P *om.* et-com. ([s]) *Pro* ubi loq., P non loquendo.

(1) Vers. 17.
(2) Cap. 2. Sunt verba Pseudo-Clementis, ep. 5; ap. P. G. I, 505.
(3) Cap. 1. Aug., *In Ioh.* tractatus VI, n. 25; ap. P. L. 35, 1436 s.
(4) Cap. 8.

necessitatis dicit: *Nemo proprium dicat quod est commune*. Et infra ([a]): *Esurientium panis est quem tu detines, nudorum indumentum quod tu recludis* ([b]). Lex etiam imperialis dicit quod tempore huius neccessitatis cibaria omnibus hominibus sunt communia, ff. ad legem *Rodiam* ([c]) *de iactu* ([d]), l (1) II, § *idem* ([e]); unde tempore huius ([f]) neccessitatis auferentes spectantia ad usum vite a ([g]) detinente contra eius voluntatem non commictit ([h]) furtum vel rapinam aut crimen aliquod, quia ([i]) alienum non tolleret, ut probatur de conse. dist. V, c. (2) *discipulos*, ubi dicitur quod discipuli Christi, qui propter famis necessitatem evellebant spicas, fuerunt innocentes. Et Christus *vocat* eos *innocentes* ([k]), ut habetur Mt. XII ([l]) (3). Quia neccessitas huiusmodi non subiacet legi canonice vel civili, extra, *de observantia ieiu.*, c. (4) *sicut*. Et extra, *de consuetudine* ([m]) c. ([n]) (5) *quanto*. Et extra, *de regulis iuris*, c. (6) *quod non est licitum*. Absurdum est ([o]) igitur ([p]) dicere quod filius Dei ([q]) Ihesus Christus subiaceat imperatori ([r]), qui est super omnem potestatem ([s]), sicut scriptum est in Iohanne (7): *Filius hominis dominus* ([t]) *est etiam sabbati*. Immo ([u]) est etiam super legem nature, quia ut dicit Ambrosius in *Exameron* (8): Non aliud natura ([v]) rei est quam voluntas Dei; ergo iste Dominus, qui non subiacet legi et apostoli sui quos ad sui immitationem traxit, non subiacet legi imperatoris ([x]) quantum ad usum rerum. Certum est etiam quod iuri ([y]) cui potest derogari per aliam legem, potest pacto sive renuntiatione alicuius universitatis sive collegii quantum ad singulos et universos derogari, ut expresse dicitur et notatur C. *de decretis decurionum* in Glossa posita super ([z]) rubrica libro X (9), et nota ff. *de regulis iuris*, l. (10) *nec* ([a]) *ex pretorio*, ubi dicit Glossa quod si universitas aliqua statuat aliquid contra ius seu contra legem, quantum ad illam universitatem tenet.

Patet ([b]) igitur ex predictis quod apostoli et fratres Minores in speciali et in communi potuerunt a se abdicare dominium et proprietatem omnium rerum, etiam ([c]) earum que usu consummuntur et sibi in omnibus rebus tantummodo usum facti simplicem retinere. Si vero dicatur: Cuius ergo erat dominium rerum, quibus utebantur apostoli?

([a]) P in terra (!). ([b]) P includis. ([c]) O co., P ro. ([d]) P actu. ([e]) P id est. ([f]) P talis. ([g]) P et. ([h]) P commicteret. ([i]) P *om.* ([k]) P in. ([l]) P *add.* e. ([m]) O consuetis. ([n]) O *et* P in. ([o]) P *om.* ([p]) P etiam. ([q]) P *add.* et. ([r]) P legi imperatorum. ([s]) *Pro* pot. sicut, P legem ut. ([t]) *Pro* dom.-etiam, P dictus est etiam dominus. ([u]) P uno. ([v]) P nature. ([x]) P imperatorum. ([y]) O *om.* ([z]) *Pro* sup. rubr., P rubricam. ([a]) O *om.* nec. ([b]) P *om.* ([c]) P et.

---

(1) Lex 2, lib. XIV, 2. (2) Cap. 26. (3) Vers. 7.
(4) Cap. 2 *Consilium* (III, 46). Cap. *sicut* hoc titulo non habetur.
(5) Cap. 4 (I, 4). (6) Cap. 4 (V, 41).
(7) Revera Matth. 12, 8; Luc. 6, 5.
(8) Cf. *Hexaemeron*, I, 6, n. 22; ap. P. L. 14, 134.
(9) C. X, 47 (alias 46). (10) Lex 27, lib. L, tit. 17.

respondetur sicut respondet preallegatum capitulum (1): *Quo iure* (a) *villas defendis?* ubi dicitur quod *iure divino: Domini est terra et plenitudo eius, orbis terrarum et universi qui habitant in eo.* Sicut et res oblate (b), donate vel (c) concesse pauperibus dicuntur esse in dominio Dei, XII q. 2 (d) c. (2) *qui* (e) *abstulerit* (f), sic et dicitur quod *res sacre* (g) *et religiose* (h) *et* (i) *sancte nullius* hominis sunt nisi Dei. In (k) Instit., *de rerum div., nullius* (l) (3) in textu et in (m) Glossa ibi posita dicit: *nullius* (4) *scilicet hominis vel hominum, set sunt Dei;* vel dicetur quod sicut sunt *quedam* que *iure naturali communia* (n) *omnium* hominum, sicut sunt *aer* (o), *aqua profluens et mare ac* (p) *litora maris,* in Instit., *de rerum divisio.* § 1 (5), et in dicto c. (6) *dilectissimis.* Et (q) res ecclesie non dicuntur (r) alicuius singularis hominum (s) vel hominis vel collegii, set quasi communes universitatis omnium (t) fidelium que est corpus Christi, XII, q. 1 c. (7) *res ecclesie,* et c. (u) (8) ultim. Et nota (v) per Innocentium extra *de* [f. 117 r] *causa posses. et proprietatis* c. (9) *cum* (x) *super electione.* Sic et dominium sive proprietas (y) rerum, quibus utebantur apostoli, erat (z) universitatis omnium fidelium sive bonorum. Nam iure divino omnia sunt bonorum XXIII, q. VII, c. 1 (a) (10). Non autem dici potest quod dominium earum rerum (b) esset ipsis apostolis singulariter aut eorum collegio speciali appropriatum (c), cum proprietatem omnium rerum tam in speciali quam in communi a se abdicaverint, ut superius est probatum.

Preterea arguitur (d) sic: Illum statum habuit Christus in quantum homo et apostoli (e) postquam statum perfectionis assumpserunt, quem (f) fuit possibile habere, quem homines de iure nature et divino habuissent, et non quem habuerunt propter iniquitatem, cum Christus innocens et perfectissimus assumpserit et docuerit apostolos suos vitam innocentissimam et perfectissimam, qua perfectior nunquam (g) fuit nec excogitari posset. Set nullus ante peccatum habuisset dominium earum rerum, que usu consumuntur, nec aliquarum (h) aliarum rerum. Quia non fuisset meum et tuum, set fuisset ita communis usus omnium

(a) P *add.* nullas (?). (b) P ablate. (c) P nc (?). (d) O 1. (e) P *add.* Christus etc. qui. (f) P abstulit. (g) P facte. (h) P religiosi. (i) P *om.* et sancte. (k) P ut. (l) O in nulli. (m) P *om.* (n) O *add.* sunt. (o) P *add.* et. (p) P et. (q) P *add.* sicut. (r) P *add.* proprie. (s) P *om.* hominum vel. (t) *Pro* om. fid., P hominum fidelium omnium. (u) P *om.* (v) P *add.* plene. (x) O *om.* (y) O proprietatem. (z) P erant. (a) P II. (b) P *om.* (c) P appropriato. (d) *Pro* arg. sic, P ad idem sic arguitur. (e) P *add.* habuerunt. (f) P quantum. (g) P nusquam. (h) P *om.*

(1) Cap. 1, dist. VIII. (2) Cap. 6. (3) Lex 7, II, 1.
(4) Verba glossae ad dictum locum.
(5) Lex *Superiori libro,* II, 1, unde verba *quedam* etc. desumpta sunt.
(6) Cap. 2, XII, q. 1. (7) Cap. 26. (8) Cap. 28 *Si privatum.*
(9) Cap. 4 (II, 12). (10) Cap. *Quicumque vos.*

rerum hominibus sicut [a] communis usus omnibus hominibus in aere, et solis splendore et mari et litoribus [b] maris et similibus. Et sicut [c] nulla singularis persona nec aliquod collegium dicere potest nec dicit: aer iste est meus, vel splendor iste solis est meus, sic [d] tunc nullus [e] dixisset, panis iste [f] est meus, vel vestis ista est mea, quia non fuisset meum et tuum, ut dictum est. Et hoc probatur in preallegato [g] c. [h] *dilectissimis* [i]. Ergo Christus et apostoli, qui perfectissime [k] rerum temporalium contemptum docuerunt et nunquam aliquid vel [l] sibi in speciali vel eorum collegio in [m] communi appropriare voluerunt, nunquam habuerunt dominium vel [n] proprietatem rerum, que usu consumuntur nec aliquarum aliarum rerum [o], set sic [p] usi [q] sunt rebus ad vite neccessitatem pertinentibus, sicut in statu innocentie homines [r] utebantur. Et sic adhuc homines utuntur illis rebus, que in communi usu hominum omnium remanserunt, sicut aer, spendor ignis [s], mare et litora maris, ut superius dictum est. Quod confirmatur [t].

Quia si [u] concederetur [v] quod Christus et apostoli habuerunt illarum rerum dominium, que usu consummuntur, ex eo quod usus earum non possit a dominio separari, duo absurdissima et heretica sequerentur:

Primum quod secundum hoc Christus et apostoli fuissent omnes proprietarii in singulari quia, cum quilibet haberet usum vestis quam ferebat et panis quem commedebat et vini quod bibebat, et sic de ceteris rebus que usu consumuntur, per consequens quilibet in singulari sive in speciali habuisset dominium et sic quilibet eorum fuisset proprietarius. Et sic ecclesia universalis usque ad hec tempora errasset, quae tenuit et tenet, docuit et [x] docet quod religiosi quantum ad expropriationem [y] et abdicationem proprietatis et dominii rerum temporalium [f. 117 v] *tenent figuram apostolorum,* XVI, q. 1 [z], c. [1] *ex auctoritate.* Nam secundum hec nulli tenerent figuram apostolorum nisi [a] habentes dominia et proprietatem rerum in speciali. Et sic cum omnis vera et sequenda [b] perfectio nulla alia esse possit, nisi illa que a Christo et apostolis exemplo et verbo docta est, nullus haberet statum perfectionis nisi haberet dominium et proprietatem rerum in speciali. Quod dicere foret hereticum et insanum. Et etiam [c] secundum hoc omnes sancti qui [d] statum expropriationis omnium rerum in speciali ita habuerunt et docuerunt, ut [e] nec vestem nec panem nec aliquid [f]

---

[a] P *om.* sicut-hominibus. [b] O litoris. [c] O *om.* [d] P sed. [e] P *om.* [f] *Pro* iste est, P ecce. [g] P sepe allegato. [h] P titulo. [i] P dilectissimus. [k] P *add.* omnium. [l] P *om.* [m] P *om.* in communi. [n] P nec. [o] P *om.* [p] P si. [q] P visi (?). [r] O *om.* [s] O ingnis. [t] O conferratur, P confluant (?). [u] P sicut. [v] P concederet. [x] P *om.* [y] P propriationem (!). [z] O *et* P *om.* [a] P non. [b] *Pro* et seq., O consequentia. [c] P *om.* et etiam. [d] O *om.* [e] P vel. [f] P *add.* aliud.

---

[1] Cap. 24.

proprium dicerent nec haberent, tanquam statum perfectionis a Christo et discipulis eius edoctum, errassent.

Secundum etiam sequeretur quod Christus et apostoli habuissent in singulari dominia, proprietatem ([a]) et possessiones pecuniarum. Nam cum pecunia connumeretur inter illas res que usu consumuntur, unde ut ([b]) in Instit. *de usufructu*, § ([1]) *constituitur* dicitur sic: *Quae ipso usufructu consumuntur non recipiunt usum fructum, quomodo sunt vinum, oleum, frumentum et vestimenta, quibus proxima est pecunia numerata. Nam* ([c]) *in ipso usufructu assidua permutatione quodammodo extinguitur.* Hec ibi. Et Io. 4 ([d]) ([2]) dicitur ([e]) quod *discipuli eius abierant in civitatem ut cibos emerent.* Per quod videtur quod habuerint ([f]) pecuniam ad emendum. Set ([g]) eo ipso quod pecuniam habuerunt, ipso facto dominium ipsius pecunie habuerunt, ut dicta oppositio ([h]) arguit ([i]), ergo et possederunt. Et possedere licite iure dominii et proprietatis potuerunt argentum et aurum et pecuniam ([k]). Quod est contra textum evangelii ([3]): *Nolite possidere aurum et* ([l]) *argentum neque pecuniam in çonis.*

Preterea ([m]), si vera esset dicta obiectio ([n]), que fit de hiis que usu consumuntur, non faceret aliquid ad questionem propositam, quia non argueret quod Christus et apostoli habuerint aliquod dominium in communi, set potius quod habuerint in speciali. Quia sicut quilibet habuit ([o]) in speciali usum rerum necessariarum ad vitam humanam, ut Petrus habuit usum vestis ([p]) quam deferebat et panis quem commedebat, et sic de singulis, sic ([q]) et in speciali, eo ipso habuit dominium illarum rerum ([r]), si usus ([s]) non potest a dominio ([t]) separari.

Preterea, lex in contrarium ad huiusmodi obiectionem probandam allegata ([u]) ff. *de usu fructu earum rerum que usu* ([v]) *consumuntur,* l. ([4]) *si vini,* nec ([x]) alique alie similes ([y]) non probant quod usus ([z]) illarum rerum, que usu consummuntur, non possit a dominio ([a]) et proprietate separari. Quia non locuntur in usu simplicis facti, quia ([b]) usus nichil habet iuris annexum, set locuntur in usufructu. Unde merito et optime ([c]) differentiam facit dicta decretalis *Exiit qui* ([d]) *seminat* inter ista, dicens quod est ([e]) *considerare* ([5]) *in rebus proprietatem, possessionem, usumfructum* ([f]), *simplicem facti usum* tanquam [f. 118 r) diversa et diversarum rationum. Quia simplex ([g]) facti usus *utentibus nichil iuris prebet,* ac qui habet ([h]) usumfructum, habet ius in re et utilem posses-

([a]) P proprietates. ([b]) P *om.* ut in. ([c]) P namque. ([d]) P *om. sed add.* ca. ([e]) P dicatur. ([f]) P haberent. ([g]) P si. ([h]) O appositio. ([i]) O arguitur. ([k]) P pecunias. ([l]) P vel. ([m]) P Idem in ea. ([n]) P abiectio. ([o]) O *om.* ([p]) P necessitatis (!). ([q]) P. *om.* ([r]) P *om.* ([s]) P visus (!). ([t]) *Pro* a dom., P amodo. ([u]) P allegatam. ([v]) P *om.* ([x]) P vel. ([y]) P consimiles. ([z]) P usu. ([a]) P modo. ([b]) P qui. ([c]) P ad. ([d]) P *om.* qui-dicens. ([e]) P *om.* est-in. ([f]) O usum fructus. ([g]) P simpliciter. ([h]) P *om. et sic subinde.*

([1]) Lex 1 *Usus fructus,* § 2, lib. II, tit. 4. ([2]) Vers. 8.
([3]) Matth. 10, 9. ([4]) Lex 7, lib. VII, tit. 5. ([5]) *Textus orig.* 193.

sionem illius rei, de ([a]) qua habet usumfructum. Unde lex diffinit usumfructum sic dicens: *ususfructus est ius utendi et fruendi rebus alienis, salva rerum substantia,* ff. *de usufructu* l. 1 ([1]). Et in ([b]) Instit., *de usufructu* ([2]), in principio. Et alibi dicitur quod ususfructus est ius quoddam incorporale, et quod in iure tantum consistit sicut hereditas. Et sicut hereditas est ipsum ius hereditatis ([c]), quamvis *in hereditate contineantur res corporales,* sic et usufructus est quoddam incorporale ius utendi ([d]), *quamvis fructus qui percipiuntur ex* ([e]) *fundo,* in quo quis habet usumfructum, *sint corporales,* ut hec dicuntur in ([f]) Instit., *de rebus* corporalibus et *incorporalibus* ([3]), per totum. Et hoc ius utendi et fruendi est per legem imperatoris introductum. Que etiam leges dicunt quod ille res que etiam ([g]) usufructu consumuntur, proprie non recipiunt usumfructum, ut in ([h]) Instit., *de usufructu* ([4]) § *constituitur,* et ff. *de usufructu earum rerum, que usu* ([i]) *consumuntur,* l. 1 et ([k]) II ([5]). Et quia in eis ususfructus *qui est ius utendi et fruendi rebus, salva rerum substantia,* proprie non consistit, quia substantia rei ([l]), que ipso fructu consumitur ([m]), non potest esse salva ([n]); ideo inproprie dicitur quod ususfructus talium rerum separetur, vel non separetur a dominio. Quia ([o]) ususfructus qui non est, separari vel uniri non potest ff. *de usufructu,* l. ([p]) ([6]) *Sempronius;* nec desinere potest ususfructus qui nunquam cepit esse, ff. *de condit. et demo.,* l. ([7]). *Titio ususfructus.* Ususfructus ([q]) autem in rebus *que usu consumuntur* proprie non consistit, ergo nec transire potest cum dominio, nec ab eo separari potest quod nusquam est. Et quamvis in rebus talibus ususfructus proprie non consistat ([r]), *utilitatis* ([s]) tamen *causa* ([t]) ex interpretatione benigna lex statuit quod *quasi ususfructus* in hiis rebus constitui possit, ut in dicto § ([8]) *constituitur,* et in dicta l. II ([9]), ff. *de usufructu earum rerum que usu consumuntur.* In lege etiam in contrarium allegata ([10]) dicitur: *Si vini, olei et frumenti ususfructus legatus fuerit, proprietas ad legatarium transferri debet. Et ab eo cautio desideranda* ([u]) *est, ut quandoque hiis mor-*

([a]) *Pro* de-habet, P quam habet in. ([b]) P *om.* ([c]) P hereditates. ([d]) P *add.* et fruendi et. ([e]) P a. ([f]) P *om.* ([g]) P in. ([h]) P *om.* ([i]) P *om.* ([k]) P *om.* ([l]) P *om.* ([m]) P consumuntur. ([n]) P *om.* ([o]) P *add.* si. ([p]) *Pro* l. Sempronius-Titio ususfructus, O l. uno usque fructus, P lega. l. Sempronius etc. l. I etiam usufructu. ([q]) O usus. ([r]) P consistat. ([s]) P utilitas. ([t]) O *om.* ([u]) P consideranda.

([1]) Lex *usus fructus,* lib. VII, tit. 1. ([2]) Lex 1, *usus fructus,* lib. II, tit. 4.
([3]) Lex 1, *quaedam praeterea,* lib. II, tit. 2.
([4]) Lex 1, *usus fructus,* § 2, lib. II, tit. 4.
([5]) Lex 1 *senatus censuit,* et lex 2 *sed de pecunia,* lib. VII, tit. 5.
([6]) Lex 26, lib. XXXIII, tit. 2.
([7]) Lex 96, lib. XXXV, tit. 1. Textum in codicibus hic corruptum restitui ex *Appellatione* Bonagratiae; Baluzius-Mansi, *Miscell.* III, 218, ubi fere verbotenus eadem habentur. ([8]) Lex 1, § 2, Instit. lib. II, tit. 4.
([9]) Lex *sed de pecunia,* lib. VII, tit. 5. ([10]) L. c. lex 7.

tuus aut capite minutus sit [a], *eiusdem qualitatis restituatur, aut extimatis rebus certe pecunie nomine, cavendum est quod et commodius est. Idem de ceteris rebus que usu consumuntur intelligimus* [b]. Hec ibi. Que [c] cautio succedit loco rei, et habens talem cautionem ipsam rem iuris interpretatione habere censetur, ff. *de solutionibus,* l. [1] *qui sic solvit,* et ff. *si certum petatur* [2], l. *sicut,* [d] et ff. *de regulis iuris,* l. [3] *is qui* [e] *actionem,* cum similibus. Ex quibus etiam [f] patet quod propositio qua dicitur quod in hiis rebus *que usu consumuntur,* ususfructus non potest a dominio sive proprietate [g] separari, non tenet [h] veritatem, sive accipiatur [i] ususfructus [k] [f. 118v] vere et proprie secundum diffinitionem ususfructus, quia secundum hunc modum sumendi in rebus talibus ususfructus nullo modo [l] consistit, quia diffinitio [m] ipsis rebus non conpetit et per consequens nec diffinitum; sive [n] sumatur inproprie ususfructus pro [o] quasi usufructu, sicut in rebus incorporalibus, non dicitur quis habere possessionem, set quasi possessionem, ff. *de servitut.* l. ultim. [4]. Quia secundum hunc modum sumendi sicut ex benigna interpretatione et utilitatis causa per legem statutum est quod in hiis rebus quasi ususfructus conservatur [p], sic eadem interpretatione fit quasi quedam separatio, dum is cui ususfructus vini et olei seu pecunie legatus est, in hiis rebus sibi [q] legatis et traditis ad fruendum dicitur habere quasi usumfructum. Et [r] is cui debet fieri restitutio tante quantitatis vini et olei, adveniente morte vel capitis diminutione fructuarii, ipsam rem habere videtur, cum habeat actionem, ut per [s] preallegata iura proxime probatur [t]. Dicta etiam lex *si vini,* que dicit quod *proprietas vini et olei ad legatarium transferri debet,* loquitur de illo, qui erat capax proprietatis. Et ideo secus esset in illis [u] personis que non sunt capaces propietatis, ut servi et religiosi, ut superius est probatum.

Ex quibus sequitur [v] et concluditur secundum omnia iura tam canonica quam divina et civilia et secundum dictam determinationem dicte decretalis *Exiit qui seminat,* quod proprietas et dominium omnium rerum utibilium [x] et [y] etiam earum que usu consumuntur potest separari [z] et abdicari et eidem penitus renuntiari, et earum [a] usus sim-

---

[a] *Pro* sit-qual., P sic eodem (?) quadrat. [b] P intelligamus. [c] P Quod. [d] *Pro* sicut-de, P si tibi fide. [e] *Pro* il.-qui, P vel quasi, O l. si. [f] P *om.* [g] P perpetuo (!). [h] P continet. [i] P accipiat. [k] O *add.* proprie sive accipiatur usufructus. [l] P *om.* [m] P *add.* ex. [n] P *om.* [o] P quasi pro. [p] P constituitur. [q] P si. [r] P Dum. [s] P *om.* [t] P comprobatur. [u] P hiis. [v] P *om.* seq. et. [x] P utilium. [y] P *om.* [z] P *om.* sep. et. [a] P *om.*

---

[1] Lex 55, lib. XLVI, tit. 3.
[2] Rubrica haec habetur in Cod. lib. IV, tit. 2, sed lex citata ibi deest.
[3] Lex 15, lib. L, tit. 17.
[4] In hoc titulo nihil inveni ad rem faciens.

plex ([a]) facti ([b]) haberi per ipsos renuntiantes tali proprietati ([c]) et dominio in speciali et in communi. Ac per hoc quod talis usus facti potest a proprietate et dominio separari. Et sicut equus habet usum facti avene ([d]) quam comedit, nec habet aliquod dominium, sic ([e]) servus et religiosus expropriatus habet usum simplicem facti in pane, vino, vestibus ac ([f]) aliis rebus que usu consumuntur. Et tamen in hiis nec ad momentum habet dominium aliquod, nec aliquam proprietatem, nec ius utendi, set simplicem facti usum, qui nichil iuris tribuit in utendo, ut dictum est. Deo ([g]) gratias. Amen.

P. Livarius Oliger, O. F. M.

([a]) P simpliciter. ([b]) P *add.* earum. ([c]) P proprietate. ([d]) O avenam. ([e]) P sicut. ([f]) P et. ([g]) P *om.* Deo-amen.



EXPLICATIO PRIMAE REGULAE S. CLARAE

AUCTORE

S. IOANNE CAPISTRANENSI (1445)

(Finis) (1).

De modo laborandi. Capitulum septimum.

Circa septimum capitulum sunt (a) 5 praecepta (b).

I praeceptum (c) est quod sorores, quibus dedit Dominus gratiam laborandi, post horam tertiae laborent fideliter et devote de laboritio quod pertinet ad honestatem et communem utilitatem, ita quod excluso otio etc. Ubi notandum quod intentio beati Francisci et sanctae Clarae fuit excludere otium, quia *multam malitiam* (d) *docuit otiositas* (2). Item quod laboritium non versetur circa inhonesta et vana (e) ad religionem non convenientia.

II praeceptum est quod pro laboritio (f) sanctae orationis et devotionis (g) spiritum non extinguant cui (h) debent cetera temporalia deservire.

III praeceptum est quod illud, quod suis manibus operantur scilicet moniales (i), assignare teneantur (k) in capitulo abbatissae vel eius vicariae coram omnibus. Hoc autem consonum est rationi, cum abbatissa tamquam mater omnium de omnibus curam gerat et coram Deo rationem reddere obligetur. Hoc est (l) enim proprie vivere (m) in communi ut omnia obvenientia principali matri communiter assignentur (n).

IV praeceptum est quod si aliqua eleemosyna pro sororum necessitatibus ab aliquibus mitteretur, debeat (o) similiter abbatissae vel eius vicariae consignari (p), quae scilicet abbatissa vel eius (q) vicaria pari modo tenentur (r) in (s) capitulo notificare, ut in communi pro eisdem (t) benefactoribus recommendatio fiat.

(a) *de modo laborandi et habet* I (b) *De ... praec.*] *In 7o capitulo sunt quinque precepta et intitulatur istud capitulum De modo laborandi* A; *circa septimum capitulum. Septimum capitulum est de modo laborandi et habet quinque praecepta* D (c) *huius settimi capituli* add. A (d) *multa mala* D (e) *inhonestum et vanum* D (f) *propter laboritium* D (g) *et dev.* om. D; *sorores* add. Is (h) *etc.* add. D et om. sequentia (i) *sc. mo.* om. D (k) *tenentur* D (l) om. A I (m) *vi. pro.* Is (n) om. A (o) *assignetur* A O (p) *debet* D (q) *assignari* I (r) *teneantur* I Is (s) om. A D I (t) *coram ei. pro* D; *pro ei. pro* I

(1) Cf. 336-357. (2) Eccli. 33, 29.

V praeceptum est quod omnia, quae adveniunt ad manus [a] ipsius abbatissae vel eius vicariae, de consilio discretarum pro communi utilitate inter sorores discrete et fideliter dispensentur, ut provideatur unicuique [b] secundum quod exigit conditio et necessitas earumdem.

Quod sorores nihil sibi approprient, et de infirmis. Capitulum octavum.

Circa octavum capitulum sunt 12 praecepta [c].

I praeceptum [d] est quod sorores nihil sibi approprient nec domum [e] nec locum nec aliquam rem etc. [f].

II praeceptum est quod in paupertate et humilitate Domino famulantes mittant pro eleemosyna confidenter etc.

III praeceptum est quod non liceat alicui sorori [g] litteras mittere sine licentia abbatissae [h].

IV praeceptum est quod alicui sorori non liceat [i] aliquid recipere sine licentia abbatissae [k].

V praeceptum est [l] quod non liceat alicui sorori [m] extra monasterium aliquid dare sine licentia abbatissae [n].

VI praeceptum est quod non liceat alicui [o] sorori [p] quidquam [q] habere quod abbatissa non dederit aut permiserit.

VII praeceptum est [r] quod, si a parentibus suis vel ab [s] aliis alicui moniali [t] aliquid mitteretur pro speciali eleemosyna et honesta causa, abbatissa illi [u] discrete concedat, si illa indiget; sin autem [v] sororibus indigentibus caritative [x] communicetur, etiam si fuerit eleemosyna pecuniaria per abbatissam de consilio discretarum indigentibus sororibus dispensanda.

VIII praeceptum est [y] de sororibus infirmis tam in consiliis quam in cibariis et aliis necessariis per abbatissam et alias sorores iuxta possibilitatem loci sollicite, caritative et misericorditer adiuvandis, cum omnes teneantur providere et servire [z] suis sororibus infirmis, sicut vellent sibi serviri [a], si ab [b] infirmitate simili tenerentur.

(a) *veniunt in manibus* D (b) *ut pro. un.*] *prout videatur un.* A; *prout un. necessitatem videtur* D (c) *Qu. ... praec.*] *In 8o capitulo sunt 11 precepta quod capitulum intitulatur Quod sorores nihil sibi approprient et de sororibus infirmis* A; *circa capitulum octavum. Octavum capitulum habet 12 precepta* D; *Quod nihil sibi approprient. Circa octavam quod sorores nichil sibi approprient et de sororibus infirmis sunt 12 praecepta* I (d) *huius ottavi capituli* add. A (e) *etc.* add. D et om. sequentia (f) om. Is (g) om. D (h) *si. li. abb.* om. A; *abb.* om. D (i) *praec. ... liceat*] *est vel* A; *quod nihil possunt* D et om. *aliquid; vel* I (k) *si. lic. abb.* om. A I; *si. lic. etc.* D (l) *praec. est* om. I (m) *qu. ... sor.*] *aut* A I; *qu. n. lic. eis* D (n) *si. lic. abb.*] *etc.* D (o) *sorori ... alicui* om. Is, hinc erraturus in numeris (p) *praec. ... sor.*] *est nec* A; *nec* I; *quod nihil liceat eis* D (q) *liceat* add. A I; om. D (r) *praec. est* om. A D (s) om. O (t) *sorori* D (u) om. D I (v) *sin au.*] *vel si non indeget in sorore vel* A; *aut* D (x) om. D (y) om. I (z) *et serv.* om. A D (a) *fieri* D (b) om. D

IX praeceptum est quod, secure manifestata necessitate cuiuslibet, mutua vice ([a]) quaelibet soror tenetur diligenter et caritative agere quicquid potest ad nutriendum ([b]) sororem suam spiritualem tam circa spiritualia quam circa temporalia ([c]).

X praeceptum est quod infirmae iaceant in saccis de paleis. Liceat tamen eis habere capitalia ([d]) cum ([e]) pluma et, quae indigent, pedulis laneis et culcitris uti possint. Licet ([f]) etiam infirmis ([g]) sororibus aliqua bona verba breviter respondere, cum ab introeuntibus monasterium visitantur. Quod intelligendum est: etiam si visitarentur ([h]) a personis saecularibus quae licite possent monasterium ([i]) introire ([k]). Consulo tamen, moneo et exhortor, ut neque infirmae loquantur alicui nisi secundum quod superius declaratur. Puto etiam quod de consilio discretarum abbatissa concedere possit pedulos laneos hiemali tempore in frigidis regionibus. Similiter ([l]) dico de pulvinaribus, si discretae necessitati viderint ([m]) expedire.

XI ([n]) praeceptum est quod sorores sanae, etiam cum ([o]) licentia abbatissae, loqui non audeant intrantibus monasterium nisi praesentibus ([p]) et audientibus duabus discretis sororibus per abbatissam vel eius ([q]) vicariam ([r]) assignatis ([s]).

XII ([t]) praeceptum est quod hanc formam loquendi etiam ([u]) abbatissa et eius vicaria teneantur ([v]) firmiter observare.

De poenitentia sororibus peccantibus ([x]) imponenda. Capitulum nonum.

Circa nonum capitulum sunt ([y]) 13 praecepta ([z]).

I praeceptum ([a]) est quod soror mortaliter peccans bis vel ter monita, si non se emendaverit ([b]), quot diebus ([c]) contumax fuerit, tot in terra panem et aquam coram omnibus sororibus in refectorio comedat atque bibat. Et graviori poenae subiaceat, sicut visum fuerit abbatissae.

II praeceptum est quod interim dum contumax fuerit, oretur ([d]) Dominus per abbatissam et sorores, ut ([e]) ad poenitentiam cor illius illuminet et inclinet.

([a]) *voce* A I ([b]) *nutriendam* D ([c]) *corporalia* D ([d]) *capitalicia* D I ([e]) *de* O ([f]) *poss. Lic.*] *possunt. Undecimum est quod liceat* D ([g]) om. D ([h]) *visitentur* D; *visitaretur* O ([i]) om. O ([k]) *intrare* D ([l]) *simile* I ([m]) *viderit* A Is O ([n]) *Duodecimum* D ([o]) *et. cum*] *cum* A; *idest non infirme sine* D ([p]) *parentibus* I ([q]) om. I ([r]) *sor. ... vic.* om. D ([s]) *etc.* add. D ([t]) Totum praec. om. A D ([u]) om. Is O ([v]) *tenentur* I O ([x]) om. I ([y]) *cap. sunt*] *de penitentia sororibus imponenda et habet* I ([z]) *De ... praec.*] *In 9º capitulo sunt 13 precepta et intitulatur De penitentia sororibus peccantibus imponenda* A; *Circa nonum capitulum. Nonum capitulum est de penitentia sororibus imponenda et habet 13 precepta* D ([a]) *noni capituli* add. A ([b]) *et* add. A ([c]) *etc.* add. D et om. sequentia huius praecepti. ([d]) *scilicet* D ([e]) *et sor. ut*] *ut Dominus* D

III praeceptum est quod abbatissa et sorores (a) caveant, ne irascantur vel conturbentur propter peccatum alicuius. Quod sane intelligendum (b) de ira et conturbatione per vitium, quia ira per zelum iustitiae virtus est meritoria.

IV praeceptum est quod soror (c), quae scandali vel turbationis causam dederit, statim, antequam competens orationis hora pertranseat, non solum humiliter prosternat se ad pedes sororis offensae veniam petens (d), verum etiam suppliciter (e) roget ut pro se intercedat ad (f) Dominum, quod sibi indulgeat et dimittat.

V praeceptum est quod soror offensa veniam petenti liberaliter remittat omnem iniuriam sibi illatam.

VI praeceptum est quod sorores servientes extra monasterium longam moram non faciant, nisi causa manifestae (g) necessitatis requirat.

VII praeceptum est quod tales extra monasterium (h) servientes honeste ambulent.

VIII praeceptum est quod tales sorores (i) parum loquantur, ut aedificari semper valeant intuentes.

IX praeceptum est quod tales sorores (k) firmiter caveant, ne habeant suspecta consortia vel consilia (l) aliquorum.

X praeceptum est quod non fiant commatres virorum vel mulierum, ne (m) hac occasione murmuratio (n) vel turbatio oriatur.

XI praeceptum est quod tales extra monasterium servientes (o) non praesumant rumores de saeculo referre in monasterio.

XII praeceptum est (p) quod de iis quae in monasterio dicuntur vel aguntur, extra monasterium (q) aliquid non revelent (r), quod possit (s) scandalum aliquod (t) generare (u).

XIII praeceptum (v) est abbatissae (x), quod de consilio discretarum iniungat poenitentiam in talibus consuetudinarie (y) delinquenti (z).

De admonitione et correptione sororum. Capitulum decimum.

Circa decimum capitulum sunt (a) 7 praecepta (b).

I praeceptum (c) est abbatissae (d), quod moneat et visitet so-

---

(a) *abb. et sor.* om. D (b) *est* add. D (c) *sorores* D, et postea *dederint, prosternant, rogent, intercedant* (d) *petendo* D (e) *supplicet et* A; om. D (f) om. D (g) om. D (h) *extra mon.* om. A D I (i) om. D (k) om. D (l) *vel co.* om. D (m) *etc.* add. D et om. sequentia (n) *murmur* A I (o) *extra mon. serv.*] *sorores* A; om. D; *servientes* I (p) om. D (q) om. Is (r) *al. n. rev.*] *nihil revelant* D (s) *posset* D (t) om. D (u) *generari* O (v) ita et D (x) *scilicet* add. D (y) *consuetudine* A; *servientibus* D et om. sequens (z) *delinquentibus* O (a) *de admonitione et correptione sororum et habet* I (b) *De ... praec.*] *In 10° capitulo sunt 7 precepta et intitulatur De ammonitione et correctione sororum* A; *Circa capitulum decimum. Decimum capitulum est de correctione sororum et habet 7 precepta* D (c) *huius decimi capituli* add. A (d) *scilicet* add. A.

rores suas (a) et corrigat eas (b). Hoc est (c) dicere: ut moneat ne delinquant, et exhortetur eas ad bene vivendum iuxta formam suae regulae, et quasi pastor evigilans diligenter inquirat de moribus et vita sororum. Et si qua culpabilis invenitur, humiliter et caritative corrigat (d) eam. Et taliter ipsa vivat, quod (e) sit aliis in exemplum (1), cum scriptum sit (2): Ad curam enim positus aliorum in seipso (f) ostendere debet, qualiter alios (g) *in domo Domini oporteat conversari.*

II praeceptum est quod abbatissa non praecipiat aliquid sororibus, quod sit contra (h) animam suam et professionis suae formam.

III praeceptum (i) est sororibus (k), quod firmiter obediant abbatissae in (l) omnibus quae promiserunt Domino observare et non sunt (m) contraria animae et professioni (n) suae, cogitantes (o) se non simplici mulieri sed Christo Iesu et gloriosae (p) Virgini suae matri humiliter obedire.

IV praeceptum est quod abbatissa familiarem se exhibeat (q) sororibus, ut patienter eas audiat et discrete ac benigne respondeat non reputans se dominam sed ancillam (r), quia et ipsa ancilla Christi est, et tamquam *ancilla* (s) *Domini* (3) spiritualiter et corporaliter iuxta posse ceteris ancillis, quae serviunt in domo Domini (t), famuletur.

V praeceptum (u) includitur in verbo caveant, quamquam praecedant verba monitionis et exhortationis. Nam pro quanto superbia, vana gloria, invidia, avaritia, detractatio, murmuratio, dissensio et divisio includunt (v) effectum culpae mortalis, pro tanto necessaria est cautela a talibus abstinendi (x) sub prohibitivo (y) praecepto.

VI praeceptum est quod sorores semper invicem sollicite servent mutuae dilectionis unitatem quae est vinculum perfectionis. Hoc est dicere: quod sorores invicem se (z) diligant *sicut Christus dilexit nos et tradidit* (a) *semetipsum pro nobis oblationem et hostiam Deo in odorem suavitatis* (4). Nam ut dicit apostolus (5): *Qui diligit proximum, legem implevit,* et: *Dilectio proximi malum non operatur; plenitudo ergo legis est dilectio.* In hoc enim verbo (b) tam affirmativa

(a) om. I (b) *et vis. ... eas*] *vis. et corr. sorores suas* A; *vis. et corr. sorores* D (c) om. Is (d) *corrigant* D (e) *viv. qu.*] *abbatissa viv. ut* D (f) *al. pos. in seipso* A; *aliarum posita in seipsa* D (g) *alias* D (h) *etc.* add. D et om. sequentia (i) om. A (k) *scilicet* add. D (l) *etc.* add. D et om. *omnibus ... suae* (m) *sint* Is O (n) *professionis* I O (o) *cogitans* Is O (p) *gloriosissime* A D (q) *familiaris sit* D (r) *et* add. Is (s) om. I (t) *spiritualiter ... Domini* om. D (u) *est illud quod* add. A (v) *includant* D (x) *abstinendo* D (y) *prohibitorio* D; *prohibitione et* Is (z) om. A (a) *dedit* A D I Is (b) *Hec enim verba* A D

(1) Cf. Gratian. *Decretum,* C. 2, q. 7, c. 58.
(2) Gregor. IX, *Decretales,* I. tit. 6, c. 7, et I Tim. 3, 15.
(3) Luc. 1, 38. (4) Ephes. 5, 2. (5) Rom. 13, 8, 10.

quam negativa praecepta vel aequipollentia universaliter includuntur. Hinc ([a]) dicit idem apostolus ([1]): *Finis autem praecepti est* ([b]) *caritas de corde puro,* idest sine errore, *conscientia bona,* idest sine ranchore et reprehensione, *et fide non ficta,* idest sine torpore; ut ostendat *fidem* suam *ex operibus* ([2]), quia *fides sine operibus mortua* ([c]) iudicatur. *Diligite* igitur ([d]), *honorate* ([e]) ([3]) et *supportate* vos *invicem* ([f]) ([4]), *et sic adimplebitis legem Christi* ([5]).

VII praeceptum includitur sub illis verbis quae videntur monitoria; sunt tamen prohibitoria pro ([g]) quanto appeteretur ([h]) litteratura supra ([i]) dispositionem Dei et iustae obedientiae debitum rationale. Cum enim ([k]) scientia sit donum Spiritus sancti, ultra divinam voluntatem apprehendi non potest. Et ideo beatus Franciscus monendo ([l]) fratres pariter et sorores, curiositatem ([m]), presumptionem prohibuit et ([n]) appetitum supra divinam et naturalem ([o]) dispositionem litteras discere dicens: Et nescientes litteras non curent litteras discere ([p]). Hoc autem ([q]) remanere debet in dispositione sui ([r]) superioris cui subditae se committunt fideliter tamquam Deo. Et ideo, quamquam prohibeatur ut non curent litteras discere nescientes ([s]), non tamen prohibetur ([t]) quin discere debeant, si a suis superioribus sibi mandaretur ([u]) et quia *unicuique datur manifestatio spiritus* ([v]) *ad utilitatem, alii quidem per spiritum datur sermo* ([x]) *sapientiae* scilicet cognitio aeternorum ([y]), *alii sermo scientiae* ([6]) scilicet cognitio ([z]) terrenorum ([a]). Et sine tali limpida terrenorum ([b]) cognitione salvari possumus. Ideo nescientes litteras non curent litteras discere, sed attendant quod super omnia desiderare debent habere ([c]) spiritum Domini et sanctam ([d]) eius operationem, orare semper ad Deum puro corde et habere humilitatem et patientiam in tribulatione et in infirmitate et diligere eos qui nos persequuntur, reprehendunt et arguunt, quia dicit Dominus ([7]): *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam* ([e]), *quoniam ipsorum est regnum coelorum; qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.* Omnia supradicta ([f]) necessaria sunt ad salutem, nam ut dixit aposto-

([a]) *enim* add. D ([b]) *dilectio idest* add. A ([c]) *est et* add. D ([d]) *ergo* A; *ergo et* D ([e]) *honestatem* Is ([f]) *adinvicem* Is ([g]) *quod* A ([h]) *super* add. A ([i]) *app. litt. s.*] *appetentur sibi litteraturam sibi* D ([k]) *etiam* A ([l]) *ammonendo* A D I ([m]) *hanc* add. A; *et* add. D ([n]) om. A D ([o]) *rationabilem* A ([p]) *dicens ... discere* om. I ([q]) *enim* A D ([r]) om. D ([s]) *litt. ... nesc.*] *nesc. litt. litteras disc.* A ([t]) *prohibeatur* D ([u]) *mandetur* A I O; *mandatur* D ([v]) *sancti* add. D ([x]) *spiritus* O ([y]) *esteriorum* A ([z]) om. D ([a]) *alii ... terr.* om. Is ([b]) *eternorum* Is ([c]) om. A ([d]) *etc.* add. D et om. sequentia usque ad *Omnia* ([e]) *idest propter veritatem* add. A I ([f]) *predicta* D

([1]) I Tim. 1, 5. ([2]) Cf. Iac. 2, 18, 26. ([3]) 1 Petr. 2, 17. ([4]) Ephes. 4, 2. ([5]) Gal. 6, 2. ([6]) I Cor. 12, 7s. ([7]) Math. 5, 10; tunc 10, 22; 24, 13.

lorum princeps (1): *Per multas* (a) *tribulationes oportet nos* (b) *intrare* (c) *in* (d) *regnum Dei. Patientia enim* (e) nobis (f) *necessaria est* (2). Et Dominus dixit (g) (3): *In patientia vestra possidebitis animas vestras,* nam omnis labor suam (h) mercedem retributionis expectat (4). *Omnis autem disciplina in praesenti quidem videtur non* (i) *esse gaudii sed moeroris, postea* (k) *autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiae* (l) (5). *Patientes igitur* (m) *estote,* sorores et filiae, *usque ad adventum Domini. Ecce* (n), *agricola expectat pretiosum* (o) *terrae fructum patienter ferens, donec accipiat temporaneum et serotinum. Patientes estote et vos, et confirmate corda vestra, quoniam adventus Domini appropinquat* (6).

De ostiaria, et quibus liceat monasterium introire (p). Capitulum undecimum.

Circa undecimum capitulum sunt (q) 10 praecepta (r).

I praeceptum est (s) de qualitate ostiariae, quod sit matura moribus et discreta sitque convenientis aetatis. Meo iudicio ad tale officium conveniens aetas esset supra quadraginta annos. Discretio (t) tamen abbatissae et sororum iudicet (u) de maturitate, aetate et discretione tam ostiariae quam eius sociae.

II praeceptum est de officio ostiariae, videlicet quod in cella aperta sine ostio in die resideat, scilicet cum incumbit.

III praeceptum est de socia ostiariae quod (v), quantum est possibile, talis conditionis existat (x) cum ipsa ostiaria, ut sit (y) idonea et, cum (z) necessse fuerit, ostiariae vicem (a) in omnibus exequatur.

IV praeceptum est de ostio (b) optime communito duabus diversis seris ferreis et vectibus, ut in nocte maxime duabus clavibus obseretur.

V praeceptum est de clavibus, quod unam teneat abbatissa et aliam ostiaria. Et sicut supra dicitur, claves debent esse diversae, ne cum una sine altera valeat (c) aperiri.

VI praeceptum est quod porta (d) semper teneatur clausa in die saltem cum una clave, et sine custodia minime dimittatur.

(a) *magnas* D (b) om. I (c) *introire* A (d) om. O (e) om. O (f) *vobis* D (g) *in evangelio* D (h) om. O (i) *non vid.* D Is O (k) *poenam* Is (l) *excercitate p. ea r. iustitiam* D (m) *ergo* Is (n) *Patientes ... Ecce* om. D (o) *spetiosum* A I (p) *et ... intr.* om. I (q) *de hostiaria et habet* I (r) *De ... praec.*] *In XI capitulo sunt decem precepta et intitulatur De hostiaria* A; *Circa capitulum undecimum. Undecimum capitulum est de hostiaria et habet 10 precepta* D (s) *huius XI capituli est* A; om. I (t) *Discretione* D (u) *iudicetur* D (v) *ost. quod*] *eius qu.* D; *host. quae* I Is O (x) *sit* D; *existet* I O (y) om. Is (z) *si* Is (a) *vices* D (b) *bene et* add. Is (c) *possit* D (d) *aperta* add. D

---

(1) Potius S. Paulus, Act. 14, 21. (2) Hebr. 10, 36. (3) Luc. 21, 19. (4) Cf. I Cor. 3, 8. (5) Hebr. 12, 11. (6) Iac. 5, 7s.: « *appropinquavit* ».

Hoc intelligendum est [a]: quando casu occurreret [b] portam aperiri oportere, cum [c] in nocte semper duabus diversis [d] clavibus debeat [e] obserari. Et hoc includit etiam quod sequitur in regula: Ne [f] umquam ostium stet apertum nisi quanto minus fieri poterit [g] congruenter.

VII praeceptum est quod numquam ostium [h] aperiatur alicui intrare volenti, nisi cui concessum fuerit a summo pontifice vel secundum regulam a domino cardinali; quod tamen per [i] Extravagantes summorum pontificum est aliter ordinatum. Nam Gregorius IX, qui fuit [k] Hostiensis protector [l] beati Francisci, prohibuit [1] omnibus et singulis sub poena excommunicationis latae sententiae, ne quisquam praesumeret ingredi monasterium nisi secundum quod in regula continetur. Deinde Martinus papa V prohibuit [2], ne cardinalis vel [m] generalis vel provincialis alicui intrandi licentiam concederent, nisi [n] secundum quod in regula continetur de ingressu monasterii, scilicet quibus personis licet ingredi. Dominus noster [o] Eugenius papa IV similiter [p] fecit [q] Extravagantem [3] sub excommunicationis censura et absolutionem sibi et [r] Sedi apostolicae reservavit [s] tam contra moniales quemquam [t] intromittentes quam [u] contra introeuntes [v], illis exceptis qui in [x] regula exprimuntur vel qui a Sede apostolica dumtaxat licentiam obtinuerint [y] ingrediendi. Quae autem sint personae quibus liceat [z] congruis temporibus intrare, Urbanus IV [a] declaravit dicens [4]: « Excipiuntur autem a praedicta ingrediendi lege medicus causa multum [b] gravis infirmitatis, et minutor cum necessitas exegerit [c], qui non absque congrua et honesta societate de familia monasterii introducantur [d] nec ab invicem intra monasterium separentur, necnon et illi quos occasione incendii vel ruinae

---

(a) *quod* add. A D (b) *occurrerit* A (c) om. D (d) om. D (e) *debet* D (f) *scilicet ne* D; *nec* Is (g) *possit et* D; *potuerit* I; *potest* Is O (h) *host. nu.* Is (i) om. A (k) *et* D (l) *ordinum* add. D (m) *aut* D (n) *qui* add. A (o) *Do. no.*] *Deinde* D (p) om. D (q) *facit* Is (r) *sibi et* om. D (s) *etiam servavit* Is (t) om. A D (u) *quamque* A; *etiam* add. D (v) *intrantes* A (x) om. I (y) *obtinuerunt* D (z) *licet* D (a) *papa IV* A; *IV papa* Is (b) *valde* D (c) *exigitur* A; *exigit* D (d) *introducentur* D

---

(1) *Etsi omnium*, d. 22 nov. 1236, *Bull. Fr.* I, p. 206s; denuo edita d. 25 martii 1237, ib. 210s.

(2) Forsan auctor respicit ad *Ut inter aeternae*, d. 26 nov. 1420, *Bull. Fr.* VII, p. 544s.; Wadd. X, *Reg. Pont.* Mart. V, 63.

(3) Cf. *Ad ea quae*, d. 7 dec. 1437, ap. Wadd. XI, *Reg. Pont.* Eugenii IV, 18, ubi tamen de intrare facientibus et de licentia, a Sede dumtaxat apostolica danda, mentio expressa non habetur. De his, sed sine comminatione censurae, loquitur Regula B. Isabellae, confirmata ab Eugenio IV, ap. *Bull. Fr.* II, p. 482; Wadd. IV, *Reg. Pont.* Urb. IV, 7; Eubel, *Epitome*, p. 272b.

(4) In Regula ab ipso Clarissis data, Cap. XVIII, ap. *Bull. Fr.* II, p. 516; Wadd. IV, *Reg. Pont.* Urb. IV, 10; ubi vero habentur *dicta* pro *praedicta*, *duobus sociis* pro *congrua et honesta societate*, *violentia* pro *molestia*, *autem* pro *tamen*.

seu alterius periculi vel dispendii seu pro tuendis a molestia [a] quorumlibet monasterio vel personis aut pro aliquo opere [b] exercendo [c], quod commode [d] extra monasterium fieri non potest, necessitas exegerit [e] introire [f]. Qui omnes, expedito suo ministerio vel imminenti necessitati [g] satisfacto [h], exeant sine mora. Nulli tamen personae extraneae intra monasterii clausuram liceat comedere vel dormire ».

VIII praeceptum est quod, cum expedit aliquem ingredi monasterium, non introducatur ante solis ortum nec remanere permittatur [i] post solis [k] occasum.

IX praeceptum est quod, cum occurrit [l] ad opus faciendum aliquos intromittere [m], tunc abbatissa sollicite et diligenter attendat, et statuat sufficientes et idoneas sorores ad portam quam illis tantum ad opus deputatis, et non aliis, aperiant [n] quoquo modo.

X praeceptum est quod tunc temporis, cum [o] expedit aliquos [p] in monasterium introire, caveant studiosissime omnes sorores, ne ab ingredientibus videantur. Quod sane intelligendum est: exceptis, infirmis ad quas medicus vel minutor accederent pro remedio exhibendo [q], et sociabus vel servitricibus infirmarum et ostiariis quae talibus aperiant et ad infirmas socialiter introducant, vel aliis sororibus in tali casu per abbatissam vel eius vicariam deputatis. Et quia *ab omni specie mala* abstinendum [r] est [1], cavere debent etiam omnes [s] sorores [t], ne et ipsae tentent [u] curiose alios intueri, nam, ut dicit Hieronymus [2], non licet intueri quod non licet concupisci, nam oculus basilisci [3] ancillis Christi vultus [v] hominis est censendus. Caveant igitur diligentissime et attente tam abbatissa quam sorores [x], ne quemquam [y] masculum vel feminam aliter [z] intromittant [a] quam suprascriptum sit [b], si excommunicationis laqueum voluerint [c] evitare.

De visitatore et capellano sive confessore [d]. Capitulum duodecimum.

Circa duodecimum capitulum sunt [e] 6 praecepta [f].

I praeceptum [g] est quod semper sorores habeant visitatorem

---

[a] *molestiis* D [b] om. Is [c] *resarciando* D [d] *qu. co.*] *pro eodem* A; *qu. ab eodem* D [e] *exigitur* A [f] *necess. ... intro.* om. D [g] *imminentis necessitatis* I O [h] *vel ... sat.* om. D [i] *rem. perm.*] *permaneat* D [k] om. D [l] *occurrerit* A [m] *occ. ... intr.*] *predicta expediat* D [n] *aperiatur* A [o] *quando* D [p] *aliquas* D [q] *acc. ... exhib.*] *accedunt* D [r] *mali abst.* A; *mali cavendum* D [s] om. D [t] *so. omn.* Is [u] *ne ... tent.*] *et etiam abbatissa* D [v] *quasi venenum* D [x] *tam ... sor.* om. D [y] om. Is [z] *aliquam* O [a] *introducant* I [b] *est* O [c] *velint* D [d] *De ... conf.* om. I; *Circa* D, quod postea om. [e] *habet* D; *de visitatore et capellano etc. et habet* I [f] *De ... praec.*] *In 12° et ultimo capitulo sunt sex precepta et intitulatur De visitatore et capellano* A [g] *huius ultimi scilicet duodecimi capituli* add. A

---

[1] Cf. I Thess. 5, 22. [2] S. Gregor. *Moral.* l. XXI, c. 2, ap. P. L. 76, 190: « Intueri non decet, quod non licet concupisci ».

[3] Cf. Plinius, *Nat. hist.* l. VIII, 32s., XXIX, 19 (14).

idoneum et honestum ac bonis moribus institutum de Ordine fratrum Minorum.

II praeceptum est ipsi visitatori [a], quod tam in capite quam in membris corrigat excessus commissos contra formam professionis sororum sanctae Clarae.

III praeceptum est ipsi visitatori [b], quod cum visitare intendit, stet in loco publico, ut videri possit ab aliis, cum loqui singulis [c] oportebit de pertinentibus ad officium visitationis secundum quod melius videbitur expedire. Moneo tamen et consulo ac [d], quantum in me est, dispono et ordino [1] ut visitatio diligenter et caritative fiat ad cratem tantum [e], sine ingressu in monasterium [f], nisi forte esset aliqua incarceranda et non esset dispositio, nisi visitator intraret ad disponendum. Et si ita oporteret, tam visitator quam socius superpelliciis induantur [g], nec [h] unus ab altero [i] separetur, cum omni modestia et [k] exemplari [l] honestate celeriter expedientes [m] iustitiam in praedictis. Alias autem quicquid corrigibile repererit ad praedictam [n] cratem corrigat poenitentiasque [o] iniungat, et tunc, si opus fuerit, dumtaxat telam [p] a crate faciat amovere [q]. Omni autem alio tempore fixa permaneat et immobilis perseveret. Visitationem autem faciat semel in anno tantum [r], *cum* omni bona *diligentia* [2] et *timore Domini* [3] ac etiam *modestia* [4] condecenti, successive et expeditione celeri iuxta [s] posse. Nulla autem sororum meae curae commissarum [t] audeat litteras [u] destinare alicui fratri vel alteri personae, vel ab [v] aliquo sibi destinatas recipere [x], nisi prius praesententur abbatissae vel eius vicariae et legantur [y] ab eisdem, praesentibus et audientibus saltem duabus ex discretis monasterii [z]; nullaque praesumat offerre vel mittere aliqua munuscula vel ab [a] aliqua persona recipere nisi cum licentia abbatissae vel eius vicariae; nullaque praesumat quicquam laboritii [b] recamaturae vel suturae aut similium pro aliquo fratre vel alia saeculari persona facere nisi de licentia abbatissae vel eius vicariae [c]. Nulla etiam [d] praesumat ad meritum obedientiae [e] salutaris cum aliquo fratre nostri Ordinis loqui quoquo modo nisi in praesentia vicarii [f], visitatoris tempore visitationis vel

---

(a) *visitatoris scilicet* D; om. Is (b) *ipsi vis.* om. D; *quod tam ... vis.* om. I (c) *singulariter* I (d) *in* add. Is (e) *tamen* D (f) *in mo.*] *monasterii* D (g) *sint induti* D (h) *et ne* A; *et nec* D (i) *alio* D (k) *omni* add. Is (l) om. D (m) *expediens* Is (n) *Aliam au. quam corrigibilem invenit a predictis ad* D (o) *et poenitentiam ei* D (p) *dum. tel.*] *cancellam* D (q) *amoveri* D I (r) om. D (s) *secundum* D (t) *meae ... comm.*] *cum commissariis* D (u) *aliquas* add. A D (v) om. Is (x) *accipere* D (y) *legentur* D; *diligentur* I (z) om. D (a) om. Is (b) om. Is (c) *et legantur ... vicariae* om. A; *nullaque ... vicariae* om. D (d) *autem* D (e) om. A (f) om. D

---

(1) Uti Auctor pro familia Observantium iam fecerat a. 1443 in suis Constitutionibus, c. XI, *Chronol.* I, 109; *Orbis ser.* III, 103, e quibus sequentia huius III praecepti quasi verbatim sunt desumpta.

(2) Cf. II Par. 19, 7. (3) Tob. 6, 22. (4) II Tim, 2, 25.

confessoris monialium, praesentibus et audientibus tam praedictis quam eorum idoneis sociis deputatis. Et contrafacientes acriter puniantur.

IV praeceptum ([a]) est secundum regulam quod capellanus sine socio monasterium ingredi non praesumat. Quod intelligendum est: quando capellanus idem esset confessor. Sed in monasteriis ([b]), ubi capellanus est presbyter saecularis vel alterius religionis qui non sit confessor monialium ([c]), tunc non expedit capellanum in monasterium ([d]) introire nisi forte ex incendio vel in aliquo casu de supradictis ([e]). Cum autem confessor monialium ([f]) est Ordinis Minorum (1), tunc eo ([g]) casu quo ([h]) extremae necessitatis vel ([i]) infirmitatis tempore oporteret confessorem ([k]) monasterium introire ([l]) cum socio idoneo sibi per vicarium et diffinitores deputato ([m]); qui confessor et socius in congregatione provinciae ([n]) eligantur et deputentur de antiquioribus ([o]), maturioribus, probatioribus et exemplarioribus nostrae Familiae qui tali officio sint idonei: tunc ([p]) tam confessor quam socius ingredientes ([q]) superpelliciis vel camisiis ([r]) cum ([s]) amictibus ([t]) et stola induantur ([u]), excepto socio cui non apponatur stola ([v]). Et semper socius assistat confessori et ([x]) semper videat et percipiat, quicquid facit ([y]) expediens se de ([z]) sacramentis exhibendis et recommendatione ([a]) animae quam citius poterit ([b]) bono modo. Nullo autem alio ([c]) tempore confessor praesumat intrare monasterium, cum exequias ([d]) defunctarum et missarum solemnia in capella exteriori valeat perfectissime ([e]) celebrare. Ad fodiendam vero vel aperiendam vel ad ([f]) coaptandam sepulturam abbatissa, vel eius vicaria vacante abbatissa ([g]), de personis idoneis valeat providere.

V praeceptum ([h]) est quod sorores habeant illum cardinalem in ([i]) gubernatorem, protectorem ([k]) et correptorem, qui fuerit a domino papa fratribus Minoribus deputatus.

VI praeceptum ([l]) est quod immediate subiciantur pedibus sanctae romanae ecclesiae, hoc est ut semper subditae et subiectae pedibus eiusdem sanctae ([m]) ecclesiae, stabiles in fide catho-

([a]) ita et D ([b]) *monasterium* O ([c]) *sororum* D ([d]) *in mon.* om. D ([e]) *forte ... suprad.*] *in casibus supradictis scilicet incendii etc.* D ([f]) om. D ([g]) *in* D ([h]) om. A D ([i]) *et* D ([k]) *in* add. I ([l]) *tempore ... intr.* om. D ([m]) *introire potest* add. D ([n]) *provinciali* D ([o]) *et* add. A D ([p]) om. D ([q]) *autem* add. D ([r]) *camisis* Is ([s]) *et* D ([t]) *amitto* Is ([u]) *ornentur* D ([v]) *exc. ... stola* om. D ([x]) *ut* A ([y]) *faciat* D ([z]) *ad* A; *in* D ([a]) *commendatione* D ([b]) *potuerit* D ([c]) om. A D Is O ([d]) *exequia* Is O ([e]) *perfecte* D ([f]) *ap. ... ad* om. A D: *ap. aut* O ([g]) *abbat. ... abb.*] *si sorores disponere nequeunt abbatissa de consilio discretarum* D ([h]) ita et D ([i]) om. D ([k]) om. A D ([l]) *et ultimum preceptum* D ([m]) *romane* add. I Is.

(1) Sequentia, usque ad exequias exclusive, plus minusve eadem praescripta erant in Capistrani Constitutionibus, ll. cc.

lica, paupertatem et humilitatem ([a]) Domini nostri Iesu Christi et sanctissimae suae Matris et sanctum evangelium, quod firmiter promisimus, observemus ([b]).

C. — Exhortatio finalis cum authenticatione.

Exhortatio eiusdem R.mi patris ad supradicta ordinata et declarata ([c]).

Debilis intellectus, fragilis ingenii pusillaeque capacitatis *fructus* tenues *colligite* (1) huius horticuli, et nomini ([d]) vestrae devotionis attendite, laudabilis vitae formam servate. Sanctis moribus et regularibus disciplinis crescant in ([e]) pluvia divinae gratiae vestrarum laudum praeconia divulgata. Non *refrigescat vestra caritas*, sed *magis ac magis abundet* (2) et inflammescat ([f]). Accendat ([g]) ardor proximos divini amoris igne succensos. *Non est regnum Dei esca et potus sed iustitia et pax et* ([h]) *gaudium in Spiritu sancto* (3). *Nonne anima plus est quam esca* (4)? *Optimum est gratia* ([i]) *stabilire cor, non escis quae non profuerunt ambulantibus in eis* (5). *Esca ventri et venter escis, Deus autem et hunc et has destruet* (6). *Habentes* igitur *alimenta et quibus tegamur, his contenti simus* ([k]) (7). Paucis etenim ([l]) minimisque rebus natura hominum contenta est (8). *Pauperem quidem vitam gerimus, sed multa bona habebimus, si timuerimus Deum et recesserimus ab omni* malo *et fecerimus* bona (9).

Quae mater est aliarum, in bonis operibus ceteras ([m]) vincat. Prius seipsam perficiat, ut filias suae curae commissas ad perfectionem semper invitet. Exemplum fulgidum, aedificativum et omni sanctitate plenum sit intuentibus quibuscumque, vita gravis, discretione matura, in exhortando benigna, in corrigendo iusta, in admonendo aequa, ad audiendum patiens, ad iudicandum sera; faciat sibi *thesaurum* (10) famae laudabilis ad gloriam Dei proximique salutem. Amore privato careat, nec ([n]) sit personarum acceptrix sed bonorum operum commendatrix et veritatis amica. Sanctae orationis studium sibi societ et pro refrigerio lectione

---

([a]) Cetera omittens add. D: *etc. vide textum regule. Explicit declaratio super primam regulam sancte Clare per devotum patrem fratrem Iohannem de Capistrano de mandato domini Eugenii pape quarti facta. Ad laudem Dei.* Cessat D
([b]) *Datum Perusii sexto decimo kalendas octobris pontificatus vero domini Innocentii PP. 4i anno decimo. Nulli ergo omnino hominum etc. S. 1255* add. A; *Data Perusii sexto decimo kalendas octobris pontificatus nostri domini Innocentii pape quarti. Nulli ergo etc. Deo gratias. Amen* add. I et desinit; *Amen* add. Is
([c]) *Exh. ... decl.*] *Exhortatio B.i Ihoannis de Capistrano ad sorores moniales et ad abbatissas et quod moniales reverentiam exhibeant abbatisse cum timore et fiducia* A
([d]) *nomen* Is ([e]) *ut* Is ([f]) *Non ... infl.* om. O ([g]) *Accedat* A
([h]) om. A ([i]) om. A ([k]) *sumus* O ([l]) om. O ([m]) om. Is ([n]) *ne* O

---

(1) Lev. 25, 3. (2) Matth. 24, 12; Phil. 1, 9. (3) Rom. 14, 17.
(4) Matth. 6, 25; Luc. 12, 23. (5) Hebr. 13, 9. (6) I Cor. 6, 13.
(7) I Tim. 6, 8: « *sumus* ». (8) Boethius, *De consolatione philos.*, II, Prosa 5, 9. (9) Tob. 4, 23: « *peccato ... bene* ». (10) Cf. Luc. 12, 33.

devotorum potius quam curiosorum voluminum vel faustuosi [a] eloquii pompaticae melodiae semper utatur. Et gregem sibi commissum in publicis et privatis suis orationibus omnipotenti Deo tota mentis et cordis intentione ac fervida devotione commendet, se postmodum in publico [b] statuens ab omnibus depilandam ut, quae ad eam concurrunt, sollicitius audiantur. Cunctis se in mansuetudine offerens provida diligentia responsura, scandalis obvians saluberrimo remedio iuxta posse, semper in moribus [c] piae simplicitatis imaginem foveat. Virtutes amplectetur, vitia comprimat et depellat; superbiam, avaritiam et carnis concupiscentiam quam maxime detestetur tamquam regularis professionis et monasticae perfectionis praecipitium et ruinam. Consoletur pusillanimes et afflictas, se refugium exhibens tribulatis. Protervas ut humiliet, seipsam prosternat et relaxet [d] aliquid sui iuris, ut Christo [e] animas lucrifaciat discolarum. Ad redeuntes oviculas *quae perierant* (1), gremium pandat nec ianuam claudat ovilis, quia Dominus Iesus brachia tetendit in cruce *factus obediens usque ad mortem* (2) turpissimam et crudelem. Noscat tentationes pervalidas ad casum impellere festinantes. Ergo ipsa tamquam columna et saxum immobile cunctas exspectet, quia *exspectat Dominus ut misereatur* nostri (3). Lapsas erigat, devias revocet, et reductas continua pietate custodiat et conservet. Et *cum* haec *omnia* fecerit, se ancillam inutilem (4) recognoscat, ne extollatur honoribus (5), ne arrideat erroribus. In cibo et potu sit sobria, in risu parca, in verbis modesta, in correctionibus temperata, in vestibus necessariis aspera, in vigiliis discreta, in divinis laudibus assidua et in omnibus bonis operibus indefessa. Officium sibi iniunctum noscat esse sibi magis oneri quam honori, et de omnibus sibi [f] subditis se sciat oportere reddere Altissimo [g] rationem. Taliter igitur agat, *ut cum gaudio* id *faciat et non* cum moerore (6). Et nimia tamen humilitate vel mansuetudine non torpescat [h], quia contemptum parit ab improbis nimia familiaritas, et nimia facilitas veniae incentivum tribuit [i] delinquendi (7). Et ideo talis sit, ut amor bonas alliciat, terror vero discolas freno [k] disciplinae concutiat et restringat (8).

Filiae quoque omnes, quae talem ac tantam conspexerint meruisse parentem sive matrem, quid ipsae agere debeant, exemplo talis matris

---

(a) *faustuosii* O (b) *publicum* Is. (c) *omnibus* A (d) *relapset* Is O (e) *ut Chr.*] *in choro* Is O (f) om. Is (g) om. Is (h) *tepescat* A (i) *praebet* D Is (k) *vero* add. Is

---

(1) Cf. Matth. 10, 6; 15, 24. (2) Phil. 2, 8. (3) Isa. 30, 18.
(4) Cf. Luc. 17, 10. (5) Cf. Eccli, 11, 4. (6) Cf. Hebr. 13, 17.
(7) Hae quinque voces litteraliter e S. Ambros., *In Ps. CXVIII*, serm. VIII, v. 58; ap. P. L. 15, 1305.
(8) In hac alinea quaedam adsunt mutuata et adaptata e descriptione generalis ministri, quam S. Franciscus effinxit; vide Thom. de Celano, *Vita II*, n. 185s.: *Speculum perfectionis*, ed. Sabatier, Paris 1898, p. 154-7; Bartholomaeus Pisanus, *De Conformitate*, Fruct. XII, p. 2, c. 32, ap. *Anal. Franc.* IV, 1906, 624s.

attendant. Ipsam venerentur et ament, honorent, timeant, obediant pareantque sibi, humiliter et devote obsequantur, serviant et sustentent, *gratias agentes Deo* (1), qui de tali sibi matre providit. Aemulentur *charismata meliora* (2), paupertatem, virginitatem, castitatem, humilitatem et (a) patientiam, stabilitatem, clausuram, silentium, ieiunium, vigilias et disciplinas pro solatio computantes, quoniam *arcta est via quae ducit ad vitam* (b) (3), et *per multas tribulationes oportet non intrare in regnum Dei* (4), ubi sanitas, iuventus, satietas, libertas, formositas, impassibilitas, tranquillitas, fertilitas, securitas, notorietas, felicitas et iucunditas, quae sunt *duodecim fructus* ligni *vitae* (5) beatae. Ad quam vos et me perducat qui est *laudabilis et benedictus Deus omnipotens* (6) per infinita saecula saeculorum. Amen (7).

Valete interim et orate pro sanctissimo domino nostro Eugenio papa IV, cuius licentia, gratia et auctoritate ac benedictione hoc a me inutili servo vestro munus accipite qualecumque. Et pro me (c) misero peccatore preces ad Deum (d) porrigite quando libet. Ex urbe Roma in sancto Francisco trans Tiberim, 1445 die XXVII mensis ianuarii (e).

Vester inutilis servus et orator, qui supra, frater Iohannes de Capistrano, Ordinis Minorum minimus et indignus, praedicta edidi, et per manum venerabilis confessoris vestri meique coadiutoris et laboris participis in scriptis redigi feci, et ad fidem et testimonium veritatis manu propria me subscripsi, et soliti mandavi sigilli impressione muniri (f).

D. — **Dubia soluta.**

Infrascripta sunt quaedam dubia declarata per R.mum patrem, ut supra.

Secundum capitulum regulae (g).

« V praeceptum est quod abbatissa et sorores caveant, ne se intromittant de rebus temporalibus sororis recipiendae » (8). — Circa questo desideremo sapere se 'l n' è licito informare le sorelle lequale vogliano intrare in lo monasterio se provedano de breviarij se esse hanno la possibilita? *Licet.*

(a) om. A (b) *patriam* A (c) om. Is (d) *Dominum* Is (e) *manu propria festinanter. Idem qui supra Fr. Iohannes de Capistrano* add. A et cessat (f) Explicit A; *Item pregamo la humanissima prenominata più volte R.a P. vostra se degne de non obligare più ultra quello che ne da la regola. Responsiva. Non intendo vos obligari nisi pro quanto regula obligat ad mortale. Deo gratias. Amen* add. Is et desinit. Haec quaestio occurrit apud O inter Dubia, versus finem, p. 528. (g) Eadem manus hanc et sequentes capitulorum indicationes in margine apposuit.

---

(1) Col. 3, 17. (2) I Cor. 12, 31. (3) Matth. 7, 14. (4) Act. 14, 21. (5) Cf. Apoc. 22, 2. (6) Cf. Dan. 3, 52 et Apoc. 4, 8.
(7) Eisdem fere verbis Auctor terminaverat suas Constitutiones pro Fratribus; vide *Chronol.* I, 110b; *Orbis ser.* III, 105. (8) Vide supra, 345.

« XI praeceptum est abbatissae, ut finito anno probationis recipiat ad professionem: scilicet idoneam. Quae idoneitas rationabiliter iudicanda est de consilio et consensu maioris partis omnium sororum professarum per abbatissam et discretas antedictas » (1). — Perchè al presente ne occorse de alchune novitie, le quale hanno fornito lo anno de la probatione el dì de la Purificatione de nostra Donna, hanno passato el termino circa doi mesi, si che le conscientie nostre sono assay perplexe, se ha facto contra la regola perchè non vedemo casone licita. Sopra cio desideramo la declaratione. Ben è vero el confessore ha impedito, perchè non ha hauto el commodo poterle ascoltare in confessione generale; mapur a le nostre conscientie non pare scusa licita. *Immo licita est.*

Item « Nec aliqua cuiuscumque aetatis ad professionem pro clerica recipiatur, nisi per seipsam divinum officium dicere sciat vel saltem competenter cum aliis in communi. Sed vel recipiatur ad professionem pro laica, vel teneatur tamquam novitia donec sciat officium » (2). — Perchè al presente ne habiamo una laquale, penso, starà circa doy anni novitia inanti che sapia habilmente psalmezare in choro, volendo obedire al vostro consiglio volentiera saperessemo se in questo intervallo è obligata dire in choro quello pocho che ley sa et oltra di questo le hore de li Pater nostri. *Bastali dire quello che sa e l'avanzo supplisca de li Pater nostri.*

« XVIII (a) praeceptum (3) est quod eligantur ad minus octo de discretioribus totius monasterii pro consiliis exhibendis ». — Siamo perplexe se debano essere otto senza la vicaria. *Vicaria potest admitti pro una de discretis.*

Quintum capitulum regulae.

« II praeceptum est quod in ecclesia et dormitorio continue silentium observetur » (4). — De questo havisamo la R.da P. V. conciosia che li oratorij siano separati dal dormitorio. Per tanto siamo perplexe se n'è licito poter parlare oltra el tempo de la dormitione nel dormitorio. *Non licet.*

Item « Et quamvis regula de rota nullam mentionem faciat, declarandum est quod semper duae sorores ponantur ad custodiam rotae, quae respondere valeant occurrentibus (b) simul et singillatim prout expedit » (5). — Nuy intendemo non sia forza queste tale guardiane sia del numero de le discrete e per consequente sia licito poter parlare al parlatorio overo rota in presentia de le dicte guardiane, non obstante non fusseno del numero de le discrete, impero che la dichiaratione de la regula non fa mentione de numero de le discrete excepto a la crate. *Basta doe rotare, licet non sint de octo discretis.*

Octavum capitulum regulae.

« X praeceptum est quod infirmae iaceant in saccis de paleis. Liceat tamen eis habere capitalia cum pluma et, si indigent, pedulis laneis et cul-

(a) *VIII* O (b) *accurrentibus* et tunc *sigillatim* O

(1) Supra, 346. (2) Supra, 347. (3) Capituli IV; supra, 354.
(4) Supra, 355. (5) I. e. VIII praeceptum; l. c.

citris uti possint ([a]) »([1]). — Avisamo la R.da P. V. come le sane jaceno sopra sachi de paglia cum capazali de paglia et uno picolo de pluma et de questo desideremo esser dichiarate; perchè ne la regula non fa mentione dove debba[no] iacere le sane, ma solamente che le inferme iaceno sopra sachi de paglia. *Et sanae possunt iacere supra saccis de palea.*

Decimum capitulum regulae.

« II praeceptum est quod abbatissa non praecipiat aliquid sororibus, quod sit contra animam suam et professionis suae formam. III praeceptum est sororibus, quod firmiter obediant abbatissae in omnibus, quae promiserunt Domino observare et non sint contraria animae et professioni ([b]) suae »([2]). — Desideremo sapere come se intendano questi doy commandamenti sopradicti. *Debent obedire in omnibus pertinentibus ad salutem animae.*

« IX praeceptum ([3]) est quod, cum occurrerit ad opus faciendum aliquos intromittere, tunc abbatissa sollicite et diligenter attendat et statuat sufficientes et idoneas sorores ad portam, quam ([c]) illis tantum » etc. — Nuy non intendiamo queste tale deputate a porta sia del numero de le otto discrete et etiam difficile poter far questo per lo molto frequentare lo carezare, ma habiamo se queste tale deputate a cio li sia licito poter parlare a quelle persone che intrano circha le fazende occorrente necessarie e conveniente, non obstante che non li sia presente doe de le discrete. Questo dicemo per rispecto che nel octavo capitulo de la regula dove dice: « Licet etiam infirmis sororibus aliqua bona verba respondere, cum ab introeuntibus monasterium visitantur. Quod intelligendum est: etiam si visitarentur a personis saecularibus quae licite possent monasterium introire »([4]). *Licet loqui, ut regula dicit.*

« XI praeceptum ([5]) est quod sorores sanae etiam cum licentia abbatissae loqui non audeant intrantibus monasterium nisi praesentibus et audientibus duabus discretis sororibus per abbatissam vel eius vicariam assignatis ». *Non licet aliter loqui.*

Item: « Nulli tamen personae extraneae intra monasterii clausuram liceat comedere »([6]). — Nuy siamo ignorante come se intenda queste persone extranee, unde nuy più volte habiamo facto le spese a li maestri e lavoranti et alchune volte essei se hanno facto portare el cibo da la loro famiglia, si che più e più fiate li muratori, marangoni et altre persone necessarie a li maestri adiutare hanno mangiato e bevuto in clausura etiam alchune volte le sorelle deputate per guardia de la porta, per non voler perder la messa overo predica hanno lassate le chiave de la porta al soprastante de li hedifitii acio possa aprire e serare quello instante, el quale era persona devota, virtuosa e honestissima. *Non licet.*

([a]) *possunt* O ([b]) *professionis* O ([c]) *que* O

([1]) Supra, 514. ([2]) Supra, 516. ([3]) Capituli vero XI; supra, 520.
([4]) In XI praecepto Capituli VIII; supra, 514.
([5]) Capituli VIII; supra, 514.
([6]) E VII praecepto Capituli XI; supra, 520.

Item desideramo sapere se la transgressione de quelli cento e desciotto comandamenti haveti declarato è peccato mortale, ho quali sono quelli che è peccato mortale, acio che meglio possiamo schivare quello e ancho pero non sia facto conscientia de peccato mortale dove non è. Et apresso pregamo la humanissima prenominata più volte R.da P. V. se degni de non obligare più ultra di quello ne da la regola. *Non intendo vos obligari, nisi pro quanto regula obligat ad mortale.*

Secundum capitulum regulae.

« Concedat eis tres tunicas et mantellum »; item: « Mantellulas etiam possint sorores habere pro alleviatione et honestate servitii et laboris » (1). — Saperessemo volentiera come se intende li sopradicti puncti impero che la regola non fa mentione particularmente quale sia lo habito ho mantello overo la manteleta, cum cio sia cossa che la regula da solamente la manteleta pro più destreza et honestade al tempo de li servitii e fatiche. *Habitus monialium sanctae Clarae est habere tres tunicas vel pauciores cum mantello vel mantellula, id est asta vel scapulario sine caputio. — De oviciniis* (2) *et lacticiniis* (a) *credo iuxta omnem communem determinationem ecclesiae extra tempus quadragesimale observandam consuetudinem regionum.*

Domanday io, frate Gratiano, a lo R.do padre fratre Zohanne de Capistrano se le sore potevano manzare lacticinij et ovicinij, excepto le vigilie comandate da la ecclesia e lo venerdi et la XLma de Ognisancti, perchè le sore lo hanno hauto semper in usanza. Respose el dicto padre: *Credo che di sì, secundo lo mio parere.*

P. DONATUS VAN ADRICHEM, O. F. M.

(a) *ovicinis et lacticinis* O

(1) In IX et XIII praecepto; supra, 346 et 348. Sed ipsa Regulae verba allegantur.
(2) Haec potius ad sequentia iam pertinent.



STATUTA PROVINCIALIA

FR. MINORUM OBSERVANTIUM IANUAE AN. 1487-1521

(Finis) (1).

APPENDIX I.

Capitula generalia Observantium 1464-1521.

1. – Assisii 1464.

[54r-v]. « Constitutiones facte in capitulo generali in loco sacro Sancte Marie de Angelis prope Assisium celebrato anno domini 1464 ».

1. Primo relinquitur capitulis provincialibus sub onere conscientie eorum (2) examinanda sufficientia confessorum et predicatorum.

2. Item Rmus P. Generalis ad instantiam nostram fecit publicari bullam contra recipientes fratres nostros sine licentia et ultramarinos sine licentia prelatorum in scriptis (3).

2. — Mantuae 1467.

[54v-5r]. « Constitutiones facte in capitulo generali Mantue 1467 ».

Waddingus, XIII, 398, n. 3 (1467) *ad plura Statuta Mantuae condita manifeste alludit. Ordinationes autem huius generalis Capituli Observantium editae sunt apud* Chrl. 136 (= **C**); *et inde apud* Gub. 118-9 *apud* AFH VIII, 103-5 *textus longior e codice Collegii S. Antonii Romae* (= **R**) *etiam in nostro codice reperitur* (= **G**) *sicut in codice Bibliothecae communalis Senensis G XI 37* (= S). *De hoc codice cf. supra*, 117. — *Relationes et lectiones variantes variorum textuum cum* R *hic annotantur.*

1-3. (4) *om.* G S C.

4. 1 *om.* G C; S *habet melius quam* R: Primo quod loca Ragusiorum a nostra familia (R: ad familias) sint recisa (R *hic abrumpitur*) sub (5) curaque R. P. Vicarii generalis declaranda [sint] quatuor loca a fratribus Bosnensibus olim possessa, quae (S: quam in) nobis, apostolico rescripto aliud non decernente, [non] eisdem Bosnensibus, pertinere [debebunt] (6). Si tamen fratres Ragusei ad R. P. Vicarium generalem

(1) Supra, 114-138; 358-378.

(2) *de* add. G.

(3) Est apud Waddingum, ad an. 1463, n. 17 (XIII, 177).

(4) Numeros ordinales ipsi editionibus, in quibus desunt, apposuimus, earumdem ordinem secuti. Ubi vero in G paragraphorum series invertitur, hoc expresse significamus. (5) *om.* S. (6) Cf. Wadding, 1455, n. 18 (XII, 44).

aut P. Vicarium provincialem declinaverint zelo existendi in familia, concedit R. P. Vicarius generalis a Vicariis provincialibus eos posse recipi et de familia collocari.

5. *om.* S C; 1. Item] Primo G; frater] *add.* verbo *et om.* vel G. — 7. nequeat] nequeant G.

6. *om.* C; 1. Curiam] romanam *add.* G. — 2. ex qua] de qua S.

7. *om.* S C; 1. similiter] simpliciter G.

8. *om.* C.

9. *om.* C; 1. Item ... bizocarum] Et quoad conversionem earum S.

10. 1. Declaramus ... loco] *om.* C; Item declaratur quod S. — 2. generalis] generalium S. — 5. provincialis] existentibus *add.* S. — 10. mittendi] *om.* S.

11. 1. quod] *om.* S. — 2. habeant] habent S.

12. 2. Provinciam] *Hic* R *manifeste habet omissionem, cum* C G S *add.:* si non recipiantur, remitti possint vel (C videlicet) ad Provinciam nativam

5. pena] caputio S; videbitur] pena *add.* S. — Similiter ... videbitur] *om.* C; similiter] consimiliter G. — 6. penitentiam remittitur] provinciam remittuntur G S. — 6-7. penitentia] puniatur *add.* S. — 7. suo R. Vicario] sue rev. (*om.* S) Paternitati G S.

13. *om.* C G S.

3. — In insula Bissentina 1469.

[55r-v]. « Constitutiones facte in capitulo generali in insula Bissentina lacus Vulsinii celebrato an. Domini 1469 ». — Cf. Chrl. 137-8; Gub. 119-20.

1. declaratur] *om.* G.

2. 3. determinationem] informationem G. — 5. qui dixit] et prout dixit G. — 6. nostri quod] nostri videlicet quod G. — 8. ingressos] *om.* G. — 8-9. a ... 1467] *in margine correxit* S: a die X novembris 1466. — 9-12. et habita ... promissione] *om.* G. — 12. Promissione] Si non fuerint aliqua vice a fratribus ab illa die citra absoluti. Secus vero si non fuissent absoluti *add.* S.

4. 4. diffinitorum] diffinitore G.

7. 2. et martyribus] sed martiribus tantum G S; prout dicitur] *om.* G S. — 2-3. officium ... Provinciis] officium de Virginibus et martiribus prout dicitur comuniter servari in Provinciis G S.

8. 1. declaratur] *om.* G. — 5. non limitentur] non licentientur G S.

9. 3. et] vel G. — 4. praesumere] debere *add.* S. — 5. aliquos] aliquas personas G.

10. 1. Item ordinatur primo] Secundo ordinatur G.

11. 1. Secundo] 3° G. — 2. et e contrario ... Breviarium] et e converso S; *cetera om.* S.

12. 1. Tertio] 4° G. — 5. Vineae] Avinee G.

13. 1. Quarto] 5° G.

14. 1. Quinto] 6° G. — 3. scilicet quadragesime] feria 4ª G S.

15-8. Tertio-quinto *p. 137-8*] *om.* G.

16. 2. suum] sibi S; Vicarium] fratrum et locorum eis de presenti subditorum *add.* S. — 3. secundum ... Familie] *om.* S.

17. Tunc *add.* G: In supradictis autem omnibus et aliis quibuscumque remititur R. P. Vicario generali plena et totalis auctoritas exequendi, commutandi, relaxandi, disponendi, declarandi et cetera faciendi vel[ut] secundum Deum melius R. Paternitati sue videbitur.

4. — Aquilae 1472.

[55r-v]. « Constitutiones factae in capitulo generali Aquilae celebrato an. Dom. 1472 ». — Cf. Chrl. 138; Gub. 121.

1. 1-4. *Primo ... Item*] *Post primum Statutum add.* G: Item quod fratres non administrent sacramenta sororibus 3ii Ordinis in domibus ipsarum sed solum cum ad loca nostra veniunt.

Tunc sequitur: Item quod nullo modo communi ... *sicut in* Chrl. *n.* **6** 1. *Postea vero sequitur in* Chrl. *n.* **7**; *tunc autem n.* **4.**

4. 2-3. in terra Apulie] inter Apuliam et Calabriam G. — *Tunc sequuuntur nn.* **5** *et* **6.** — *Dein add.* G:

7. Item quod taxa in S. Lucia sit 30a et similiter ille de Miliarino quod recipiatur 5, dummodo possint reditus sufficere.

8. Item ex commissione Domini Nostri Pape Sixti (1) facta ven. P. Fr. Iacobo de Marchia et Fr. Ludovico de Vicentia, et propter absentiam prefati P. Fr. Iacobi, subrogato F. Angelo prefato Vicario generali (2), inquisitum [est], an voces in scrutinio inquisite essent publicande vel non (3) et per maiorem partem conclusum est quod publicentur, prout de iure convenit. Et sic auctoritate prefate comissionis imponitur perpetuum silentium tali agitationi et petitioni.

5. — Neapoli 1475.

[55v-6r]. « Constitutiones facte in capitulo generali Neapoli celebrato an. Dom. 1475 ». — Cf. Chrl. 139-40; Gub. 123-4.

1. 1-9. Primo. Decisum est] *om.* G.

2. Primo possint ... Vicarii Provinciarum et Discreti G.

3. Item G (*et sic etiam infra*). — 2. obedientales] licentiales G.

5. 4. debent servire] debet servari G.

6. 4-5. tantummodo] tantum G.

9. 2. confess. vel aliorum] et conf. et al. G.

10. 1-2. faciliter] *om.* G *et add.* de novo. — 2-3. quas ... apostolicus] quedam gratie vel littere apostolice G.

11. 3. per] propter G. — 5-6. quod puniatur] quod non puniatur G. — 10-11. ad libit ... sue] *om.* G.

12. 2. remittat] mittat G. — alias] quam unde exiverint *add.* G. — 3. et] *om.* G.

---

(1) Bulla Sixti IV: *Superioribus diebus,* 31 aprilis 1472; ap. Wadd., XIV, 3-4.

(2) Id est: Angelus de Clavasio. (3) Vacat hic spatiolum in G.

13. 5. Vic. Gener.] *om.* G.

15. 4. ad locum et tempus] ad longum tempus G.

18. 1-2. circa comessationes] circa conversationes G. — 4. commessationes mulierum] conversationes aliarum mulierum G.

19. *om.* G.

20. 2-4. concedant ... Serezanam] concesserunt fratribus loci Sarzane quod libere questuare possint in Spedia, in portu Veneris, in Manarola et Romazorio, duabus terris ex quinque terris versus Sarzanam *sic* G. — S *habet sequentia fere sicut* G: Et (1) confirmatum est per capitulum generale Neapoli (2) XXI maii 1475 (3). — 7. dictis terris et] *om.* S. — 8. non tamen] nec G. — 8-14. Levanti ... difficulter] Levanti possit ibi facere questam nisi P. Vicarius Provincie Ianue iudicaverit esse necessarium, ut aliter fieri difficile possit G S. — 10. possint] possit G.

6. — Papiae 1478.

[56r-v]. « Constitutiones facte in capitulo generali Papie celebrato 21 die aprilis (4) 1478 ». — Cf. Chrl. 140-1; Gub. 125a.

1. *om.* G; *in* S *adest post n.* **2.** — *Sed tunc statim habent* G S: In primis quod nullus sine capitulo generali (5) possit remittere carceres (6) illis duobus percussoribus, neque (7) penas inflictas ei[s]dem (8). Et eidem pene subdantur talia perpetrantes, nec nisi per capitulum generale cum eis possit dispensari.

2. 1-4. Secundo quod ... occidentes] *om.* G *et tunc prosequitur:*

2a. Item quod si Vicarii Provinciarum non imponerent penam taxatam in Constitutionibus generalibus contra cominantes (9), teneatur capitulum provinciale talem non eligere usque ad sequens quinquennium.

2b. Declaratum est autem in capitulo Ferrariensi 1481 die 13ª maii (10), quod intelligatur: nisi ex causa rationali Vicarii differant vel obmitant predictas penas imponere, de eorum tamen negligentia sine legitima causa iudicari debeat per R. P. Vicarium generalem vel in absentia eius (11) habeat determinari per totum capitulum provinciale. Si autem Vicarius generalis vel capitulum provinciale non declaraverint et prefatus Vicarius fuerit electus, valeat electio, nec possit deponi nisi in sequenti capitulo Provincie, modo supradicto. — 7. ex certa] ex eorum S.

3. 1-2. a R. P. Vic. Gen.] *om.* G. — 3. illius] alicuius ... G S. — illius ... retinere] alicuius Provincie et quod quelibet Provincia sit obligata illos quos recepit ad Ordinem vel ad Familiam, nisi aliene Provincie sint incorporati G S.

---

(1) *hoc* add. S. (2) om. S. (3) *1475* om. S.

(4) *21 die april.* om. G. (5) *sine cap. gen.* om. S.

(6) *penas inflictas* S. (7) om. S.

(8) *nisi capitulum generale* S et add.: *sed in perpetuum eas substineant.*

(9) Cf. *Martin. abbrev.*, ap. Chrl. I, 132b.

(10) Haec ergo paragr. 2 b postea in G inserta est et a posteriore capitulo emanavit. Cf. p. 533. (11) *et* G.

4. *om.* G. — 6. habeant] habent S. — *Dein add.* G:

5. Item quod libri fratrum intelligantur pertinere ad Provinciam in qua incorporatus ulterius invenitur, nisi sub conditione sint ei concessi, vel a Provinciis aliquibus mutuati. Sed quoad locum, si est nativus (1), loco nativo, si vero non est, in dispositione capituli provincialis.

S *vero habet:* Item quod libri qui acquiruntur a fratribus cum licentia prelatorum ubi acquiruntur, sint Provincie in qua quando moritur invenitur incorporatus, nisi in licentia fuerit apposita conditio ut alicui loco applicentur. Hec non intelliguntur de libris locorum aut Provinciarum qui conceduntur fratribus.

7. — **Ferrariae 1481.**

[56v-7r]. « Constitutiones facte in capitulo generali Ferarie celebrato anno Domini 1481, 13 maii » (2). — Cf. Chrl. 141-2; Gub. 126-8.

1. *om.* G; *habet tertio in loco* S; **2** = **1** G S; **3** = **2** G S; **4** = **3** G, *om.* S; **5** = **4** G, *om.* S; **6** = **5** G, **4** S; **7** = **6** G, *sed om.* S *sicut et reliqua;* **8** *om.* G; **9** = **7** G; **10** = **8** G; **11** = **9** G; *demum* **12-13** *om.* G.

2. Item] In primis quod G S. — 5. Provincias] *om.* G. — 7-10. Commissarii ... Commissarios] Commissarii per P. Vicarium generalem ut tota ipsa Familia sit visitata ad minus infra dictum tempus per subditos Vicarii generalis vel Commissarios G.

3. 30 autem] euntes *add.* G.

6. 1-4. Lucie ... gloriose] S Lucie fiat die suo nisi cadat in Dominica et hoc ex licentia ponitur. (*Sic absolvitur* S). — 5. infra] ipsam *add.* G. — Conceptionis] intemerate *add.* G. — 9-10. illud ... Nogarolis] quod factum est per dominum Leonardum de Nucardis G. — 12. Virginis] gloriose *add.* G. — 13-16. super ... Clavasio] supra in fine officii vicariatus R. P. Angeli de Clavasio G (3).

Post **7.** De concordia questue Provinciarum Ianue et Tuscie vide in Registro *add.* G.

9. 1. primo] *om.* G. — 3-4. qui debeat] *om.* G. *qui et habet:* dari voces publice. — 8. tamen secreta] tunc secrete G. — 11. qui] quod G. — 13-35. vota sua ... ex illis duobus] vota sua etc. vide in registro G.

11. 1. De questa] Varcii *add.* G. — 4. ultimo celebrato] *om.* G. — 5. generalis] *om.* G. — 5-6. proximi praeteriti] *om.* G. — 8. corripiantur] puniantur G *et om.* 8-12: Decisio ... communiter.

8. — **In Monte Alvernae 1484.**

[57r-v]. « Constitutiones capituli generalis in sacro Monte Alverne, 1484 ». Cf. Chrl. 143; Gub. 129-30.

Secundo] Item G *et sic infra.*

3. 8. praesens] vel nullus eligeretur *add.* G.

4. *om.* G.

(1) *nativam* G. (2) *13 maii* om. G. (3) Cf. infra, 547, num. 9.

6. 4. DD. Venetorum] Venetorum *om.* G. – 5. stare] simul *add.* G. Post **7.** *add.* G:

7a. Item quod accep[te]tur monasterium S. Clare in Ianua.

7b. Item de Bizochis Provincie S. Francisci, quod obediatur Pape curam earum habendo, que voluerint servare modificationes ipsarum contentas in brevi (1) et hoc intelligitur de illis que possunt. Ille autem que non possunt servare iudicio P. Vicarii generalis non artentur, sed habeatur earum cura sicut prius, ita tamen quod servent quantum possunt (2). Alie autem que non sunt sub cura fratrum, possunt audiri in confessione sicut alii seculares.

9. — Assisii 1487.

[57v]. « Constitutiones capituli generalis celebrati in loco S. Marie de Angelis apud Assisium 1487 ». — Cf. Chrl. 144-5; Gub. 131.

Secundo] Item *et sic de cetero* G.

2. 2. generali] *om.* G.

5. 1. Quod in Hier.] Quod euntes Ierusalem G. — 2. quibusvis] illis G. — 6. vel Vicarii loci in cuius] *om.* G. — volunt] querunt G. — **6** = **7** G; **7** = **6** G.

6. 7. obedientiam seu] *om.* G. — 10. ex causa possint] ex causa quando videtur eis possint G. — 11. Provinciae] disciplinae G. — 12-3. a capitulo] *om.* G.

10. — Urbini 1490.

[57v-8r]. « Constitutiones capituli generalis apud civitatem Urbini in loco nostro S. Bernardini (3) celebrati 1490 die 2 iulii ». — Cf. Chrl. 145; Gub. 133.

2. Item *et sic infra* G. — 2. locorum ad capitulum mittendorum] *om.* G. — 4-6. hoc modo ... talem] *om.* G. — 5-6. Frater ... talem] Fr. Marcus dat vocem fr. Petro. — 7-10. Et sic sigillatim ... delinquentes] quod si non fiat, electio devolvatur ad capitulum, ad quod transmittatur scrutinium sigillatum, quod presentibus fratribus sigillari tunc debeat et secundum iudicium Diffinitorum puniantur delinquentes G.

3. 2-3. a casibus reservatis] *om.* G.

5. 2. nostri] sicut fratres Familie *add.* G S.

9. *om.* G.

11. — Florentiae 1493.

[58r]. « Ordinata in capitulo generali Florentie anno Domini 1493, de mense (S: ultima die) maii ». — Cf. Chrl. 146; Gub. 134-5.

1. *om.* G S.

2. Item] Primo quod G S. — 5. quandocumque] vel quicumque G S. — 6. possint] possunt S. — nominare] nominet G. — 8. excedatur] excedant S. — 10. capitulum] provinciale *add.* G.

(1) Hoc ed. Waddingus, 1482, n. 72 (XIV, 333-4). (2) *possent* G.

(3) *in ... S. Bernardini* et dein *die 2 iulii* om. G: adsunt in S.

3. 6. praefati capituli] capituli provincialis G.

5. 3. Rodum ... Sanctae] Rodum et Terram Sanctam G.

7. 2. iulii] cum octava *add.* S. — Martii ... et fiat officium duplex minus S.

8. 3. Ludovici] episcopi *add.* — Et post] festum *add.* S. — poterit] potest G S.

9-15. *om.* G S.

[58r]. Hec [1] per R. P. Vicarium generalem et patres Diffinitores tantum sunt ordinata ibidem [Florentie 1493].

1. In primis quod nullus frater possit tenere imagines, agnus (*sic*) Dei, cruces, sigilla vel alia [58v] instrumenta de argento vel auro.

2. Item quod nullus [2] possit tenere calcedonia, coronas preciosas vel curiosas secundum arbitrium Vicariorum provincialium quorum conscienciam [3] oneramus. Et in Urbe nichil de huiusmodi possit aliquis frater petere vel emi facere sine scitu et consensu P. Commissarii curie cuius conscienciam oneramus.

3. Item quod nullus frater possit [4] procurare vel procurari facere gnacaras vel matres perlarum [5] nec in ipsis laborare [6]. Contrafacientes [7] puniantur arbitrio R. P. Vicarii generalis [8].

4. Item quod nullus predicator apostolicus utatur auctoritate apostolicatus [9] dum est in Provincia, sed tantum quando vadit extra Provinciam per obedientiam sub pena privationis dicte auctoritatis quam incurrat ipso facto. Et in Provincia [10] unico tantum socio sit contentus.

5. Item quod nullus frater cuiuscumque conditionis [11] portet tunicas de saya nisi de licentia R. P. Vicarii generalis.

6. Item quod convicti non solum in subornationibus vocum sed etiam in practicis de faciendo discretum loci vel capituli vel [12] Diffinitores vel Vicarium priventur ipso facto voce activa et passiva per triennium et nullus citra R. P. Vicarium generalem [13] possit dispensare.

7. Item quod Vicarii Provinciarum non teneantur admittere appellationes a correctionibus vel preceptis, sicut sonant etiam Constitutiones generales, nec licentiam dare eundi ad R. P. Vicarium generalem alicui fratri, nisi de consilio trium Discretorum loci [14] ubi se reppererint iudicetur appellationem admittendam vel licentiam dandam cum expressione cause.

8. Item quod inviolabiliter servetur Constitutio generalis de nihil impetrando in curia etiam a fratribus ubi curia ressidet sine consensu Commissarii curie sub penis in Constitutionibus positis [15].

---

(1) *Infrascripta fuerunt ordinata in prefato capitulo Florentie* S.

(2) *frater* add. S. (3) *conscientias* S. (4) *aliquid* add. S.

(5) *matres perlari que vocantur gniachere de quibus solent fieri cruces vel alie ymagines* S. (6) *n. i. i. l.* om. S. (7) *autem* add. S.

(8) *arbitrio R. P. V. Generalis om.* S.

(9) Sic G S; vide etiam infra num. 19, 1 (p. 542). (10) *unusquisque* add. S.

(11) *existat* add. S. (12) *vel* om. S. (13) *cum illis* add. S.

(14) *in quo vel* add. S. (15) *pena ... posita* S. — Cf. *Capit. Bononiae 1455*, n. 7 et 8; Chrl. 123a-b, 123b; Gub. 113a.

9. Item quod non elligantur in Vicarios (1) vel (2) promoveantur in Guardianos vel Commissarios locorum vel confessores aliqui qui de lapsu carnis sint convicti, infra septennium.

10. Item quod habentes auctoritatem ingrediendi monasteria monialium S. Clare ex confessionalibus vel brevibus apostolicis non recipiantur nisi sint ducisse vel baronisse, que ad iudicium (3) Vicariorum (4) cum Diffinitoribus Provinciarum non possint sine scandalo repelli.

11. Item quod confessores monialium non possint recipere tunicas, habitus vel aliquid preciosum aut curiosum (5) ab ipsis monialibus, [puniendi] arbitrio Vicariorum provincialium quorum conscienciam oneramus.

12. Item quod Vicarii Provinciarum coherceant, quantum possibile est, recursus et accessus ad principes et dominos seculares (6).

12. — **Aquile 1495.**

[58v-9r]. « Ordinationes facte in capitulo generali Aquile celebrato an. Dom. 1495, 10 iunii » (7). — Cf. Chrl. 147; Gub. 136.

1. *om.* G S. — *Sed tunc inserunt:*

Item (8) si quis frater convictus fuerit (9) de crimine innominabili, [59r] ponatur in carcere per annum. Semel in qualibet ebdomada ieiunet in pane et aqua tantum et omni sexta feria detur sibi (10) disciplina per manus alterius (11) per spatium unius Miserere (12) in refectorio et saltem semel ignis accendatur circa ipsum et disciplinetur.

3. 3. incarcerationibus] ac determinationibus *add.* G.

4. 5-7. Sed in ... Provinciarum] *om.* G.

5. 2. obedientias seu litteras] obedientiam seu licentiam G. — 4. eis] eius G.

8. 1. Venientes] Quod omnes fratres venientes G. — locis] *om.* G. — 6. Provinciae] fratris *add.* G. — *Tunc post* **8** *habent* G S:

8a. Item declaratur quod concessiones tam a Pontifice quam ab alio obtente et impetrate, quod aliqui fratres possint absolvere a casibus reservatis, sunt subrepticie et nullius valoris.

11. 1. puniantur] teneantur G. — 2. qua] quomodo G. — *Tunc post* **11** *addit* G:

11a. Item omnes confessores facti a Vicariis generalibus suspendantur et suspensi sint usquequo confirmentur per capitulum provinciale in qualibet Provincia.

12. *om.* G S.

---

(1) *provinciales* add. S. (2) *nec* S. (3) *Patrum* add. S.

(4) *provincialium* add. S.

(5) *curiosum vel pretiosum* S.

(6) *Contrafacientes in his omnibus puniantur ad arbitrium R. P. Vicarii generalis* add. S. (7) Diem om. G.

(8) *quod* add. S. — Cf. *Martin.* c. 1, ap. Chrl. 92a; Gub. 85a.

(9) *sit* S. (10) *ei* S. (11) *fratris* add. S. (12) *et hoc* add. S.

13. — Mediolani 1498.

[59r-v]. « Ordinationes facte in capitulo generali Mediolani celebrato anno Domini 1498 die vero [13] iulii » (1). — Cf. Chrl. 148; Gub. 137b.

1. Florentiae] *om.* G. — 5. autem] *om.* G. — 7. induci] disponi G. — 8. non destrui] non possint destrui G.

2. Secundo] Item G *et sic de cetero.*

3. 2. redierint] redeunt G. — 4. caputium probationis per tres mensis] probationem caputii per sex menses G. — 4-6. qui ... carceris] *om.* G *hic, sed in fine huius Statuti adiungit.* — 9. cum pena] cum *om.* G. — 11-2. cum ... causa] cum aliquo ex aliqua legiptima causa G.

4. 4. tamen ita ... quod] itaque S. — 5-6. in regimine abatissae] de regimine monasteriorum ut prelati G S.

14. — Urbini 1501.

[59v-60v]. « Constitutiones edite in capitulo generali Urbini 1501, die XI iunii », in (2) quo electus fuit 2° in Vicarium generalem Ven. P. Fr. Hyeronimus Torniellus provincie Mediolani. Fuerunt ordinata infrascripta, videlicet. — Cf. Chrl. 208; Gub. 211-2.

Primo] In primis G. — Secundo] Item G *et sic de cetero.* **1-12** = **1-12** S; **13** = **17** S; **14** *om.* S; **15** = **16** S; **16** = **15** S; **17** = **14** S; *sed* G *om.* **13** S.

3. 6-7. ordine suo] *om.* G.

8. 4. nec Diffinitores ... Provinciarum] vel Diffinitores capituli provincialis G. — 6. nec] vel G.

9. 3. tamen] *om.* G. — 6. valeant et debeant] debeant et valeant G.

13. 1. Statuit capitulum generale] *om.* G. — 3. recurrit] recurrerit G. — *Post* **14** *add.* S:

14a. Item fuit provisum de Visitatoribus per omnes Provincias ut omnia simul collecta in capitulum generale deferrent ut possit provideri.

15. 3. sed] et G.

16. 1. Ad Provincias] in Provinciis G.

17. 6. Pater] et patres G. — 10. usque quod] usque quo G. — 20. Sui] eius G. — 25. actuum legitimorum] et alia pena gravi ad arbitrium R. P. Vicarii generalis *add.* G S. — *Tunc add.* G:

18. Item quod conventio de questa Varcii facta in capitulo generali Ferrarie (3), quantum ad tenorem infrascriptum, videlicet quod uno mense questet Provincia Bononie et alio mense Provincia Ianue; nec per interpositam personam seu alio aliquo modo una Provincia in mense alterius Provincie possit questuare; et qui contrafecerit ultra peccatum mortale, qui[a] capitulum hoc precepit per obedientiam, puniatur pena

(1) Diem mensis iulii, quem dat G, legere non potui; 13 iul. dant Wadding, XV, 152, 1; Chrl. I, 147a; Gub. III, 137.

(2) Cetera tituli om. G; adsunt in S.

(3) Cf. supra, 7, num. 11 (p. 533).

gravi, nec possit absolvi nisi a R. P. Vicario generali si eius presentia infra triduum haberi possit, aut Provincie lese prius satisfactione facta cum datione eorum que questuaverit aut equivalentis. Et si quis eorum huic determinationi non acquieverit omnibus actibus legitimis et officiis sit privatus, nec possit relevari nisi per R. P. Vicarium generalem.

19. Item fratres Burgi Novi aut alterius loci Provincie Bononie nullo modo questuent per se vel per interpositam personam aut alio quovis modo in questis Provincie Ianue. Nec fratres Clastigii aut alterius loci Provincie Ianue in questis Provincie Bononie, nisi de consensu capituli illius loci ubi voluerint questuare, sub pena ubi supra. — *Tunc add.* S:

XIIII°, quod nullus Guardianus sive frater possit fabricare nisi pro duobus ducatis sine licentia Vicarii provincialis, et Vicarius non potest dare licentiam nisi usque ad summam X ducatorum. Si vero fabrica excedit dictam summam, non potest fieri sine consensu capituli provincialis.

[60v-1r]. Forma (1) et instructio ac limitatio Visitationis fiende in singulis Provinciis per (2) Visitatores (3) electos in capitulo generali Urbini de anno domini 1501, die 11 iunii (4).

1. Primo Visitator (5) visitet singula loca Provincie sive Provinciarum sibi assignatarum (6) absque mutatione personarum, Constitutionum et ediffitiorum. Sed quandoque possit mutare fratrem (7) ex correctione.

2. Secundo non intromittat se de occultis omnino sed tantum de hiis que sunt denuntiata (8) ab homine vel per alia inditia (9).

3. Et quando Visitator visitabit, Vicarius Provincie non visitabit nisi personaliter (10), non de defectibus (11). Nec possit absolvere a preceptis ipsius (12) Visitatoris sine s[c]itu et licentia ipsius et sine nominatione persone (13).

Forma (14) Visitationis (15).

1. Primo (16) faciat legere Martinianam (17) et secundum illam inquirat si qui sunt transgressores, maxime circa infrascripta, videlicet quod quilibet locus habeat Regulam cum declarationibus Nicolai et [61r] Clementis et bullam Martinianam.

2. Item circa observantiam trium votorum videlicet obedientie (18), si aliqui sunt rebelles directe vel indirecte suis prelatis.

3. Item paupertatis, videlicet (19) si fratres tenent aliquid (20) contra voluntatem Prelatorum vel sine scitu ipsorum. Si fratres tenent res

---

(1) *modus* add. S. (2) *predictos* add. S. (3) *talis est* S.
(4) *electos ... iunii* om. S. (5) *Visitator* om. S.
(6) *Provincie ... assignatarum* om. S. (7) *fratres* S. (8) *determinata* G.
(9) *vel per infamiam vel alio modo* habet S. (10) *personale* S. (11) *et* add. S.
(12) *ipsius* om. S. (13) *sine ... persone* om. S. (14) *autem* add. S.
(15) *hec est* add. S. (16) *primo* om. S.
(17) Agitur de *Martin. abbreviatis*, ap. Chrl. 125-35. Cf. supra, 117.
(18) *Item ... obedientie* om. S. (19) *Item ... videlicet* om. S. (20) *aliqua* S.

preciosas contra Constitutiones generales de argento etc. (1). Si tenent res superfluas vel curiosas. Si tenent pecuniam penes alios quam procuratores vel substitutos ab eis. Si fratres tenent pecuniam apud prefatos sine licentia Prelatorum vel sine necessitate imminenti vel urgenti (2). Si faciunt contractationes (3) contra puritatem Regule. Si querunt pecuniam (4) sine necessitate vel in casibus non concessis vel modo indebito vel in cipis vel aliter (5). Si sunt apropriatores locorum (6). Si equitant in casu non permisso et maxime cum bursariis. Si deferunt calciamenta sine necessitate et licentia. Si sint hedeficia superflua et quod non fiant ad minus (7). Si defferunt habitus pretiosos vel curiosos quoad precium panni vel longitudinem vel latitudinem (8) iuxta Constitutiones.

4. Si promoventur indigni vel ex affectione vel aliter. Et si ante ellectiones precedunt (9) subornationes.

5. Si regnant divisiones vel (10) partialitates et qui sunt causa huiusmodi (11) vel qui nutriunt ea.

6. Si charitas fit infirmis vel (12) conditionatis (13) aut (14) si unus esurit et alius ebrius est.

7. Si scandalum datum est secularibus notabile.

8. Item circa (15) castitatem maxime in facto vel in suspitione loci, temporis, modi, sequestrationis et conversationis suspecte iuxta declarationes Guliermi (16) et prout in Martiniana.

Limitatio auctoritatis Visitatoris.

1. Visitator non potest corrigere Vicarium provinciale[m] (17) nisi cum consensu Diffinitorum, et si (18) pena gravis vel depositio esset infligenda, nihil fiat sine consensu R. P. Vicarii generalis. Possit tamen interesse capitulo quando instituuntur Guardiani, non quod habeat vocem ad institutionem, sed quod provideat ne indigni promoveantur (19).

2. Item quod visitet moniales cum socio per capitulum assignato.

3. Item defectus notabiles Provinciarum deferat (20) ad capitulum generale; et similiter deffectus graves Vicariorum. Vicarii autem et discreti Provinciarum tenentur defferre deffectus Visitatorum in capitulo generali. Et si occurreret quod Vicarius Provincie talem commiserit excessum quo merito statim debet officio privari, in tali casu Visitator de consensu Diffinitorum preteriti proximi anni possit privare et punire Vicarium Provincie quando presentia R. P. Vicarii generalis infra viginti dies non potest haberi.

---

(1) *de auro et de argento* S. (2) *incongruenti* G. (3) *congregationes* G. (4) *pecunias* G. (5) *vel in cippis vel aliter modo indebito* S. (6) *etiam quando dicantur* (sic) add. S. (7) *Si promoventur ex affectione indigni vel aliter*, quod in G infra reperitur, hic add. S. (8) *longitudinis ... latitudinis* G. (9) *procedunt* G S. (10) *et* S. (11) *huius* S. (12) *et* S. (13) E lingua vulgari; id est: mala affectis valetudine. (14) *ac* G. (15) *Si fratres non servant* S. (16) Farinerii anni 1354, ap. Chrl. 76. Cf. supra, 117. (17) *Provincie* S. (18) *sine* G. (19) Hic desinit S ob ablationem foliorum sequentium e codice. (20) *deferant* G.

15. — **Mantuae 1504.**

[61v]. « Ordinata in capitulo Mantue 1504 ». — Chrl. 209.

1 = **4** G; **2** = **1** G; **3** = **2** G; **4** = **3** G.

3. 2. se transferendi] se transferre G. — 4. et ad] etiam ad G.

4. 2. in] cum G. — 15. tamen] *om.* G.

16. — **Assisii 1507.**

[61v-4r]. « Ordinata in capitulo generali Assisii [1507] ». — Chrl. 213.

1. 1-3. Primo ... terminum] Primo quod qui stant in Candia ultra triennium G.

3. 2. culpam] suam *add.* G. — 4. depositionem] dispositionem G. — 5. certioretur] advisetur G. — 6. et alium] vel alium G.

6. 2. tantum duo fratres de] tantummodo duo de G.

17. — **Ferrariae 1509.**

[Ordinata in capitulo generali Ferrarie 1509]. — Chrl. 214-5.

G *incipit immediate post* Ierusalem: « In nomine Domini. Amen. Cum iuxta sententiam capituli exigit de censibus in sexto » etc. Chrl. 214a. — 10. detrimentum fieri *add.* G. — 15. tenent] temptent G. — 19. ultimum] ultime G. — 22. huiusmodi] istiusmodi G. — 25. 13 iunii] 10 iunii G.

1. 3. presumat directe] presumat secrete aut publice, directe G. — 5-6. attentare intercessione] attemptare quod favore intercessione G. — 10. quod] *om.* G. — 27. quomodo a precenti] que a toto presenti G.

3. 5. intelligatur concessisse] intelligantur concessi G.

4. de aliquo] de aliquo vel aliquibus G. — 6. super hoc] super inde G. — 14. quod singulariter] ut singuli G. — 18. dimittatur copia] dictantur copiam G.

5. 1-2. alicuius] alterius G. — 4. ad eligendum] ad errigendum G. — 12-3. aut spondere de] aut spem dare de G. — 17. cum assensu] cuius assensu G.

6 = **15** G; **7** = **16** G; **8** = **17** G; **9** = **6** G; **10** = **7** G; **11** = **8** G; **12** = **9** G; **13** = **10** G; **14** = **12** G; **15** = **13** G; **16** = **14** G; **17** = **18** G; **18** = **19** G; **19** = **20** G *et sic de cetero.*

6. 1. retinens] renitens G. — 6-7. nisi disponere] *om.* G.

7. 3. religionis] aut congregationis *add.* G.

9. 4. possit] *om.* G.

12. 5. censeatur proprietarius] censeatur ut supra G. — *Post* **14** *inserit* G:

14a. Item habitus est longus sermo super equitantibus sine necessitate et tandem onerantur conscientiae Vicariorum et Guardianorum, ne sine legitima causa et expressa permittant et permaxime restringant superfluos discursus pretextu recreationis aut solatii.

15. 2. declaratur] et ordinatur *add.* G.

16. 1. circa] *om.* G. — 16. revelare] et hoc imponatur penitenti a confessore per penitentiam que non possit relaxari vel commutari nisi a suo P. Vicario provinciali *add.* G.

19. 4. ornamentis] errantis G. — 5-6. asserentes ... negantes] asserentibus ... negantibus G. — 7. adducta. *Hic add.* G: Nos autem attendentes quod turpe est quando pars non convenerit suo toto, et in armonia, consonantia et consensu (1) pulchritudo consistit universi, idcirco totum. — 7. determinat quod] determinat ut membra a suo capite non discedant (2), quod G. — 11. sub pena privationis] sub pena non audiendi G.

Post tertio in **22** *add.* G: 4° quod mulieres portantes vestes incisas, variatas, listatas et frapatas more istrionum.

4a. Item longas trahentes caudas per terram et iuvenes pudenda in brachetis publice ostendentes, quantum possibile est a confessoribus expellantur et quicumque in his excedere fuerit repertus, possint et debeant a Vicariis suis pro libitu puniri iuxta eorum arbitrium super quo conscientie sue onerantur.

23. 6. sed quod] sed hoc G. — 7-8. et etiam quia] Eo quod facimus quia expedit G. — 11-12. mortale] peccatum *add.* G. — 12. totum] predictum *add.* G.

18. — **Neapoli 1512.**

[64r-v]. « Ordinationes facte in capitulo generali Neapoli 1512, 8 iunii ». — Chrl. 216.

1. 2. tractat] contractat G.

3. 7. tenemur] teneamur G. — 8. sed] etiam *add.* G. — 8-9. Vicarius ... diligenter] Vicarii Provincie teneantur *om.* diligenter G.

4. 3-4. quam quidem examinare] et quam quidem dare non possunt nisi de concilio discretorum qui quidem examinant G. — 7. Si quis autem contra fecerit] Et contrafaciens G. — 8. dantes] dans G. — 8-10. faciant ... irremisibiliter] teneatur per spatium totius Miserere facere disciplinam coram fratribus irremisibiliter G. — 12. Discretorum] *om.* G. — pena graviori] graviori pena ad arbitrium P. Vicarii G.

5. 2. inviolabiliter] *om.* G. — *Tunc pro* **6** *habet* G: vacat *et haec substituit:*

6°. Quod quando mittuntur foras fratres pro negotiis suis vel secularium, in litteris testimonialibus (3) superaddatur: pro negotiis mihi notis et intimandis.

6=7 G. — 3-4. Quando accedunt ... observandis] quando accedant sine obedientia aut licentia, servatis servandis G.

19. — **Assisii 1514.**

[64v-5r]. « Ordinata in capitulo generali apud Assisium celebrato die 23 iunii 1514 ». — Cf. Chrl. 217.

---

(1) *contentu* G. (2) *discendant* G. (3) *quod* add. G.

1°. In primis ordinatum fuit quod predicatores apostolici virtute apostolicatus [1] non possint exire Provinciam suam, nisi de licentia Vicariorum suorum. (Cf. Chrl. 217b).

2°. Quod virtute predicta dum existunt in Provinciis suis non possint adire presentiam R. P. Vicarii generalis, nisi habita licentia a prelatis suis. (Cf. ibid.).

3°. Quod censura, posita in Constitutionibus factis in capitulo generali Ferrarie celebrato [2] de revelantibus facta et secreta Ordinis secularibus seu extra Ordinem, ad pellendum [3] laqueos animarum amplius non ligant et est sublata, aliis penis in Constitutionibus positis firmis remanentibus.

4°. Quod de S. Ioseph et S. Anna fiat mentio in litaniis.

5°. Quod auctoritates Iubilei quoad compositiones, tantummodo concedere [licet] patribus Vicariis Provinciarum. Vicarii tamen possint committere duobus vel tribus patribus secundum latitudinem Provinciarum probatis.

6°. Quod fratres venientes de Hierusalem, qui non vadunt Venetias, quam primum applicent ad Provincias suas, teneantur per obedientiam ostendere Vicariis suis provintialibus res quas detulerint de Hierusalem et hoc sub pena et amissione ipsarum rerum.

7°. Quod dogmatizantes quod prelati Ordinis non possint obligare subditos suos sub censuris ecclesiasticis nec eos excomunicare, si convicti fuerint, quod prima vice privati sint actibus legittimis; et si perseveraverint in ipso dogmate ne[c] cessare voluerint carceri mancipentur.

8°. Quod de S. Dominico fiat festum duplex minus.

9°. Quod nullus frater audeat ire pedibus nudis sine calepodiis [4] sed conforment omnes se consuetudini Familie, et hoc sub pena carceris si moniti a prelatis ab [5] huiusmodi non cessaverint.

10°. Quod Bosnensibus fiat Vicarius et vocetur Vicarius Argentine Bosne.

20. — **Romae 1517.**

[65-6r]. « Ordinata in capitulo generalissimo per Rmum P. Generalem et Ven. P. Diffinitores ». — Cf. Chrl. 225.

1 *et* **2** *om.* G. — *Unde* **3** = Primo G.

3. 1. generalissimum] generale in loco ordinato a G. — 4. convenient] omnes *add.* G. — 5-6. Regulae decretum] textum Regule sed pro proximo capitulo generali futuro statutum est ut fiat Lugduni per Rmum P. Generalem prenominatum G. — *Tunc* **4** *om.* G.

5. 1-9. 2° Quod Ministri provinciales electi possint confirmari auctoritate generalis Ministri a Diffinitoribus dicti capituli, quando presentia R. P. generalis Ministri haberi non possit infra triduum G.

---

(1) Cf. supra num. 11, Ordinata, 4 (p. 355).

(2) Anno 1509; ap. Chrl. I, 214a-b.

(3) *bellendum* G. (4) *calapodiis* G. (5) *ad* G.

6. 3° Quod ... *et sic deinceps* G. — 3-4. in cuius ... praeoccuparetur] in qua decedit G. — 6-16. diffinitoribus ... diffinitores coeteri.] Deffinitoribus generalibus capituli precedentis immediate generalis. Si decesserit in citramontanis partibus, quod debeant convenire in aliquo loco magis commodo pro electione Vicarii Ordinis, in qua electione ipse Minister et vocem habebit activam et passivam sicut alii Diffinitores G. — 17. totius] *om.* G. — pro tali] pro Vicario Ordinis G. — 19. habeatur]. *Tunc inserit* G:

6a. Si vero in ultramontanis partibus dictus Minister generalis decesserit, tunc Minister Provincie in qua decesserit simili modo teneatur significare et congregare patres Diffinitores omnes capituli generalis.

21-2. Minister provinciae praefatus cum consilio aliquorum Diffinitorum] Minister provincialis, *et om. cetera* G. — 26-7. locum absentis] locum predicti Diffinitoris generalis mortui G. — 27-30. Advocet ... electione] Et etiam advocetur generalis Commissarius illius partis ubi erit et similiter habeat vocem activam et passivam in electione dicti Vicarii Ordinis. — 30-8. Qui quidem ... convocare] *om.* G.

7. = **4** G. — 1. Item ordinatur quod] 4° G. — 2. saecularibus] *om.* G. — 3. et secularium] et ipsorum secularium G. — 4. testimonio] *om.* G. — 5-6. puniantur ... priventur] puniantur non solum pena statuta in capitulo generali Ferrarie (¹) sed etiam priventur G. — 6. Ordinis] *om.* G.

8. = **5** G. 1-2. misso a Commissario generali] misso a P. Ministro generali G. — 4. provinciis] provincia G.

9. *om.* G. — **10** = **6** G. — 1. Ulterius ordinatur] *om.* G. — 2. partibus] commorantes *add.* G. — 4. nostrorum immediatorum] *om.* G. — 6-7. ubi habentur] *om.* G. — 7. generali Commissario] generali Ministro et eius generali Commissario G.

11 = **7** G. — 1. Item] *om. et dicit* quod G. — 3. erigitur] eligitur G.

12 = **8** G. — Halsatiae] Olssasire G. — 3. de coetero] *om.* G. — 4-6. In reliquis vero ... ut prius] In reliquis vero remaneat sicut prius G. — 6-7. generalissimi] totius G. — 8. Meroab] Meroth G.

13 = **9** G. — 3. Castellae] *om.* G. — *Dein* **14-19** *om.* G.

21. — Carpi 1521.

[66r-7v]. «Constitutiones capituli generalis Carpi facte per P. Ultramontanos et a P. Citramontanis acceptate». — Cf. Chrl. 248-50.

1. 3-4. ut supra tactum est] *om.* G. — 8. de Florentia provinciae Tusciae] *om.* G. — 10. Sernigon Prov. Britannie] Germingon *et* Prov. Brit. *om.* G.

2. 1. provide] proinde G. — 6. universi] *om.* G. — 8. in Burdegalensi] in proximo Burdugal. G. — 21. R. Pater] Generalis *add.* G. — 22-3. ubique] ubicumque G. — 28. religiosorum] religiosarum G. — 35. pro aliquibus] pro particularibus G. — 36. ordinetur] fuerit ordinanda G. — 43. cen-

(¹) Anni 1509; cf. 542, nota 2.

suras] *om.* G. — 46. sororum inferre] sororum animabus inferre G. — 48. praeiudicantem] pravitatem G. — 52. Ministrorum] absens *add.* G. 61. — et gubernetur] et visitetur *add.* G. — 70-1. commissario] generali *add.* G. — 72. modo quo] modo qui G. — 73. facultas limitata est] facultas limitatur G.

Chrl. 249b *post* Primo (*lin.* 6-18). **2.** 3. nisi] pro *add.* G. — 6-7. et ad eius potentiam] quam ad eiusdem P. Commissarii presentiam G. — 16. nemini] *om.* G.

Post l. 16 *prosequitur* G: Item Sanctissimus Dominus noster Leo (cf. Chrl. 250b, *usque ad finem*). — 1. Papa Leo X] et modernus *add.* G. — 2. fratribus] et sororibus *add.* G. — 3. beati] Patris nostri *add.* G. — 10-1. omnibus censuris] omnibus casibus et censuris G. — 18. successu] *om.* G. — 20-1. de Medicis protectore Ordinis] *om.* G. — 23-30. tres missae dicantur ... a quolibet sacerdote] *om.* G. — 33. Congregationis] ordinationis G. — 35. celebretur] persolvatur G. — 36-9. Clerico ... penitentiales] Clerico unum psalterium et semel vigilie mortuorum novem lectionum cum septem psalmis penitentialibus G. — 39. laico trecenti] laico quinquaginta. — 42. capituli] generalis *add.* G.

[67v–9r]. « Constitutiones eiusdem generalis capituli Carpi a patribus Citramontanis condite et ab Ultramontanis aprobate [et] publicate ut supra ». — Cf. Chrl. 249.

1. Item ordinat capitulum generale] Primo ordinavit hoc gen. capit. Carpi celebratum G. — 3. privationes] preventiones G. — 4. incarcerationes] et privationes atque *add.* G. — 8. quomodo] quando G.

2. 1. ordinat Capitulum generale] *om.* G. — 2. Capitulo provinciali] provinciali *om.* G. — 3. teneantur facere] teneant G.

3. 1-2. quando proponitur] quando in capitulo proponitur G.

5. 3. ut ponunt] et disponunt G.

6. 7. studere] intelligere vel *add.* G.

7. 1. ordinationi] constitutioni G.

8. 2. retineantur] restituantur G.

10. 8. similiter] *om.* G.

12. 2-3. absolvere ... secretis] absolvere a quibuscumque casibus etiam reservatis et secretis G.

13. 1. ponant] deponat G.

14. 4. aliquis] alius G.

15. 6. probationis poena] *om.* G.

16. 2. extra, nomine religionis] extranea religioni G. — 5-6. ex quo possit oriri scandalum] *om.* G. — 7. et de consilio] cum consilio G. — 8. Ministri Provincialis] Provincialis *om.* G.

APPENDIX II.

Gratiae Observantibus concessae ab Eugenio IV, Sixto IV, Alexandro VI.

1. — Eugenius IV.

[158r-v]. *Infrascripte sunt quedam gratie obtente a domino Eugenio papa 4, anno Domini 1440 die 3 ianuarii, procurante ven. religioso fr. Francisco de Platea, Ordinis Minorum etc.*

1. Primo quidem confirmavit casus episcopales, qui sunt 4^or de iure et quandoque de consuetudine approbata, prout continetur in Magistrutia (1).

2. Item concessit fratribus quod quando non possunt se commode presentare, quia sunt in itinere vel alibi, et non possunt petere casus episcopales, pro illo casu possunt plenarie uti auctoritate episcopali (2).

3. Item concessit quod, quando fratres semel se presentaverint episcopis et obtinuerint casus episcopales suos, licet postea ad habitandum se transferant ad tempus et postea revertantur ad eandem diocesim, non est sibi necesse iterato se presentare vel casus petere cum semel se presentaverint et casus petierint (3).

4. Item concessit quod fratres de decimis non teneantur facere conscientiam in confessionibus, nisi quando fuerint requisiti ab ordinariis (4).

5. Item quando requiruntur sufficit dicere: « Faci[t]o tibi conscientiam » et inducere peccatorem quantum potest ad solvendum, non tamen propter hec retineat absolutionem (5).

6. Item quod seculares possint concordare cum sacerdotibus pro quota parte contentantur.

7. Item dixit quod artifices labor[i]osi aut opera exercentes et rustici, sive sint divites sive pauperes, non teneantur ad ieiunandum sub precepto peccati mortalis, et quod absolvi possunt et induci ad elemosinas et alia bona spiritualia facienda (6).

8. Item dixit quod nolebat, quod seculares qui laborarent in festis S. Crucis, S. Michaelis de mense septembris, SS. Innocentium et S. Silvestri peccent mortaliter, nisi venerit in dominica (7).

9. Item declaravit quod quando quis tempore pascatis se reperierit in aliena diocesi, semper ibi intelligatur adeptus incolatum, ut in ea confiteri se et comunicare valeat quantumcumque ibi parvo tempore steterit (8).

---

(1) Est *Summa* alias *Pisanella* etc. dicta, a Fr. Bartholomaeo Pisano seu de S. Concordio an. 1338 compilata et inde ab an. 1473 saepius typis edita; Hain, 2524-9; Quétif-Echard, *Script. Ord. Praed.*, I, Paris. 1719, 623-5.

(2) *Firmamentum trium Ordinum*, Parisiis 1512, p. II, tract. I, f. 7a.

(3) Ibid. (4) Ibid. (5) Ibid. (6) Ibid. (7) Ibid. (8) Ibid.

10. Item declaravit quod votum seu professio tertii Ordinis B. Francisci non impediat matrimonium contrahendum, [et] iam contractum non dirimat, cum potius sit modus vivendi quam Regula.

11. Item dixit quod quando cives imponunt pro bono civitatis aliquas novas cabellas (1) vel veteres augmentant, quod non intelligitur ibi excommunicatio.

12. Item eodem anno, 10 die mensis eiusdem, fratribus infrascriptis presentibus concessit: primo quod omnes [158v] pene que ponuntur in capitulo: *Usurarum voragine*[*m*] de usu[ris], libro quinto (2), pene excommunicationis locantibus domos et permitentibus habitare in terris suis usurarios manifestos et alienigenas, nisi expellant infra tres menses si sunt persone par[t]iculares, et interdicti pena si sit collegium vel universitas, non intelligatur si permittant Iudeos habitare, cum Ioannes Andreae (3) dicat in *Novella* quod hoc factum fuit propter Florentinos, Pistorienses et Astenses qui ibant circue[u]ndo civitates et castella (4).

2. — Sixtus IV.

[159v]. *Infrascripte sunt quedam gratie concesse per sanctissimum dominum Sixtum papam 4m.*

1. Primo quod religio nostra possit facere festum de fratribus Ordinis Minorum martirizatis apud Marochium, quorum martirium fuit in die S. Marcelli pape et martiris de mense ianuarii (5) et quod fiat festum duplex maius.

2. Item concessit quod fiat festum duplex maius de S. Anna matre Virginis Marie et de S. Ioseph, qui voluerint ex devotione (6).

3. Item concessit quod fratres nostri cismontane et ultramontane Familie habeant in singulis locis ubi morantur eandem indulgentiam que est in S. Maria de Angelis die 2a Augusti visitando eo tempore ecclesias locorum ubi stant ac si ingrederentur predictam ecclesiam S. Marie de Angelis (7).

4. Item concessit quod omnes indulgentie tam plenarie quam non plenarie que sunt in ecclesiis Rome eisdem diebus sint in ecclesiis locorum fratrum cismontane et ultramontane Familie pro fratribus tantum.

5. Item declaravit Sanctitas sua quod non inte[n]dit ut propter aliquam bullam aut breve facta seu facienda gratie seu indulgentie concesse fratribus et locis eorum, concernentia fratres tantum, suspense aut

(1) Vox vulgaris; id est: vectigalia.

(2) *Decretal. l. VI,* l. V, tit. 5, c. 1, Venetiis 1595, 445.

(3) J. F. von Schulte, *Die Geschichte der Quellen und Literatur des Canonischen Rechts,* II, Stuttgart 1877, 205-13.

(4) *Decretal.* l. c., ubi dicitur horum auctor Franciscus.

(5) Id est 16 ian. 1220; cf. *Acta Sanct.* Ian. II, 62-5; AF I, 3; III, 16-8, 579-96; IV, 322-3. Cf. Wadding, 1481, n. 1-2 (XIV, 263-4); 1219, n. 17; 1220, n. 49 sqq., 60 sqq. (I, 155, 318 sqq., 351 sqq.).

(6) Cf. Wadding, 1480, n. 4 (XIV, 257).

(7) Ibid.; ubi etiam numeri 4, 7, 8, 9.

revocate sint, aut suspendantur vel revocantur in futurum, cum tales gratie concesse in nullo derogant camere apostolice (1).

6. Item decrevit quod fiat festum Presentationis Virginis Marie die 21 novembris et fiat festum duplex maius et accipiatur officium Nativitat[is] eiusdem, mutato nomine, et sine octava.

7. Item mandavit quod fiat octava Omnium Sanctorum et fiat duplex, nec fiat de sanctis infra eam, nisi sit duplex (2).

8. Item concessit quod faciamus officium Visitationis ut ante fiebat, asumpto scilicet officio Nativitatis, et quod offitium novum dimittere possimus.

9. Item quod fiat officium Conceptionis cum illo novo officio servatis rubricis suis et fiat con octava duplici; et quando fit officium dominice, non dicatur officium de Domina, nec in prima dicantur preces; sed dictis responsoriis brevi dicatur oratio et postmodum *Preciosa*. *Gloria in excelsis* non dicitur nec *Ite missa est,* quia nonum responsorium cantatur in matutinis offitii dominicalis. Et festum S. Lucie transfertur post octavam, quia sic vult Sanctitas sua (3).

3. — Alexander VI.

[164v]. *Gratie de novo concesse mihi fr. Ludovico de la Turre, ord. Min. Observantie immerito Vicario generali cismontano, per sanctissimum papam dominum Alexandrum VI, die 3 iunii 1499.*

1. Primo quod fratres cum bona conscientia tenere possint et uti paramentis deauratis vel preciosis, loquendo de iam oblatis vel donatis, non obstante declaratione contraria Summorum Pontificum.

2. Supplevit omnes deffectus, qui contigerint in sacris ordinibus susceptis modo quo alias.

3. Quod quilibet procurator locorum nostrorum possit exercere officium procuratoris pro quibuscumque fratribus advenientibus de aliis locis ac si esset procurator omnium locorum Familie in casu necessitatis, non obstante declaratione Summorum Pontificum, videlicet quod quilibet locus habeat suum procuratorem.

4. Quod Vicarii Provinciarum possint licentiare fratres ad alia monasteria quam S. Clare, non solum causa petendi eleemosynam et predicandi sed etiam pro spirituali visitatione consanguinearum aut alia necessitate, semper intelligendo ut non vadant nisi ubi locuntur alii seculares.

5. Quod fratres possint celebrare in cameris secularium vel plateis, dato quod non videantur loca [in]honesta, ex quo ibi dormiunt uxorati et in platea fiant ludi theatrales et alia prophana. Et hoc impetravi propter punctum privilegii concedentis celebrationem cum altari portatili etiam in loco honesto.

P. ANASTASIUS VAN DEN WYNGAERT, O. F. M.


---

(1) *Firmamentum,* p. II, tract. I, f. 8vb.

(2) Ibid. 8ra-b. Wadding, 1480, n. 40.

(3) Cf. Wadding, 1477, n. 2; 1480, n. 38, 41 (XIV, 170, 254, 257). Supra, 533, n. 7, 6.

CODICOGRAPHIA



DESCRIPTIO CODICUM BELGO-FRANCISCALIUM

DIVERSIS IN LOCIS ASSERVATORUM

(Continuatio) (¹).

24. — Sermones Balthasaris van der Heyden, O. F. M., Pars I.

Cod. **III. 3** bibliothecae conventus Fratrum Minorum Trudonensium, antea signatus n. 66, vel etiam n. 126.

Habet ff. 6 (alba), 460 (numerata) et 6 (alba) chartacea; dimens. 213×148 mm., ligaturam quidem in charta compressa, rudi vituli pelle circumdata, angulis et dorso in pelle polita. Quaterni constant 8 ff. A pluribus amanuensibus, scil. Sororibus Clarissis conventus Lovaniensis, exaratum fuit MS. ante saec. XVI finiens. Omnia nitide et diligenter descripta sunt; lemmata minio vel saltem lineolis subducta, initiales quaedam sat bene ornatae. Signaturae quaternos distinguunt. — In fol. 1 saeculo XIX scriptum fuit: « *Sermones MSS. P. Balthas. Van den Heynden, a. 1551* » (utrumque erroneum: nomen annusque). Prouti constat ex marginali nota in f. 1 haec nostra redactio non est « transscriptio » ipsius operis P. Van der Heyden, sed tantum « memoria » sive reportatio quaedam ipsarum collationum auditarum: « *gelijck wij nae ons bestaen hebben connen begrijpen en onthoud[en] uyt die collatien die ons gepredikt heeft P. Balthasar* ».

f. 13. *Rubr.* Hier volghen sommighe collacien on[?]ser vader bruer Balthasar vander Heyden, sijn eerste die hij ons deede nae dat hij ons biechtvader gheseet was int jaer ons heeren MXVc. (*sic*), doe men screef neghen en viftich [1559] in die octave van onsen alder heylichsten vader sinte Franciscus; laus deo. In illo tempore. — *Incip.* (I series, scil. 4 Collationes de humilitate). In nomine P. F. Sp. S. Amen. Gratia domini n. I. C. ... vobis. Amen. — *Confiteor tibi pater, quia. ...*: Ick belijde u hemelsche vader want ghy ...; *des.* f. 20v. sijn gracie geven sijn woert altijt waer te nemen. Amen.

(¹) Cf. AFH XXI, 362-70, 591-600: XXII, 391-400.

f. 20v. *Rubr.* (II series: Collationes 81 super textus Cantici Cantic). Hier beghinen die colacien uut dat bock Cantica Canticorum het ierste capittel van achten. — *Inc.* In nomine p. ... Amen. *Osculetur me osculo oris sui.* Mijn uutvercoren, deese worden staen ons bescreven in dat bock ghenomt ... *des.* f. 460 die minste duecht niet beleeven ghy moet et al doen, compt leert mij. = Ex absentia cuiuscumque rubricae licet inducere, hic nonnulla desiderari. — De B. Van der Heyden (de Myriaca, de Merica; † 1573), eiusque Collationibus sororibus S. Clarae Lovanii habitis cf. Servatius Dirks, O. F. M., *Hist. littér. et bibliograph. des Frères Mineurs de l'Observ. en Belgique et dans les Pays-Bas*, Anvers [1885], 96-7, ubi praesens MS. citatur. Attamen Dirks numquam videtur obvios habuisse Codices II. 1308 biblioth. Regiae Bruxellensis (v. J. Van den Gheyn, S. I., *Cat. des Manuscrits de la Biblioth. roy. de Belgique,* III, Bruxelles 1903, n. 2019), 490 Academiae Gandavensis (de quo statim) et alium Mosaetraiecti in Archivo Status *(Rijksarchief)* nunc asservatum, qui eiusdem Van der Heyden opera exhibent.

25. — Sermones Balthasaris van der Heyden, O. F. M., Pars II.

Cod. **490** (602) Academiae Gandavensis. Chartaceus per totum, ff. 320 (4 et 4 ad custodiam), dimens. 206×153 mm.

Cooperimenta constant duabus ligneis tabulis, corio obductis; solae reliquiae repagulorum ex aurichalco adhuc exsistunt. Unica et nitida quidem manus circa finem saeculi XVI codicem descripsit. Lemmata et tituli rubricata sunt, maiusculae litterae lineolis rubris distinctae, dum pleraeque initiales alternatim rubro et caeruleo colore sunt depictae. Volumen colligit quaterna 41 cum signaturis a, b1, b2, c1-q2. Sicut praecedens MS. exaratum fuit hoc a Clarissis Lovaniensibus partim ex MS. praecedenti, partim ex « memoria » auditorum ipsius concionantis P. Balthasaris van der Heyden, confessoris monasterii.

f. 1v. *Rubr.* Dat is den tweeden boeck op Cantica Canticorum. Ende het 71 sermoon op Cantica beghinende hier aent 3 capitil voor het eerste sermoon van desen boeck. Ghepreeckt tot die Clarissen binnen Loven, int jaer ons Heeren doen men schreef 1562. Al dat in desen boeck staet, is ghescreven uut die collacien oft sermoonen van den Eerweerdighen ende devoten Pater Balthazar vander Heyden, minre brueder, ghepreekt tot sijn ondersaten uutlegghende het derde cappittel Cantica Canticorum, ende sommighe psalmen waer af hier een weynich gescreven is. — *Incip. Coll. 1. Rubr.* Op 3.ᵉ capittel Cant. Canticor. Uut het eerste sermoon op dese woerden: *In lectulo meo per noctes quaesivi, quem ... plateas,* etc. — *Incip.* In mijn beddeken ... straeten en weghen etc. Dit seet die bruyt ... *des.* f. 75. *Egredimini, filie Syon.* Op welcke woerden wij hopen metter hulpen Godts uut te legghen die passie ons liefs heeren en sijn groote liefde opdat wij hem mochten leeren naevolghen en dancken.

f. 75v. [II series Coll.] *Rubr.* Hier beghint den 85.n psalm *Inclina.* Ghepreekt vanden E. P. Balthasar vander Heyden tot die Clarissen binnen Loven sijn ondersaten en geestelijcke kinderen. Welcken psalm seer schoon is uut gheleet met veel schoon leeringhen, waer af hier een weynig is ghescreven int jaer ons heeren doen men schreef 1572. — Tot hiertoe sijn dese sermoene geschreven in den grooten boeck. In dien vasten ontrint onderhalf jaer voor sijn doot saeligher memorien.

Incip. in Ps. 85. Uut het eerste sermoon op deerste veersken *Inclina Domine ... ego.* Ps. 85. — *Incip.* O Heere neycht... Daer sijn nu ter tijt veel verscheÿden armen in de werelt, maer ... *des.* f. 136. Dat wij souden moghen segghen: *Et consolatus es me.* Dit gunne ons godt. Amen. — *Rubr.* Dese voerghaende collacie worde ghepreekt doen wij hier over al in groote benoutheit waeren van den prins van Orangien en Lodewijck sijn brueder met hun volck, doende grooten overlast die heylighe kerck, die priesters en gheestelijkheit. Glorie sij Godt die ons bewaert sijnde in veel vreesen den 21 Iulius 1572. — Dese nae volghende collatie worde ghepreekt van den selven Eerw. P. Balth. v. d. Heyden tot troost van sijn gheestelijke Kinderen die Clarissen sijnde in veel vreesen der Ketters. [super Ps. 45 et 102]. *des.* f. 240 mijn saelicheijt, mijn Christum als Symeon seyde. *Quia viderunt ... tuum.* Die van u en mij moet geloeft sijn inder ewicheyt. Amen.

f. 204v. [II series Collationum super textus liturgicos Quadragesimae]. *Rubr.* Hier volghen sommighe ferie messen indie vasten untgheleit van den E. P. Balth. v. d. H. tot sijn geestelycke kinderen die Clarissen binnen Loven, waer af hier een weynigh ghescreven is. Hier beghint die messe des donderdaechs nae groot vastelavont. — f. 241r. Introitus. Dit is den inganck der missen. *Confessio et pulchritudo ...* Ons moeder die heylige Kercke vermaent ende verweckt ons al tot devocien ... *des.* f. 320v. coopen en vercrijghen. Dwelc u en mij wil gonnen Godt den V., den S. en den H. G. Amen. — *Rubr.* Al dat in desen boeck staet is ghescreven uut die collacien oft sermoonen van den E. P. Balth. v. d. H. totten Clarissen binnen Loven sijn ondersaeten. Ende is salichlyk overleden anno 1573 den 14 Julius. = Cf. Serv. Dirks, l. c. — Opportunum ducimus citare verba cl. Raissii circa nostrum Balthasarem hisce temporibus iniustae oblivioni datum: « etiam in hodiernum usque diem, velut altera melliflui Bernardi Clarae Vallensis monumenta ... variis in locis pro lectione mensali perleguntur. Multa non minus pia edidit »; v. A. Raissius, *Auctarium ad Natales Sanctorum Belgii,* Duaci 1628, s. v.

26. — Regula et Statuta ordinis S. Clarae.

Cod. **133 G 1** in bibliotheca regia Hagae Comitis asservatus, membraneus est totus, scil. ff. 229, altit. et lat. dimetiens 77×59 mm.

Ligatura in pelle vituli duobus ligneis tabulis munitur, nec non et corio impressis figuris Christi flagellis caesi ornatur. Repagulorum

adsunt reliquiae. Volumen, bene adhuc servatum, per totum unica et nitida quidem manu circa initium saeculi XVI fuit exaratum. In rubricis et lemmatibus describendis, minio rubro, in maiusculis vero characteribus delineandis caeruleo utebatur scriptor. Duplex notula brevissima originem codicis pandit, vid. monasterium Sororum S. Clarae Urbanistarum in Hoogstraeten, oppidulo prope Antverpiam. Fol. 1r ad custodiam legitur: « *Ten claren te hoochstraeten* » (ab amanuensi totius codicis exaratum); in verso eiusdem folii « *Der Clarissen tot Hoogstraeten* (manu moderna saec. XVIII vel XIX) *1460* » (1) (alio attramento additum). Interiori faciei tabulae agglutinatum est: « Ex libris J. G. R. Acquoy ». — Haec voluminis contenta, quae praeter kalendarium omnia in lingua neerlandica descripta sunt.

1. [**Kalendarium**], fol. 1-12v. — Notatu digna: ad 7 Februarii: Feria II post LXX fit memoria fratrum, sororum et benefactorum ordinis. — Maius. 17, Translatio Bernardini, maius. — 20, Bernardini, conf., maius. — 27, Octava Bernardini, semid. — Augustus. 2, Dedicatio Portiunculae, maius. — November. 6, Leonardi conf. IX [cuius apud populum regionis illius magna erat devotio]. — 8, Translatio Ludovici, maius. — December. 8, Conceptio Virginis, mai.

2. [**Palma spiritualis**], f. 14-37v. — *Rubr.* Hier beghint den gheestelijcken palmboem ende dient wel religiosen. *Inc.* Dixit: Ascendam in palmam et comprehendam fructus eius. Dese woerden seyt die wijse man. Ick sal. ... Dese palmboem gheestelijken te verstaen heeft VII tacken ... *des.* daer uut ghevloeyt is dat salighe water dat ons ghewasschen heeft van onse sonden. Daer moet ons toe helpen die vader, die soen ende die heilighe gheest. Amen.

3. [**Sermo de muliere Cananea**], f. 38-53v. — *Rubr.* Hier beghynt een schoen sermoen op dat ewanghelium van dat vrouken van Canaën *Inc.* Egressus ... Ihesus ghinck uut ende ghinck in die landen Tiri ende Sidonis ende uut dien selven steden ... *des.* dat wij in hem ghevonden werden.

4. [**Oratio pro bono s. communitatis**], f. 54-5v. — *Rubr.* Hier beghint een goet ghebet voer die vergaderinghe. *Incip.* O Here Ihesu Christe, die daer hebste uutvercoren sonderlinghe dese plaetse ... *des.* die sal ghevoelen veel quaets.

5. [**Statuta Cardinalis Arnoldi pro Clarissis;** 2 martii 1318], f. 56-78. — *Rubr.* Hier beghint des Cardinaels Arnoldus Statute. *Incip.*

(1) Occasione huius notulae, brevis discussio instituitur de anno fundationis Hoogstraetensis a D. De Kok apud *Nederlandsch Archief voor Kerkgeschiedenis*, (N. S.), XVII, s'-Gravenhage 1924, p. 207 (ubi et codex noster describitur; cf. AFH XIX, 460; v. etiam supra, 210). — Iuxta I. B. Gramaye, *Antverpiae Antiquitates* [*Antiquitates ill. duc. Brabantiae*, s. l. 1708] p. 37, Innocentius VIII, bulla IV kal. maii 1490, aliquibus Clarissis Treviris in Hoochstraeten advocatis facultatem concedit conventum construendi in fundo « Corona » vocato. Idem apud Ant. Sanderum, *Chorographia Sacra Conventuum Fratrum Minorum*, Hagae Comitum 1727, III, 219. Cf. Wadding, an. 1490, n. 67 (XIV, 494); ibid. 632-3 bulla citata editur.

Arnoldus, die van der ghenaden gods is ... *des.* Desen brief wert ghegeven tot Aviaen den tweeden dach van Maerte in den tweeden jaer des pauwesdom Iohannis, die is die tweentwintichste pauwes onder die Iohannes. = Quoad textum latinum vide AFH XIII, 129-30.

6. [**Litterae capituli provinciae Alemaniae Superioris Bernae habiti,** 1337], f. 78-89v. — *Rubr.* Hier beghint pauwes Benedictus Bulle. *Incip.* Broeder Rabanus, stathouder des provinciaels ... *des.* ghegeven in die stat ende in dat capittel ende aen die feste, soe voerghescreven is. = V. textum latinum litterarum ap. AF II, 167s., ipsius bullae vero ap. BF VI, p. 40-2.

7. [**Litterae Card. Iohannis,** 1268], f. 89-100. — *Rubr.* Hier beghint des Cardinaels Iohannes statute. *Incip.* Iohannes, die Cardinael van sinte Nicolaus, anbietet den minister ... *des.* in den derden jair des pausdoms ons heren pauwes Clemens die vierde. = Cf. AFH XIII, 100-5.

8. [**Regula Clarissis ab Urbano IV data,** 18 oct. 1263], f. 100-47. — *Rubr.* Hier beghint dat prologus van ons heilighe regule. *Incip.* Urbanus bisscop ende knecht der knechten Gods ... Sinte Clara, claer in doechden ... *des.* Datum apud Urbem Veterem, XV° kal. novembris, pontificatus nostri anno tertio. = Ap. BF II, 509-21.

9. [**Benedictio S. Clarae**], f. 147-8v. — *Rubr.* Hier beghint Sinte Claren benedictie tot haren susteren teghenwoerdich ende toecomende. *Incip.* In den naemen des Vaders ... *des.* ende ghy met hem in der ewicheyt. Amen. — V. *Seraph. legis. lat. Textus originales,* Quaracchi 1897, 282. = V. etiam *Het Boek,* nov. 1921; cf. Seton, ap. AFH VII, 185-90.

10. [**Statuta Vicariorum provincialium pro iisdem Clarissis**], f. 148v-55v. — *Rubr.* Totter eren Gods ende bewaringhe onser heyligher reghel. ... *Incip.* Item alle die susteren sullen oetmoedelyc ghehoersaem ... *des.* nae inhoudt der statuten op die peyne afgheset te werden van haer officy. Deo gratias. = E hoc codice edita a David de Kok, *Bijdragen tot de geschiedenis der nederlandsche Klarissen en Tertiarissen vóór de Hervorming,* Utrecht 1927, 24-8; cf. supra, 210.

11. [**Verba aurea B. Egidii**], f. 156-90v. — *Rubr.* Hier beghinnen sommighe gulden woerden ende seer stichtelijc, die brueder Egidius ghesproken heeft. *Incip.* Die ghenade Gods ende ... *des.* die sonne ende die mane dat licht van eender saligher sielen. = V. Steph. Schoutens, O. F. M., *Sommeghe guldenen woerde seer stichtich, die broeder Egidius ghesprocken heeft,* Antwerpiae 1904; cf. etiam *Dicta B. Egidii Assisiensis,* Ad. Cl. Aquas 1905.

12. [**Tractatus de Arbore caritatis**], f. 191-212. — *Rubr.* Hier beghint een suverlick tractaetken Bonaventura van boem der minnen. *Incip.* Ic aensach ende siet, daer was een boem int midden der eerden ... *des.* des gheminden lievens hem niet berntelyck ende neerstelyck en pijnt te comen. Deo gratias. = De auctore et indole huius tractatus cf. S. Bonaventura, *Opera,* X (1902), 29.

13. [**Sermo in Dom. infra oct. Nativitatis**], f. 212v-21v. — *Rubr.* Item een sermoen des Sondaechs in der octaven van kersmis. Hoe dat die enghel Joseph openbaerde, dat hij wederkeeren soude int land van

Israhel. *Incip.* Accipe puerum. ... Dat men die heilighe scrift ende die heilighe ewangelis ... *des.* ende vijnden hier dat sij ewelijck ghebruyken sullen. Dat ons dit allen worde, des help ons die minlicke God. Amen.

14. [**Variae oratiunculae devotionales**], f. 222-5. — *Rubr.* Van onse heilighe Vader sinte Franciscus een schoen ghebeth. *Incip.* O Sonderlinghe exempel alder doechden ... (conferendum cum MS. B. 65 Bibliothecae Fr. Minorum Trudonensium, f. 226-7). — *Rubr.* Een schoen ghebeth tot onse heilighe moeder S. Clara. *Incip.* Suete spruyte ... (sat consonans cum MS. citato, f. 23r.). *des.* alle creaturen ledich stae ende te gronde laten na dijnen alderliefsten wille. Amen. = Adnotatur breviter Codex ap. *Catalogus Codicum manuscriptorum Bibliothecae Regiae* [*Hagae Comitum*], Hagae Comitum 1922, I, n. 883.

27. — Breviarium chorale (I).

Cod. n. **692** in Bibliotheca Maioris seminarii Mechliniensis; antea n. 6.

Habet ff. 348, omnia membrana, binis columnis 27 linearum; mens. 195×138, et duabus ligneis tabulis vituli pelle contectis colligatus est. Utrumque cooperimentum quadruplici impressione figurarum et textu Ps. 137, 1, decoratum: *In conspectu angelorum* | *psallam tibi, domine, et adorabo* | *ad templum sanctum* | *tuum et confitebor nomini tuo.* Postmodum corio dorsi, quinque nervis solidato, et renovato aureatis characteribus impressus est titulus: *Breviarium Romanum. Pars I.* Absque macula ulla optime servatus est codex. In initio tamen et in fine voluminis respective quaternus totus et folia quaterna ablata fuere. Hinc per totum codicem nullibi adnotatio historica de origine vel possessore voluminis invenire est, cum marginale spatium fol. 1, in quo nomen possessoris descriptum erat, abscissum sit. Amanuensis unus nitide et uniformiter totum exaravit scriptionis opus, circa annum 1500. Pro rubricis necnon et titulis minio rubro utebatur; pro initialibus uniuscuiusque phraseos alternatim rubro et caeruleo. Sub respectu artis picturae ac illuminationis codex noster momentum omnino singulare prae se fert. Ast haec paucissimis significare sufficiat. Decorationes perpulchrae marginales accurate imitantur omnia subiecta atque res notissimi « Vesperalis Margaritae Austriacae », item Mechliniae asservati. Miniaturae optimae exhibentur ff. 13 (Christus cum B. V. et propheta vaticinante), 171v. (Rex David coram Domino psallens), 304 (varii sancti in gloria iubilantes). Iam ipsum breviarii textum percurramus.

[**Kalendarium**], f. 1-6. — Ianuarius. 16, Marcelli p. et m. (nigre), S. martyrum Beraldi, Petri, Accursi, dupl. m. (rubre). — 17, S. Anthonii abbatis, solemne generaliter, (rubre). — 29, Feria 2ª post LXX fit officium pro defunctis fratribus et pro benefactoribus (rubre). Deus venie largitor. — Februarius. 4, S. Gilberti ep. et conf. [Meldis 13ª huius celebratur]. — 15, Translatio S. Anthonii conf., dupl. mai. — 16, S. Iu-

liane virg. et mart. — Martius. 7, Perpetue et Felicitatis virg. et mart., S. Thome de aquino conf. — 19, S. Ioseph nutritoris Domini, conf. dupl. mai (1). — Aprilis. 9, Translatio S. Monice, d. mai. — Maius. 17, Translatio S. Bernardini, d. mai. — 20, S. Bernardini conf., d. mai. — 25, Translatio S. Francisci, d. mai. — Iunius. 13, S. Anthonii conf. ord. minor., d. mai. — 20, Octava S. Anthonii. — Iulius. 2, Visitatio S. Marie V., dupl. mai. — 9, Octava Visitationis B. M. V., d. minus. — 21, S. Praxedis. Officium pro defunctis fratribus et benefactoribus. — 22, S. Marie Magdal., solemne generaliter. — 26, S. Anne, d. mai.; Pastoris conf. (2). — Augustus. 2, Festum Portiuncule, d. mai. — 5, S. Marie ad Nives, d. mai., et S. Dominici conf. — 12, S. Clare virg., d. mai. — 19, S. Ludovici ep. et conf., d. mai. — 25, S. Ludovici conf. — 26, Octava S. Ludovici, semid. — September. 2, S. Anthonini mart. [Apameae in Syria; v. AA. SS. Sept. I, 340]. — 17, Festum sacr. Stigmatum beati Francisci, d. mai. — 27, S. Elzearii conf., non transfertur. — 28, Officium pro defunctis fratribus et benefactoribus. — October. 2, Translatio S. Clare, d. minus. — 4, S. Francisci conf., d. mai. — 11, Octava S. Francisci, d. min. — 16, S. Galli. — 27, S. Ivonis conf., non transfertur; Vigilia. — November. 6, S. Leonardi conf. — 13, S. Brictii ep. et conf. [Turonensis]. — 19, S. Elyzabeth., semid. — 27, Ultimo die feriali ante adventum fit officium pro patribus et matribus fratrum. — December. 8, Conceptio b. Marie V., d. mai. — 13, S. Lucie virg. et mart., semid. et solemne generaliter. — 15, Octava Conceptionis, d. min.

[**Temporale**], f. 7-169v. — *Rubr.* Adventus Domini celebratur ubicumque dominicus dies venerit inter V kalendas. ... f. 13. In Cristi nomine. Amen. Incipit breviarium secundum consuetudinem romane ecclesie. In primo Sabbato de adventu ad vesp. cap. Fratres scientes. ... *des.* (Laudes Sabbati Sancti) ℣. Cristus factus est, cum reliqua ut supra. F. 170 vacat.

[**Psalterium**], f. 171-261. — *Rubr.* In nomine Domini nostri I. C. Ordo psalterii secundum morem et consuetudinem romane ecclesie feliciter incipit. Invitatoria subscripta.... — Primo dierum omnium, quo mundus (Chevalier, *Rep. hymnol.* n. 15450, sed 9 sunt strophae, non 8). F. 171v. Beatus vir qui non abiit. — F. 259v. (post Completorium, litaniae omnium Sanctorum, in quibus habes): S. Nicolae, S. Ludovice, S. Bonaventura, S. Benedicte, S. Francisce, S. Antoni, S. Bernardine, S. Dominice ... S. Catharina, S. Clara, S. Elisabeth.

[**Commune Sanctorum**], f. 262-303v. — *Rubr.* Incipit commune Sanctorum. In nativitate apostolorum, ad vesp. antiphona Fratres iam

(1) Juxta V. Leroquais, *Les sacramentaires et les missels manuscrits des bibl. publiques de France,* Paris 1924, s. v., festum S. Ioseph, quamvis a Capitulo generali an. 1399 Ordini indictum, sat raro ante saec. XVI occurrit in kalendariis Minorum.

(2) Kalendaria Romana saec. XV[i] solent ferre: « S. Pastoris conf. et S. Anne ».

non. — F. 294vb. *Rubr.* Incipit ordo officii beate Marie Virg. Notandum quod officium Virginis Marie non dicitur a dicto completorio ante vigiliam Nativitatis usque.... — F. 300v. *Rubr.* Nota quod officium defunctorum non agitur, secundum consuetudinem romane ecclesie, quando festum fit IX lectionum, nec....

[**Sanctorale**], f. 304-348. — *Rubr.* Incipiunt festivitates Sanctorum per anni circulum. In festo S. Saturnini mart. Oratio: Deus. F. 310vb. In Conceptione virg. Marie omnia dicuntur sicut in festo Nativitatis praeter lectiones. F. 311. Lectio prima. Anselmus cantuariensis archiepiscopus et pastor Anglorum venerabilibus coëpiscopis suis ceterisque orthodoxis salutem et pacem. Conceptio venerande Dei genitricis. = Est Sermo de Conceptione B. M. perperam S. Anselmo adscriptus; cf. P. L. CLIX, 319-23, et probabilius Eadmero tribuendus. Cf. *Dict. de théol. cathol.* VII, Paris 1922, 1007.

27bis. — Breviarium chorale (II).

Priori volumini in omnibus similis est hic codex. In dorso renovato, saeculo XIX° ineunte, deauratis typis exaratum habes: *Breviarium Romanum Pars II.*

Habet ff. 417, et 1 fol. ad custodiam iam ablatum. Aliquomodo mutilatum exstat f. 1, cum etiam e praesenti codice adnotatio possessoris abscissa. Amatoribus miniaturarum ac illuminationum sequentia indigitamus folia: 13 (Resurrectio Christi), 117 (David divinitus inspiratur librum psalmorum describere), 212 (Varii Sancti in caelesti gloria Christi faciem contemplantes), 242 (Annuntiatio, similis est picturae Fr. Angelici Faesulani, O. Pr.) etc.

Haec vero continet volumen, post Absolutiones in nocturnis dicendas:

[**Kalendarium**], f. 2-7. — Notandum hoc kalendarium nullo modo duplicatum esse praecedentis; plura enim festa necnon et variae computi adnotationes hic desiderantur. — Ianuarius. 13, Octava Epiphanie, semid.; Hilarii ep. et conf. (deest in I). — 16, Marcelli p. et mart. (desunt martyres franciscani). — Martius. 19, Ioseph conf. sponsi Mariae. — Aprilis. 30, Sigismundi mart. [regis Burgundiae; v. AA. SS. Maii I, 83]. — Maius. 17, (deest Transl. S. Bernardini). — Iunius. 13, Anthonii conf. de Padua, ord. Min. — Iulius. 15, Divisio apostolorum, (deest in I); Quirici et Iulite mart. — Augustus. 2, Dedicatio Portiuncule, d. mai.; Stephani pp. et mart. — 5, Gloriose Virginis ad Nives, d. mai.; Dominici conf. — September. 1, XII Fratrum martyrum; Egidii abbatis. — 17, Lamberti ep. et mart.; Stigmatum S. Francisci. — October. 4, Sancti Francisci conf. fundatoris ord. Min. — 10, S. Cerboni ep. et conf. (loco 17ⁱ huius; cf. *Auctarium ad Acta Sanctorum*, Bruxellis 1852, 25). — 11, Octava S. Francisci. — November. 8, Translatio Ludovici conf. et ep., duplex; Quatuor Coronatorum mart. — December. 2, Viviane virg. et m. (in I: S. Bibiane). — 17, S. Lazari ep. et mart.

[**Temporale**], f. 8-116. — *Rubr.* Adventus Domini celebratur ubicumque. ... f. 10. Rubrica parisiensis (1) de distributione dominicarum post Pentecosten. Nota quod ab octava ... (sicut in I, f. 8).

f. 43. (post lectiones ad Matut. feriae IV post dominicam V post Pascha) *Rubr.* Ioannes episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis suis archiep. et episc. per universum orbem constitutis salutem et apost. bened. Bene gestis et congrue semper additur et communicata consultius providentur. Sane nonnullorum clericorum querela ad nos pervenit quod in festo Eucharistie et per eius octavam, culcatis aliorum sanctorum solempniis, circa celebrationem officii aggravantur. Super quo .... de consilio fratrum nostrorum duximus providendum, scilicet .... = Bullae editionem non invenimus.

f. 58. In vigilia Trinitatis ad vesp. Antiph. Sedenti super solium. — [Hymnus] In Maiestatis solio tres sedent in triclinio (*Rep. hymnol.* n. 8669). = Est officium a Fr. Ioanne Pecham, O. F. M., redactum, ed. P. Will. Lampen, ap. *La France Francisc.* IX (1928), 223-9. — f. 112 (post lect. dominicae III novembris sequitur). *Rubr.* In dedicatione ecclesie ad vesp. antiph. Domum tuam. *Hymnus:* Urbs beata Iherusalem dicta pacis visio (*Rep. hymnol.* n. 20918). — f. 116 album.

[**Psalterium**], f. 117-211. — *Rubr.* Dominicis diebus invitatorium. Adoremus. Beatus vir. — f. 183. Confiteor Deo Omnip. ... Marie virgini et beato Francisco et omnibus sanctis et vobis, fratres, me graviter peccasse per superbiam in legem Dei mei, cogitatione, delectatione, omissione, consensu, verbo et opere, mea culpa ... — f. 207 (post Te Deum) Incipiunt vigilie defunctorum. Placebo.

[**Commune Sanctorum**], f. 212-40.

[**Sanctorale**], f. 242-417. — *Rubr.* In annuntiatione B. Marie V. ad vesp. Antiph. Missus est. — f. 262v. In translatione S. Francisci officium fit sicut in natali eiusdem praeter lectiones que leguntur de translatione eius. Sed si ... (longa est rubrica); f. 262v. Lectio I. Franciscus igitur servus et amicus altissimi.. *des. lectio IX.a* ad civitatem Assisii detulerunt. = Est *Legenda Maior,* XV, n. 1-5 ad medium usque; ap. S. Bonav. *Opera,* VIII, 547-8.

f. 267. Anthonii conf. ad vesp. Antiph. Gaudeat ecclesia quam (*Rep. hym.* n. 7084. Est officium rhythmicum auct. Fr. Iuliano Spirensi, O. F. M.). *Lectiones incip.* In Hispaniis civitate Ulixbona, que ad occidentalem ... *des. l. IX.* martyribus palmam obtineat. = Sunt num. 1, 2, 3 *Legendae anonymae* ap. AA SS iun. III, 198. — f. 295. In festo visitationis Marie. In primis vesp. Antiph. In splendoribus sanctorum refulget Maria ... [Hymnus] Pange lingua gloriose | diei preconium (*Rep. hym.* n. 14442).

f. 338v. Clare virginis ad vesp. Antiph. Iam sancte Clare claritas (*Rep. hymnol.* n. 9372). [Lectiones noct.] Venerabilis Cristi sponse Deoque dicate Virginis Clare natalitium diem fratres karissimi. ... = Ed. Mich. Bihl, ap. AFH VIII, 39s. — f. 353v. B. Ludovici conf. ad vesp. Antiph.

(1) Haec Parisiensis rubrica Ordini Minorum imposita fuit per capitulum generale Tolosanum, an. 1437; cf. Wadd. ad an. 1437, n. 30.

Tecum fuit principium, beate Ludovice, virtutum Christus. [Hymnus] Vergente mundi vespere | sol (*Rep. hymnol.* n. 21420).


f. 386. In S. Francisci confessoris, ad primas vesp. Antiph. Franciscus vir catholicus. [Lectiones] Apparuit gratia Dei Salvatoris ... *des.* in evangelicam commutare. = *Legenda Minor,* lectio I-V; ap. S. Bonav. *Opera,* VIII, 565-6. — *Rubr.* Infra Oct. ad Benedictus. S. Francisce propere, veni (*Rep. hym.* n. 18465). Alia antiphona ad Magnificat. Plange turba paupercula (*Rep. hym.* n. 14961). — f. 407v. In S. Elyzabeth. Oratio. Tuorum corda. [Lectiones]. Beata Elyzabeth filia regis Ungarorum ... *des.* glorie pro momentanea passione. = Cf. *Bibl. hagiogr. lat., Supplem.* n. 2510b. — f. 417. *des.* (officium S. Katherine) gaudete potius paratum vobis esse regnum celorum. — f. 418. Album.

Marchiae in Belgio.

(Continuabitur). P. Hugolinus Lippens, O. F. M.



BIBLIOGRAPHIA



Hüntemann, Ulricus, O. F. M., Fr. — *Bullarium Franciscanum continens Constitutiones, Epistolas, Diplomata Romanorum Pontificum Eugenii IV et Nicolai V ad tres Ordines S. P. N. Francisci spectantia. Collegit et edidit Fr.* U. H., *O. F. M., lector iubilatus. Nova Series. Tomus I. (1431-1455).* — Ad Claras Aquas (Quaracchi), prope Florentiam, Ex typ. Collegii S. Bonaventurae, MCMXXIX. — In-4º max.; LX, 978 pp. — (Lib. 200).

Molis immanis laborem, quem huius voluminis gravioris compilatio annis pluribus decurrentibus facessebat, P. Ulricus Hüntemann, an. 1903-15 et 1919-28 in Collegio S. Antonii Romae Lector historiae ecclesiasticae, anno currente tandem ad finem laetum perduxit, ipsique e corde sincero gratulamur. — Sui quidem voluminis fatum in perbrevi praefatione (V-VII) adumbravit. Conventum erat inter P. Conradum Eubel, O. M. Conv. et P. Ulricum H., ut sociata opera voluminis huius, quod cum utriusque collectoris nomine in publicum esset proditurum, materiam conquirerent. Ast laudatus P. C. Eubel qui volumina V, VI et VII *Bullarii Franc.* Romae an. 1898, 1902, 1904, indefesso labore ediderat, iamque annis gravatus tunc *Epitomen* voluminum I-IV *Bullarii Franc.* quae P. Hyac. Sbaralea, Romae an. 1759-68 protulerat, ob eorumdem raritatem parabat, an. 1906 Roma discessit atque an. 1923, natus annos 82, senecio venerandus defunctus est; cf. AFH XXI, 156s. *Epitome* illa an. 1908 typis Claraquensibus prodiit; cf. AFH II, 646s.

Memorandum venit, quod Lucas Waddingus, O. M. Obs., in suos *Annales Minorum* (Lugduni 1625-54; II editio, Romae 1731-36) plurimas bullas Romanorum Pontificum inseruerat et in fine cuiusque voluminis bullarum collectionem subdiderat. — Eodem tempore Petrus de Alva et Astorga, Waddingi sodalis, *Indiculum Bullarii Seraphici,* brevium « regestorum » more, sollertia maxima collegerat, Romae 1655 typis editum. — An. 1780 Flaminius Annibali de Latera, item O. M. Obs., ad quatuor Sbaraleae volumina *Supplementum* Romae evulgaverat.

Tomus quem P. Ulricus H. praeprimis e Registris pontificiis tabularii Vaticani, non pauca diplomata ex aliis operibus impressis interserens, diuturno conquisivit studio, tamen non *Bullarii Franc.* tomus VIII inscribitur, sed: « *Nova Series, Tomus I* ». Ipsa etiam tomi huius forma paulo minor est (33×22,05 ctm.) quam forma voluminum I-VII primae

seriei (38×27 ctm.). — Plures paginas quam illius seriei volumen quodlibet hic tomus novus comprehendit, duos haud breves pontificatus: Eugenii IV (1431-47) et Nicolai V (1447-55) complectens. Quae periodus gloriose ac prospere efflorescentis Observantiae regularis in Ordine Minoritico profectibus ac progressibus signatur, postquam liquit Ordinis unitatem iam servari non posse. Ideo tunc pragmatica eventuum evolutione ad separationem Conventuales inter et Observantes deventum est. Fr. Guillelmus de Casali, « *Ordinis generalis Minister* » (1430-42), litteris suis 22 iulii 1438 datis, S. Bernardinum Senensem omnium Observantium Italiae Vicarium instituit, quas litteras, bullae suae 1 sept. 1438 insertas, Eugenius IV confirmavit (n. 385). Fati Guillelmi successor, Fr. Antonius de Rusconibus (1443-49), qua « *totius Ordinis Fr. Min. generalis Minister* », die 13 iulii 1443, epistola duplici S. Iohannem de Capistrano Observantium Citramontanorum atque Fr. Iohannem de Mauberto Observantium Ultramontanorum Vicarios generales, qui plenaria Generalis potestate subditos suos regerent, instituit. Quas epistolas item bullis suis 1 augusti 1443 insertas idem Eugenius IV auctoritate sanxit apostolica (n. 707).

Revera in dies longe maior huius novi voluminis pars Observantes respicit horumque domos aut de novo fundatas aut ad « Familiam » transeuntes, negotia eisdem gerenda a Romanis Pontificibus commissa, et ab eis strenue peracta, aliaque eorum gesta. — Non secus ac in voluminibus praecedentibus etiam in hoc quam plurimi Fratres Minores, praesertim Conventuales, episcopi nominantur; aliis gratiae, privilegia, beneficia conceduntur, aliis indulgentiae tribuuntur, etc.; variae cum clero lites tanguntur, necnon et mox surgentes inter Conventuales et Observantes contentiones, etc. Multa valde emanarunt diplomata Clarissas, alias ab illis, alias ab his rectas et dein regendas contingentia. Plurimae etiam bullae Tertium Ordinem spectant, praesertim domos regulares Sororum in Italia.

In tomo isto compilando P. Ulricus H. eamdem viam et rationem, quam P. Conr. Eubel secutus erat, « *in plerisque* » tenuit. Formulas bullarum stabiles recte omisit; diplomata Ordinem nonnisi obiter tangentia etc. in breves epitomas sive regesta compressit. — Praefationi brevissimae (V-VII) indicem chronologicum bullarum (IX-LII) subnexuit atque initia earumdem (LIII-LVIII). — Voluminis corpus bullas Eugenii IV, n. 1-1046 (p. 1-527) exhibet, dein Nicolai V, n. 1047-1811 (p. 528-895); quibus A. aliqua subdidit *Addenda,* scilicet alias bullas Eugenii, n. 1812-22 (p. 896-900), demumque duas Nicolai, n. 1823-24, (p. 901-3). — Qui tunc subsequuntur *Index personarum* (905-41) et *Index locorum* (942-78), novam dispositionem prae se ferunt. Similes enim binos indices P. Conr. Eubel ita disponebat, ut in priore « *personas ad tres Ordines pertinentes* » ab aliis distingueret, atque in locorum indice solos conventus trium Ordinum recenseret. Atvero, distinctione inter nostrates et exteros abolita, P. Ulricus H. omnes personas omniaque loca simul fundit. Sed in nominibus creberrime occurrentibus, v. gr. *Antonius,*

Cardinales, Episcopos, Fratres O. Min., Clarissas, Fratres III Ordinis, alios religiosos, clericos saeculares, laicos coadunat et titulis praefixis clare distinguit. Insuper personarum nomina bis recenset, v. gr. *Antonium Rubei,* etiam sub *Rubei* repetens. — Index locorum sane ditissimus est; cf. s. v. *Bononia,* ubi bullae tangentes urbem, Archiepiscopos, conventus O. F. M., S. Clarae, III Ordinis, aliorum Ordinum notantur, ac dein nomina Fratrum Minorum, III Ordinis, canonicorum, laicorum repetuntur (sed absque numeris, quia hi in indice priore exstant); loca etiam dioeceseos in unum colliguntur. — Ita index novi tomi elenchis tomorum aliorum longe locupletior est; quae ubertas laboriose conquisita plane laudanda est. — Attamen index materiarum omnino deficit, nam P. Ulricus H. praetermisit illam « *tabulam materiarum* », quam P. Conr. Eubel in initiis tomorum ponebat, licet haec tabula solos Ordines franciscales spectaret et, ob nimios numeros coacervatos, usus laboriosi esset ac saepe parum proficui.

Desistamus oportet ab incepto ad singulos harum bullarum numeros 1824 descendendi. Attamen pauca quaedam significanda videntur. — Infra numeros bullarum citabimus. — Bullae 15 mart. 1431 (n. 4) inserta sunt Statuta generalia inter Conventuales et Observantes communi concordia in Capitulo Assisiensi an. 1430 stabilita. Textus Statutorum a notario publico Assisii redactus fuit, unde aliis editionibus haec (p. 3-11) praeferenda esse videtur. — Ast iam 28 aprilis 1432 bulla ista suspensa est usque ad proximum Capitulum generale (55), et Guillelmus de Casali Minister gen. a iuramento suo Assisiensi nullas dispensationes petendi solutus est (56). Dictum vero Capitulum Neapoli an. 1433 celebrandum, Bononiam translatum est, 29 dec. 1433 (87). Pro eodem stipem collaturis indulgentiam Portiunculae Papa largitus est (93), sed 9 ian. 1434 praedicto Guillelmo concessit illud « *ubicumque et quandocumque* » convocare (112). Quod revera isto anno 1434 celebratum est, uti e n. 120 elucet. Unde, addimus, a Mariano Florentino (AFH III, 713), Waddingo aliisque male anno 1433 Capitulum hoc affixum est. — Pro Capitulo Tolosano an. 1437 eamdem Portiunculanam gratiam dedit Papa (272, 355) et pro Capitulo Ianuensi an. 1440 (437); minores indulgentias an. 1454 Nicolaus V concessit (1754). — Notandum autem numeros 272 et 355 idem, quoad verba et tenorem, diploma exhibere; illius textus sumptus est e *Vaticanis Reg. Lat.* 389, f. 271, huius vero textus e Waddingo, 1437, n. 33 (XI², 17). Illud datum est *13 ian.* 1437, hoc datum esset *13 ian.* 1438 pro eodem Capitulo Tolosano. Sed hoc Capitulum iuxta bullam 7 dec. 1437 iam « *nuper celebratum* » erat (342), scilicet 19 maii 1437. Waddingus ergo, addimus, pro « *anno VI* » ex calami errore scripserat « *anno VII* ».

Caeteras bullas Ministris et Vicariis gen. datas, item ad sanctos insignesque Observantiae viros directas quilibet ope Indicis personarum facile reperiet. Porro quisque quaesiturus, an nomen aliquod illius temporis aliunde sibi iam notum in hoc opere occurat, fidenti animo Indices eiusdem adire poterit. — Supplicationibus Guillelmi de Casali annuens Eugenius IV, 10 nov. 1439, denuo *Maria magna* Alexandri IV,

Clementis IV et Bonifatii VIII bullis suis (449-51) inserta confirmavit; cf. etiam 613. — Fratres Coletani et Sorores Coletanae Generali parere debebant, non Vicariis (1186, 1243-49, 1491, 1623; cf. tamen 1584). Item Fratres Observ. Bosnenses (1250), licet hi antea Vicariis subiecti fuerint (1119-20), atque conventus de la Rabida (1280). An. 1449 Observantes Provinciae Castellae Ministris denuo subditi sunt (1323; v. 1649). — An. 1446 Papa statuit, ut deinceps ministeriatus Provinciae S. Iacobi triennium tantum duraret (1034); quod edictum an. 1453 cessatum est (1685). Idem praescriptum ac dein cessatum est quoad Provinciam Aragoniae (1174, 1264, 1371); quoad Siciliam v. 1078 et 1204. — Nicolaus V, 31 maii 1450 Eremitas O. S. Aug. a solutione canonicae portionis exemerat, sed 13 febr. 1451 hanc bullam pro omnibus Mendicantibus (qui eiusdem privilegii comparticipes erant) expressis verbis revocavit (1439). Attamen iam 30 martii 1451 denuo hanc suam bullam cassavit (1459). Sed 27 nov. 1451 denuo has quoque suas litteras revocatorias annullavit (1534). — De eadem quarta canonica plures tunc motae sunt lites (18, 283, 578, 826, 850, 1030, 1211, 1608, 1675 etc.). — Creberrime beneficia ecclesiastica Fratribus collata sunt (7, 51, 492, 516, 601, 635, 641, 669, 683, 687 etc.); alii poenitentiarii et capellani pontificii nominati sunt, alii s. theologiae doctores etc.

Papa 12 maii 1445 mandavit, ut pecunia a cive quodam pro capellae aedificatione Fratribus Min. (Conv.) Caesenae relicta «*pro constructione librariae*» applicaretur (911), cui bibliothecae etiam alia legata addixit (1365, 1789). — Cum conventus Arevali, O. M. Obs., «*copiosa librorum atque voluminum ... multitudine referta*» esset, Papa an. 1435 ei concessit: «*aliis domibus, in quibus Observantia vigebit, ad tempus, data tamen primitus de libris ipsis propterea non alienandis cautione idonea, commodare*» codices superfluos (167). — An. 1453 confirmata est emptio Gradualis, Antiphonarii et Missalis, quae Observantes conventus Dolensis (in Burgundia) suis confratribus Rubeimontis pro 82 francis vendiderant (1677). — In lite circa conventum Palentinensem (in Castella) an. 1444 Conventuales Observantibus inter alia obiecerunt ibidem studium philosophiae et theologiae viguisse «*ad quod fratres de Observantia minime idonei cognoscuntur, nec ad huiusmodi studia dispositi sunt*» (798). — An. 1448 Nicolaus V Observantibus Nurembergensibus (in Bavaria) facultatem fecit instruendi «*in conventu ... scientiarum studium ... in artibus et theologia, philosophia et in alia qualibet facultate et scientia*» (1262). — An. 1442 Eugenius IV denuo decreverat, ut in Parisiensi studio anni quibus Mendicantes in suis conventibus legerant eis computarentur pro gradibus assequendis (582). — Nicolaus V an. 1548 conventum O. M. Conv. Ulixbonae, ut «*eo amplius litterarum studiis intendere animentur*» universitati Ulixbonensi incorporavit (1684). — Ea diplomata quae Missiones Fratrum Min. in proximo Oriente, in Scythia, in Montibus Caspiis, in Gazaria seu Crimea, in Syria, in Insulis Canariis etc. illustrant, Indicem locorum evoluturi prompte invenient. Inter plures accusationes Fr. Praedicatoribus et Minoribus in Moldavia laborantibus haec facta erat,

quod « *Eucharistiae sacramentum in plerisque aliis quam Corporis Christi festivitatibus et aliis certis diebus semel in singulis mensibus in vasis transparentibus contra canonicas prohibitiones in suis processionibus publice deferunt* » (1619).

Compluribus aliis eiusmodi rebus minutis quibus bullae istae scatent dimissis, denuo tomi gravioris sedulo collectori laudes gratesque meritas referimus, optantes, ut sequentia volumina huius novae seriei *Bullarii Franc.* iam ab aliis Lectoribus Romanis parata, mox in lucem prodeant publicam. Denique immodestiae nemo nos arguet, quod laudes iustas compositioni typographicae nitidi voluminis, chartaeque immaculatae ac fibris ligneis immuni debitas hic non dissimulamus.

P. Michael Bihl, O. F. M.

1. **Bürgler, Anastasius,** O. F. M. Cap. — *Die Franziskus-Orden in der Schweiz. Ueberblick über ihre Niederlassungen, entworfen zur Erinnerung an die siebente Jahrhundertfeier des Hinscheidens des hl. Ordensstifters Franziskus von Assisi.* — Schwyz, Verlag der Drittordenszentrale, 1926. — In-8°, 204 pp. — (Linteo relig. Fr. helv. 7).
2. **Oberst, Johannes.** — *Die mittelalterliche Architektur der Dominikaner und Franziskaner in der Schweiz.* — Zürich und Leipzig, Orell Füssli Verlag, [1927]. — In-8°, 178 pp.; Illustr. — (Relig. Fr. helv. 20).

1. Occasione VII[i] centenarii a felici S. P. Francisci transitu decurrentis, sodalis quidam haud indoctus instituti franciscalis in Helvetiae finibus maxime efflorescentis P. Anastasius Bürgler, archivarius Provinciae Fr. Min. Capuccinorum, laudandum hoc volumen assiduus collegit. In ipso, quod neque mirandum est, neque ullatenus reprehendendum, praesertim de suamet Provincia egit (40-139), singulorum conventuum residentiarumque Provinciae Helveticae O. Min. Cap. historiam fusius exponens (30-109), brevius dein de conventibus atque hospitiis Commissariatus Ticinensis eiusdem Ordinis agens (109-16). Dehinc de stationibus Praefecturae Apostolicae Rhaetiae (116-26) atque quondam Praefecturae in vallibus alpinis Misox et Calanca sive Bregaglia, an. 1920 suppressae, loquitur (126-30). Item de hospitiis in Valle Engadina et Valle Tellina (130-3) strictior sermo fit, necnon et de Missionibus apud exteras gentes a Capuccinis Helveticis saec. XVIII ac praesertim saec. XIX susceptis (133-8). — Statim e parte III operis subiungimus, utpote iisdem Patribus Capulatis subiecta, monasteria 16 Tertiariarum, atque prosperas Congregationes Sororum Capuccinarum saec. XIX fundatas in Baldegg atque praecipue in Menzingen et Ingenbohl (187-94).

Opus etenim suum in tres partes dispertivit auctor diligens, partes has tribus Ordinibus S. Francisci conformans: I, p. 11-138; II, p. 139-47; III, p. 148-194. — In parte I, ab Ordinis initio recte progrediens A. agit de « Minoritis » sive Conventualibus (19-38). Maior conven-

tuum numerus, scilicet 10, erant antiquae Provinciae Argentinensis seu Alemanniae Superioris (19-31); alii 5 erant Provinciae Burgundiae (31-4); demum tres Provinciae Mediolanensis (34-7). — Observantes paucos conventus in Helvetia habuerunt (38-40); antiquum conventum Basileae occupaverunt an. 1443 aliosque tres aedificaverunt (Lugani, Bellinzonii, Morgiae). — Clarissae 8 monasteria in Helvetia fundaverunt (139-47).

In tertia operis parte Tertius S. Francisci Ordo respicitur (148-94). De Tertiariis in saeculo degentibus paucissima de medio aevo colligere potuit A., qui etiam usus est *Syntagmate* nostro ap. AFH XV, 349ss. etc. — Dein tantum paucas notitias e saec. XVIII praebet (150-1), plures vero e saec. XIX (151-3). — Fratres « Eremitae » sive « silvicolae » vulgo *Waldbrüder* (154-6), qui potius Tertio Ordini regulari accensendi essent, saec. XVIII in Helvetia germanica (seu linguae alemannicae) tres Provincias constituebant. Vicos et oppida prope quae Eremitae habitabant summarie enumerantur, quin de singulis eremitoriis constet, utrum revera Tertio Ordini adscripta fuerint. — Plurimae domus Tertiariarum regularium sive Franciscanarum sub regimine Minoritarum in Helvetia olim, id est ante reformationem saec. XVI, florebant (156-65), de quibus alia occasione plura hic erunt adnotanda. Hodiedum nonnisi duo supersunt: in Muotathal et Soloduri. Earumdem 10 se postmodum subdiderunt Capuccinis, qui novas harum Capuccinarum domos 7 fundavere.

P. Anast. Bürgler, quin nova e documentis ineditis eruat, maxima diligentia ea collegit, quae de singulis conventibus domibusque hucusque innotuerant. Ubique fontes suos saltem summarie indicavit. — De litibus Basileae contra « Beginas », i. e. contra Tertiarias saec. XIV motis aptius in parte III A. dixisset, (qui hic *Chronicam* ap. AFH III, 683, editam secutus est), harum loco plura de viris illustribus huius conventus (quemadmodum alibi, 23-4, 25-6 fecit) disserendo, v. gr. de beato Fr. Iacobo de Porta († 1349), de quo complura ap. AF III, 617-39. — Primus Conventus Luganensis vix a S. Antonio fundatus est, eoque vel minus an. 1216 (34). — Utile auctori fuisset opus P. Vigilii Greiderer, *Germania Franciscana,* II, Oeniponte 1781, ubi p. 579-663 etiam: « *Helvetia Franciscana* » pertractatur. — Catalogus bibliothecae monasterioli Tertiariarum in Wonnenstein, saec. XVI ineunte conscriptus, editus est ap. P. Lehmann, *Mittelalterliche Bibliothekskataloge Deutschlands und der Schweiz,* I, München 1918, 451-5; v. ibid. 185 etiam de conventu O. F. M. in Königsfelden. — Notare iuvat auctori pro sua Provincia ad manus fuisse opus egregium: *Chronica Provinciae Helveticae Ordinis S. P. N. Francisci Capucinorum ex Annalibus eiusdem Provinciae manuscriptis excerpta* [a P. Pio Meier, O. M. Cap.], Soloduri, 1884, in-4°, VIII, 791 pp. — Liber a P. Anastasio Bürgler alacri studio compilatus plausum meretur sincerum, praesertim qua symbolam ad historiam Tertii Ordinis regularis in Provincia Argentinensi magis illustrandam.

2. Opus insigne Iohannis Oberst, tabulis XXXVI delineationes ac effigies photographicas numero 151 exhibentibus atque 36 adumbra-

tionibus per paginas libri dispersis eximie ornatum, non circa historiam conventuum versatur, sed in ipso mere architectura ecclesiarum atque conventuum medio aevo intra hodiernae confoederationis Helveticae fines a Fratribus Praedicatoribus et Minoribus fundatorum perito calamo describitur atque illustratur. Auctor indefesso pede aedificia illa, quotquot adhuc supersunt, ipse adivit atque assidua manu ea evolvit quae in scriptis circa eadem memoriae prodita fuerunt. Plures enim aedes minus tempus edax quam hominum incuria atque interdum furor inconsultus delevit destruxitque, postquam circa an. 1530, ob ingruentem reformationem novatorum Fratres ex eisdem pulsi sunt.

Ut thema suum rite pertractaret, Iohannes Oberst quaestionem isagogicam prius instituit de rebus politicis Helvetiae saec. XIII ineunte atque de Ordinibus religiosis tunc in ea exsistentibus (cap. I, p. 9-12), dein de Ordine S. Dominici eiusque propagatione in Helvetia (cap. II, p. 12-5) dicens. Eodem modo tunc de primo Ordine S. Francisci loquitur (cap. III, p. 15-9) atque statuta quaedam Ordinis utriusque circa architecturam recolit (cap. IV, p. 19-22); exinde de ecclesiis cleri regularis ac saecularis in Helvetia ante annum circiter 1230 brevia perstringit (cap. V, p. 22-4). Quoniam Fratres Praedicatores Minoresque in Helvetiam penetrarunt ex Italia, Francia atque Germania, eorumdem Ordinum aedes sacras aliquas dictis in regionibus prius summatim A. describit (cap. VI, p. 25-31).

Tunc demum thema ipsum aggreditur in cap. VII (32-67) conventus ecclesiasque novem a Fr. Praedicatoribus in Helvetia fundata omni qua fieri potuit accuratione pertractans, delineans illustransque. — Eadem methodo, parique peritia ac dexteritate dein in cap. VIII (68-128) ecclesias domosque 20 Fratrum Minorum pertractat. — Circa singulas A. omnia data chronologica investigat, earumdem mutationes per saecula factas exponit, statum modernum reliquiasve aedificiorum accuratissime describit, plerumque figuris effigiebusque photographicis ante oculos ponit atque collustrat. Fieri nequaquam potest, ut ad singula perspicaci oculo observata, stilo peritissimo, maximoque studio descripta, exposita, digesta, delineata hic descendamus. Attamen infra aliqua speciatim adnotabimus.

His ita abundantissimis cum minutiis curaque summa propositis, A. in cap. IX (130-8) inscripto: « *Ergebnisse* », ea perstringit, quae e descriptionibus suis colligi posse censet. In Helvetia (ait) perinde ac in regionibus circumadiacentibus tum Praedicatores tum Minores Fratres typum ecclesiae concionibus coram multa populi turma recitandis aptam: « *Predigtkirche* » excoluerunt. Omnes istae ecclesiae Helveticae sive ternis sive singulis navibus (non binis) constabant. Saeculo XIV ecclesiae illae, tuncusque severae, ornamentis ditari coeperunt; naves earum non testudinibus seu cameris, sed lacunaribus ligneis tegebantur, duabus solis exceptis. Frontes, portae, muri navium, columnae etc. modo solito disponebantur; partes externae vix ornatae erant, etc. Capellae laterales saec. XIII exeunte addi coeperunt. Nulla harum ecclesiarum transsaeptum habuit. Mox post an. 1300 inter chorum et navem maio-

rem lectorium, vulgo «*lettner*» exstruebatur, cuius iuga media patebant, reliqua vero capellulas efformabant; in lectorio tunc pulpitum exstabat. Lectoria adhuc servata sunt in ecclesia (olim) Praedicatorum Bernae atque in ecclesiis (olim) Minorum Bellinzonii et Lugani. In his duabus ecclesiis lectoria picturis celebribus ornata sunt circa an. 1500. — Chori, in initio parvi, saec. XIV longiores construebantur; concamerati et polygoni erant, sed absque capellis periboli circumstructis. Sedes seu «stallae» chorales sobrie ornatae erant, etc. — Conventus circa ambitum sive claustrum seu peristylium vario modo disponebantur; nullus vero conventus Helvetiae intactus adhuc exstat. — Aedificia sacra Mendicantium non ab ipsis sed a civibus et operariis saecularibus structa sunt. Cives quoque donationibus, eleemosynis, anniversariis etc. conventuum ecclesiarumque fabricas promovebant.

Deinde (cap. X; p. 138-40), A. ostendit «influxum ecclesiarum Mendicantium in structuram ecclesiarum parochialium». In his etiam (ait) capellae circa chorum et transsaepta exinde omissa sunt. Insuper chorus cum apside polygona ex tunc chorum stili romanici quadratum cum sua concha abolevisset. — Demum (cap. XI, p. 141) A. breve operis sui summarium subnectit: Mendicantes typum proprium ecclesiarum evolverunt, principia artis gothicae ubique propagarunt, quin hunc stilum novis elementis ditarent. Saec. XIV Mendicantes ipsi maiores facultates assecuti choros suos auxissent seu prolungassent, in quos se recipientes et lectoria interponentes, praedicationem ad populum iam magis neglexissent.

Quae haud bene dicta nobis videntur. Nam sola navis populo semper patuerat, non chorus sive sanctuarium. Si chorus Fratrum antea in navi fuerat, ex hac sese retrahentes e contrario navim magis patefaciebant plebi ad sermones sacros accurrenti. Attamen nullius ecclesiae Helveticae chorum Fratrum olim in media navi situm fuisse A. vel insinuavit. Aucto proinde Fratrum numero, auctisque fidelium stipibus, Fratres saec. XIII exeunte et XIV ineunte et ecclesias suas et choros adauxerunt. Lectoria illa navim quidem fidelium chorumque Fratrum magis discernebant et separabant, ast non tunc tantum «antiquiorum Ordinum instar Fratres sese saltem interdum in chorum recipiebant», uti A. censet (141; v. etiam 31). Nam officia chori divini sive horas canonicas ab initio persolvebant distincti. sin separati a plebe. — Neque illatio de apside polygona plene quadrare potest, quia inter ipsam et concham romanicam chronologice inserenda erat apsis mere quadrata, quam Cistercienses praecipue propagaverant circa an. 1200. — Porro omissio capellarum periboli circum chorum in ecclesiis parochialibus et in conventualibus Mendicantium iam e sumptu magno talibus struendis necessario explicatur.

Quibus auctori obiectis, reliquas partes libri praeclara arte typographica impressi subnotamus. Textum enim sequuntur adnotationes (142-71), illustrationum elenchus (172-5), demum bibliographia (176-8). Huic adde plures dissertationes et monographias in eruditissimis adnotationibus recensitas. — Ad conventus Fr. Minorum nunc revertimur.

Modo methodoque architectonicis supra expositis, si adhuc saltem partes quaedam aedificiorum exstant, egregie tractantur conventus et ecclesiae: S. Francisci Lugani (68); Lucarni* (68-70), Basileae* (70-6), Turegi (77-80), Schafhusii (80-3), Bernae (83-5), Friburgi Nuithonum* (85-88), Lausanae* (88-102), Genevae (103), Lucernae* (104-10), Soloduri* (111-2), Burgdorfii (113), Neoduni, vulgo *Nyon* (113), Grandisonii, vernacule *Grandson* (114), Campi Regis, modernis *Königsfelden** (115-20), Zofingae (120), Lugani: S. Mariae Angelorum*, O. M. Obs. (120-4), Baltionae*, vulgo *Bellinzona* (125-7), Morgiae (127-8), Werthenstein* (128-9). — A nobis asteriscis * insignitae sunt ecclesiae eae quae adhuc partim saltem exstant.

Ex elencho praemisso delendus est conventus in Zofingen, qui numquam exstitit et auctori ipsi dubius apparebat. Conventus Werthensteinensis tantum saec. XVII fundatus est. « Conventus » Fr. Minorum Conv. Friburgensis solus adhuc exstat (v. AFH VII, 81-91; XV, 577), licet structura domus saec. XVIII penitus refecta sit una eum navi ecclesiae, choro antiquo conservato cum sedilibus suis circa an. 1280-1300 sculptis. — Ecclesia Basiliensis, quae cathedrali excepta, maximum oppidi templum erat, picturis muralibus ornata erat; hodie museum municipale est (72). Imago crucifixionis saec. XV super arcum triumphalem ecclesiae Lucernensis in pariete depicta adhuc exstat (108s.). — In ecclesia Fr. Minorum Conv. Bernae capella S. Bernardino dedicata erat, cuius fundationem non sine confusione cuilibet obvia ab A. refertur (84). — Distantia inter conventus O. Praed. et O. Min. non ex eorum arbitrio pendebat (138), sed bullis papalibus cauta erat; cf. *Bull. Franc.* III, 58-60; IV, 334, 423-4, 473-4, 483-4; V, 4-7, 54-5, 61, etc. — De conventu Morgiensi pluribus egit Pasch. Anglade in opusculo notato ap. AFH XV, 578. — Statuta O. F. M. contra aedificiorum sumptuositatem leguntur ap. S. Bonaventurae *Opera,* VIII (1898), 465-6; cf. etiam AFH III, 503, n. 11. — De simili opere circa ecclesias eorumdem Ordinum in Umbria dictum est ap. AFH II, 650-1, itemque in Thuringia, ibidem IV, 384-7.

P. Michael Bihl, O. F. M.

1. **Baethgen, Friedrich.** — *Die Chronik Johanns von Winterthur in Verbindung mit* C. Brun *herausgegeben von* Fr. B. — Berlin, Weidmannsche Buchhandlung, 1924. — In-8°, xxvii, 332 pp. — (R.M. 15). — *(Monumenta Germaniae historica ... Scriptores rerum Germanicarum, Nova Series, tomus III).*
2. **Brun, Carl.** — *Einige verbesserte Lesungen bei Vitoduran,* apud *Zeitschrift für Schweizerische Geschichte,* II, Zürich 1921, 212-5.
3. **Baethgen, Fr.** — *Zu Johannes von Winterthurs Bericht über die Schlacht am Morgarten,* ibidem, III (1923), 106-10.
4. **Brun, C.** — *Der Armutsstreit bei Johannes von Winterthur. Ein Beitrag zum Kommentar und zur Kritik des Chronisten,* ibidem, III (1923), 111-22.

5. **Baethgen, Fr.** — *Franziskanische Studien,* ap. *Historische Zeitschrift,* CXXXI, München und Leipzig 1924, 421-71.

6. **Brun, C.** — *Die Franziskanermission und der Orient bei Johann von Winterthur. Zum Kommentar und zur Kritik des Chronisten,* ap. *Zeitschrift für Schweizerische Kirchengeschichte,* XVII, Stans, 1923, 29-37.

7. **Hofer, Johann,** P. Dr., C. Ss. R. — *Die Geschichte des Armutsstreites in der Chronik des Johann von Winterthur,* ibidem, XXI (1927), 241-63.

1. Fr. Iohannes, O. F. M., Vitoduranus sive de Winterthur (Helvetiae) agnominatus, an. 1340-48 *Chronicam* suam composuit, quae res gestas universas annorum 1200-1348 complecteretur, sed magis in iis immoratur quae Helvetiam et Germaniam Superiorem contingunt. « *Ego* (ait in Prologo) *frater Iohannes, ortus de oppido dicto Wintertur, fratrum Minorum minimus, decrevi non immerito, rudi tamen et incocto sermone, cum faleratis et pompaticis verbis loquendi periciam et eloquenciam non habeam, acta et gesta meorum temporum et paulo ante habita ... summatim interdum et curtatim, quandoque singularius et diffusius annotare. Quae autem in principio operis praesentis scripturus sum, ... ex quibusdam Cronicis a me perlectis, partim ex relacione hominum, ipsa coram me attestancium et affirmancium hec, compaginavi. Que vero post hec per totum opus ponenda censui, prout visu proprio vel auditu didici, vel communis vox et fama celebris me edocuit, diligenter conscribam.... Quamvis autem de plurium parcium gestis scripturus sim, praesertim tamen, cum Alemannus sim, de Alemanie partibus* » (adde: *scribam*).

Revera humili stilo, frequentibus soloecismis, res gestas Fr. Iohannes retulit, minus factorum nexus causasque investigans, quam crebris emboliis seu narratiunculis insertis res atque personas depingens, ita ut revera magis narratorem iucundum ageret quam gestorum historiographum sobrium atque severum. In hac narrandi methodo Fr. Iohannes Vitoduranus non sine ratione cum Fr. Salimbene Parmensi, qui paulo ante eum vixerat, comparatur, quamvis Helvetius seu Alemannus dicaculi Parmensis ubertatem assecutus non fuerit. Eiusmodi narrationes amoenas statim de Federico II imperatore (1212-50) Vitoduranus interseruit (7-12), sed praesertim (21-31) de Rodulpho I Habsburgensi (1273-91).

Post annum 1288 Vitoduranus non nisi incidenter, de rebus antiquioribus loquens, fontes scriptos adhibuit, iam relationes coaequalium suorum, quas tenaci memoria retinebat, abunde usurpans (39). Antea, quemadmodum editores diligentissime adnotavere, locos aliunde exscriptos minoribus typis exprimentes, Fr. Iohannes praecipue adhibuerat *Chronicam minorem* a Minorita Erphordensi circa an. 1261 compilatam (ed. Holder-Egger, ap. MGH *Script.* XXIV, 178-204; ed. idem, ap. *Monum. Erphesfurtensia,* 1899, 524-671), *Flores temporum* a Fr. Minore Suevo an. 1292-94 collectos (ed. idem ap. MGH *Script.* XXIV, 230-50), Martinum Polonum sive Oppaviensem atque Iacobum de

Voragine, utrumque O. Praed. — Hinc fit, ut Vitoduranus neque de suo Ordine, neque de S. Francisco quidpiam novi in hac *Chronicae* suae parte antiquiore (1-39), memoriae prodiderit.

Tantummodo de Fr. Bertholdo 'egregio predicatore' « *qui circueundo et deambulando frequenter Alamaniam ipsam mirabiliter illustravit et peccatores innumeros ... convertebat* » aliqua interiecit (18-20) et de Fr. Henrico, Knoderer agnominato, Suevo, O. F. M., quem rex Rudolphus episcopum Basiliensem (1275-86) ac dein archiepiscopum Maguntinensem (1286-88) constituit (29-30). Qui rex Rudolphus Fr. Minores « *confessores sibi et suis liberis ... adoptavit* » (29) et etiam Fr. Conradum Probum episcopum Tullensem (1279-96) creavit (28). Abhinc iam omnia narrata typis aequalibus (sive maioribus) exprimenda erant, sed editores saepe characteres minores pro iis narratiunculis, quas parvi momenti aestimabant, adhibuere.

Deinde Vitoduranus annos 1290-1324 expositione non diffusa peregit (39-82), longe maiorem *Chronicae* suae partem annis 1324-48 reservans. Anno enim 1324 Ludovicus IV Bavarus, « *a papa Iohanne XXII ... anathematizatus* » est (82), unde asperrimae diuturnaeque contentiones, rixae, pugnae inter Papam et Ludovicum Bavarum exortae sunt. Asseclae Ludovici, quos inter (ut omnes norunt) etiam Fratres quidam Minores: « *nobilia Ordinis omni laude digna membra* » (96), excommunicationibus percussi sunt, regiones atque oppida regis fidelia interdicto ecclesiastico subiecta sunt, clerici et religiosi « *non cantantes* » (158), i. e. officia sollemnia ideo omittentes, expulsi sunt, pessima rei religiosae neglectio ingruebat etc. Fr. Iohannes Vitoduranus, media in confusione ista victitans, de controversiis litterariis circa regiam potestatem atque pontificiam auctoritatem parum curans, Lindaviae (Lindau) an. 1340-48 degens et scribens, magis Ludovico quam Iohanni XXII eiusque successoribus in rebus politicis favebat. Lindavia regis seu imperatoris partes tenebat (253s., 261s.). Vitoduranus caeterum in rebus religiosis Summis Pontificibus se subdebat, quamvis in controversia circa paupertatem minoriticam tunc actitatam Iohanni XXII contradixerit (92-9), necnon eiusdem de visione beatifica opinioni seu « *errori* » (104-5). Fr. Petrum de Corvara, O. M., a Ludovico imperatore antipapam Romae an. 1328 constitutum, licet eumdem excuset, respuere non dubitat (86-8). Fr. Iohannes enim totis praecordiis compositionem ac pacem inter imperatorem et papam anhelabat (223-6), hocque suum desiderium etiam carmine quodam edisseruit (226-8). Cf. infra num. **4** et **7**.

Res contentionesque politicae, bella, pugnae in hac *Chronica* memorata iam saepe a pluribus viris eruditis discussa sunt, quorum dissertationes suis quibusque in locis editores diligenter adnotaverunt. — De suo Ordine Fr. Iohannes in genere non multa adnotavit. Etiam de controversia circa Christi paupertatem facillime plura nobis prodere potuisset, praecipue de Fratribus Michaele de Caesena et Bonagratia (95-7, 156-7, 192), Henrico de Thalheim (96-7), Conrado de Wilnheim (Weilheim, 97-8), Guilelmo Occa[m]. Hic obiter tantum memoratur una cum Fr. Nicolao de Lira (268). —

Etiam sui ipsius Provinciae « *Superioris Alamaniae* » (96) conventus nonnisi per transennam recoluit: Bernae Frater quidam visionem habuit (100s.); guardianus a milite in maxilla ex errore vulneratur (164); Basileae (101, 165); Lindaviae, ubi Frater mortis praesagium habuit (69s.); ambitus et officinae conventus ab undis lacus Bodamici inundantur (203s.); Fratres contra usurarios praedicant (239). Fratres Schafhusa Villingam in nocte ambulantes cantu suo latronem convertunt (70); etc. — Reliqua ope Indicis duplicis copiosissimi nominum (281-307) et verborum atque rerum (308-29) facile quilibet reperiet; cf. 321a-b.

Chronologus noster Alemannus plura de Fratribus suis peregre degentibus, praesertim in Orientis partibus retulit. Hos locos P. Hier. Golubovich in sua *Biblioteca bio-bibl. d. T. S.* II (1913), 143-50, fere omnes exscripsit. — Fr. Iohannes narrat Clarissas Accone an. 1291 esse trucidatas (42); Fr. Stephanum Ungarum in Sarai occisum (147-9); Fratrem O. Praed. apostatasse (149s.); alios 30 Fratres O. Praed. a Sultano Aegypti illusos (159-61); regem Tartarorum a Fr. Minoribus conversum (169s.); Fr. Minores 16 (rectius 6) in Persia decollatos (193s. et 208); horum 12 apud S. Sepulcrum morari (206, 221). — De 4 Fr. Minoribus Tanae in India passis Vitoduranus iuxta librum quem « *Frater sanctus Odoricus de Padua* [?] *oriundus* » edidit loquitur (230-1). — Quae « *quidam frater Ordinis S. Francisci oriundus de partibus inferioris Alemanie ... cuius epistolam ab eo directam suo generali de vicaria aquilonari legi latam et diffusam* » exposuerat, Vitoduranus excerpsit circa Evangelii fructus in Sinis collectos (233-5). Hanc ideo Epistolam ipse Fr. Arnoldo, Provinciae Coloniensis implicite attribuit, licet tenor eiusdem cum Epistolis Fr. Iohannis de Montecorvino satis quadret. Ergo vel Vitoduranum hic malae confusionis argues, vel potius Epistolam Fr. Arnoldi periisse induces. Illas vero Montecorvini Epistolas non solum Waddingus edidit, uti adnotatur (233), sed recens etiam Golubovich, l. c. III, 87-93 atque A. C. Moule (cf. AFH XVI, 226ss.), denique postmodum etiam Anast. Van den Wyngaert (v. supra, 408).

In docta praefatione (VII-XXXVII) accuratissime describitur codex autographus Fr. Iohannis Turegi adservatus, de auctore aliunde prorsus incognito disseritur atque de aliis exemplaribus posterioribus Chronicae et de editionibus eiusdem; v. gr. ap. G. Eccard, *Corpus historicum medii aevi,* Lipsiae 1723 et Francofurti 1743, I, 1793-1930; ap. *Archiv für Schweizerische Geschichte,* XI, II, Zürich 1856: *Iohannis Vitodurani Chronicon,* ed. G. von Wyss, p. XIII-XXXIV, 1-265. Editionibus et codicibus aliis penitus neglectis, novi editores recte autographo soli inhaeserunt, quod fidelissime typis expressum voluerunt, minimas vocum quarumdam minutias ad paginarum calces adnotantes. — Fr. Iohannes eruditus non erat, neque artem criticam exercebat, tamen *Chronica* sua magni est facienda (XXXI). — Editores intellexerunt stilum humilem Fr. Iohannis dictionibus S. Scripturae intime pervadi, plurimosque locos biblicos ad quos alludit, in adnota-

tionibus suis significaverunt. Attamen hoc in studio laborioso peritiam cl. viri Holder-Egger *Chronicam* Fr. Salimbene edentis (AFH VI, 759-65) haud assecuti sunt. Cf. p. 23, l. 2, ubi Fr. Iohannes utitur I Mach. 5, 19 vel II Mach. 13, 13; 15, 1 vel Luc. 14, 31. Ibid. l. 7: Luc. 19, 44. Ibid. l. 14: I Mach. 2, 42, 66. Ibid. 17: Ier. 30, 14. Ibid. 23: Matth. 2, 4. Ibid. 26: II Reg. 24, 14; I Par. 21, 31; Dan. 13, 23; Hebr. 10, 31. Ibid. 27: Ps. 17, 1; 30, 16; 143, 7 etc. Ibid. 34: Matth. 5, 43; 6, 24; 24, 10 etc. — P. 24, 16: II Mach. 11, 4; Iudith, 9, 6 etc. Ibid. 21-2: Ps. 77, 33; Luc. 1, 39. Ibid. 29: II Par. 7, 11; 31, 21. — P. 25, l. 28: Prov. 31, 32; Apoc. 18, 16. — P. 26, 14: Ioh. 11, 52. Ibid. 15: Dan. 13, 22; II Mach. 7, 31, 35. Ibid. 27: I Par. 4, 38; Ps. 3, 2; 4, 8 etc. Ibid. 30: Luc. 2, 19 etc. etc. — P. 52, l. 3: verbis *iam lucis oriente sydere* allegatur hymnus ad Primam dicendus; ap. Chevalier, *Rep. hymnol.* n. 9272. — Locus de S. Francisco (p. 4, l. 9-10) ex II antiphona vesperarum *Officii* eiusdem auctore Fr. Iuliano Spirensi assumptus est, unde omnia haec minoribus typis cudenda erant. — Sic etiam de usu Vulgatae et breviarii in *Chronica* Vitodurani dissertatio scribi potest, qualem de *Chronico Livoniae* scripsit W. Bilkius, *Die Spuren von Vulgata, Brevier und Missale in der Sprache von Heinrichs Chronicon Livoniae,* Riga 1928. Qui tamen huic negotio imparem se prodidit. — P. 1, l. 7 (cf. supra, 567) suspicor pro *incocto* legendum esse *indocto,* etiamsi autographon ita habeat; in hoc enim alias quoque mendas editores deprehenderunt.

Vitoduranus *Chronicae minoris* Erfordiensis recensionem adhibuit a Fr. Praedicatore Constantiae continuatam et in aliquibus mutatam, unde noster, nihil suspiciosus p. 4, l. 17: *Praedicatores* pro *Minores,* qua Gregorii IX secretarios posuit. — Fr. Iohannes Helvetius obiisse videtur in magna illa pestilentia, quae an. 1348-53 Europae regiones depopulavit. Ipse eiusdem epidemiae initia Messanae, ubi Fratres Minores « *brevi spacio temporis XXX mox mortis furia de medio sublati sunt* » (276), propriae sortis ignarus retulit.

2. C. Brun qui una cum F. Baethgen novam editionem Vitodurani praeparabat, ita ut Turegi degens codicis originalis apographon accuratissimum conficeret, hic aliquas lectiones codicis autographi paucis expandit. Inter has lectiones occurrit etiam vox Thana, qua in urbe Indiae Fratres Minores an. 1321 a Saracenis iugulati sunt (213-5). Cf. d eanno AFH XVI, 95-9.

3. Die 15 nov. 1315: « *quedam gens rusticalis in vallibus dictis Swiz habitans, montibus fere excelsis ubique vallata* » cum militibus equitibus Leopoldi, ducis Austriae, pugnam cruentam commisit eosque ad internecionem apud Morgarten redegit (79-81). Narratio huius pugnae a Fr. Iohanne Vitodurano scripta apud Helvetios celeberrima est. Baethgen ostendit partem priorem narrationis de modo « *Switensium* » se in montibus muniendi reapse niti in Iudith, 4, 1-17, cuius tamen dictiones Fr. Iohannes in pluribus scite mutavit, unde A. merito infert eius narrationem fidam certamque nihilominus esse.

4. Aliquibus circa controversiam de paupertate an. 1322-29 in genere dictis (111-3), Brun locos Vitodurani de eadem (92-5) discutit.

Agit praesertim de studio Iohannis XXII, qui: « *ut Fratres Minores facilius ... flecteret ad ... consenciendum sibi, capitula generalia ipsorum in locis sibi vicinis celebrari iubebat* » (93); scilicet saltem Parisiis 1329, et etiam Perpiniani 1331, uti Brun recte addit (115-8). Deinde (118-20) dicit de capitulo quod Iohannes XXII « *in villa Parisiensi fieri* » iusserat, ubi 'tota civitas turbata' in Fratres fuisset, sed cives audientes, quomodo Fratres publice paupertatem defenderent, Deum laudassent, iuxta Vitoduranum (94-5). Aliunde vero scimus (ait recte Brun) sequaces Iohannis XXII ibi triumphasse, Michaele Caesenate deposito; cf. AFH II, 163; IX, 135. Vide modo etiam ibid. XX, 260ss. Quoniam vero hoc capitulum Parisiense Epistolam encyclicam capituli Perusini anni 1322 non formaliter revocasset, Brun arguit narrationem hanc Vitodurani quadrare posse. Dubitat tamen, utrum eadem ad capitulum Perusinum (1322), an ad Perpinianense referenda sit (119-20). Vitoduranus enim nulli anno capitulum hoc Parisiense affixit. — Brun ex coniectura addit (116-7) studium supra relatum Iohannis XXII indirecte confirmari ab *Epistola* Gerardi Odonis ad Michaelem Caesenatem, quam ed. Alb. Heysse ap. AFH IX, 146-7. — Adnotat quoque (120-1) epistolas reginae Sanciae ad Fratres Minores scriptas et a Vitodurano obiter memoratas (93) exstare etiam ap. AF III, 508-14. Cf. num. **7.**

5. Editor *Chronicae* Vitodurani, hic ad conceptus generaliores assurgens, Fr. Iohannem in ambitum suum historicum, immo magis historiographicum sive idearum aevi illius sistere nititur. Vitoduranum cum aliis pluribus auctoribus saec. XIII et XIV confert, praecipue cum Fr. Salimbene, interdum etiam cum Fr. Thoma Tusco seu Papiensi (428, 447, 455s.), aliisque Ordini Minorum extraneis. Vitoduranus Chronica compilatoria aliorum scriptorum adhibuit (423), sed complura a suis Fratribus regiones universas peragrantibus didicit (423-5). Alia e traditione vulgi sive populi humilis hausit (425-6), forte [?] etiam a ioculatoribus vagis (427-30). Iuxta Ordinis sui indolem, fontes ipsius populares et orales in *Chronica* aliis praestant (430-2), unde etiam eiusdem stilus inornatus [partim] explicatur (432-3); coetus sociales civium (non nobilium) illius aevi horumque vitam quotidianam in *Chronica* apte pictam habes. Populus minutus sic subiectum historiae factus est (434-5). — « Exempla » praedicatoribus tunc usitatissima erant (435-8), taliaque A. censet [seu potius conicit] Vitoduranum praebere voluisse, narrans gesta Fr. Minorum missionariorum (439-43), aliaque plurima 'anecdota' seu narratiunculas inserens, etiam sic vulgus docturus (443-9). Ita « minus (ait A.) historiam quam historias narravit » (447). Historiographia quidem sic damnum tulit, facta et ipsa theologiae ancilla, omnia sub specie aeternitatis considerando (449-51). Hinc nil mirum, quod Vitoduranus gesta sui temporis verbis Vulgatae scripserit (451-2; cf. num. **3**). — Salimbene qua chronologus et narrator vividus, sed saepissime vanus, Vitodurano simpliciori praeponendus est (453-5). Attamen utriusque *Chronica* typi consimilis [aliquatenus] dici potest, orti ex indole Ordinis eiusdem. Uterque Fr. Minor clero saeculari plus minus infensus erat (455-9), neuter vel episcopis parcebat (459-60). Parmensis hoc egit sub

influxu Ioachimismi, Vitoduranus vero traditionem Ordinis secutus in his esset (460-1). Uterque erga Fr. Praedicatores male affectus erat (462-4), sed narratiunculis suis Ordinem suum exaltare studebat (464-7). In his aliisque rebus contra S. Francisci mentem ambo sentiebant (467-9). Persona Vitodurani in sua *Chronica* multo minorem locum quam Parmensis in sua occupat (469-70). Attamen etiam Vitoduranus 'subiectivismo' quodam novum tempus tunc instans et ipse praesagivit (470-1).

Haec omnia ab A. animo pacato ac ergo Vitoduranum benigno proponuntur, eruditisque allegationibus fulciuntur; ast aliqua, uti insinuavimus, non sine quibusdam hyperbolis dicta sunt. Ad singula hic non descendimus. Addimus vero Auctorem minus recte innuere Vitoduranum parum studio theologiae incubuisse, quia Argentorati numquam fuisset (454); nam praeter studium maius Argentinense, etiam in aliis provinciae suae conventibus studia exstabant. — Contra episcopos relata ab aliis quoque scriptoribus illius aevi minus praesules quam dignitatis pericula respiciunt. — In visione Innocentii III Lateranum non a parvulo « infante » sustentabatur (465), sed a viro modico et despecto; cf. II Cel. 17; *Leg. maior,* III, 10. — In adnotationibus (425, 445, 448, 454) aliqua in sua editione *Chronicae* utiliter supplenda addidit.

6. C. Brun ea quae Vitoduranus circa Fratres Minores Hierosolymis degentes narravit ad an. 1343 (206), circa peregrinationes in Terram Sanctam factas a Gerlaco comite Nassoviae (208-10) an. 1333 atque a Wilhelmo comite Hollandiae (211-3, 220-1) an. 1343, commentatione instruit e Waddingo, *Chron. 24 Gen.,* Golubovich etc. (32-7). Hoc iter Vitoduranus cognoverat: « *a quodam fratre Ordinis S. Francisci mihi noto, comite sue peregrinationis* » (221). Eiusdem itineris rationes expensarum servatae sunt ap. Hamaker, *De Rekeningen der grafelijkheid van Holland,* III, Utrecht 1878, 71ss., uti Baethgen adnotavit, l. c. et in *Hist. Z.* 131, 425; v. num. **5.** — Brun dixit etiam (30-1) de legatione Gerardi Odonis « *ad regem cuiusdam insulae paganum* », quam Vitoduranus (258) factam esse refert iam ante capitulum generale Assisii an. *1342* celebratum. Rem ita se habere Brun ex AF III, 528-9, ostendit. Vitoduranus ideo quoad capituli annum (quem *1340* legas) erravit (cf. AFH III, 296 et VI, 253ss.), item male Bosnam insulam esse credidit ac regem Bosnae paganum. Vix vero agitur de insula Canaria tunc a Lusitanis an. 1341 inventa, uti Brun solum coniecturando subdidit.

7. Eam Vitodurani relationem, de qua iam sub num. **4** actum est, P. Ioh. Hofer severiori et acriori crisi subicit. Postquam de controversia theoretica circa paupertatem Christi illo tempore agitata dixit (242-6), Hofer Vitodurani locos de eadem expandit (246-51), hos « valde obscuros et confusos » declarans (246), utpote pauca nova continentes (247-51) et erroribus gravibus infectos (247, 251). — A). Ea quae [ergo erronee] de capitulo generali « *Parisiensi* » (anni 1329) Vitoduranus retulit, Hofer securus capitulo Perusino (an. 1322) applicat (249-51). — B). Negat Iohannem XXII Ordinem Minorum 'graviter ... persecutum esse', etiam quoad capitula generalia sibi vicina (251-4). — C). Vitoduranus scribens (92) Iohannem XXII « *per modum quaestionis*

elidere ... perfectam Christi paupertatem » voluisse, omnino falsum asseruisset (253). — D). Immo Vitoduranus 'statum quaestionis' controversiae inter Papam et Ordinem penitus ignorasset, scribens 'atroci cum errore': quod Iohannes XXII « *astruere nisus est, quod Christus meram cum discipulis suis paupertatem non habuerit, sed cum eis proprietates in communi tenuerit* » (92). Nam Minores docuissent Christum et Apostolos nullum ius proprietatis vel usus habuisse. Forma pluralis « *proprietates* » errorem manifestaret (255). — E). Neque alii plures Minoritae tunc multum de controversia illa, quae iuxta Vitoduranum « *totam ecclesiam* » (92) commovit, curabant (256), uti neque Guil. Occam, an. 1322-25, neque auctor *Chronicae* Basiliensis, editae ap. AFH IV, 685-6. Hic Papam erroris non accusavit, licet ipse Ordinis sui partes teneret (256-8). — F). « Ea quae Vitoduranus de Papa et de controversia paupertatis scripsit, minus (ait Hofer) rerum factis consonant, quam ideis Michaelitarum » (259). Attamen Vitoduranus Michaelitas schismaticos non defendit (260-1), qui plures in Papam infensos reddiderunt, sed schisma fundare non potuerunt (261-2).

Ad haec quae locos Vitodurani peiorem in partem trahunt studiose, plura sunt subnotanda. — Ad A). Momentum psychologicum *timoris* capituli Parisini, quod Vitoduranus describit, huic capitulo congruit, non Perusino an. 1322, in quo Minoritae primum sententiam suam de paupertate manifestam fecerunt. Tunc sola bulla: *Quia nonnumquam*, 26 martii 1322, praeiacebat, nihil definiens, sed liberam de bulla *Exiit* disputandi facultatem faciens; BF V, n. 464. Confirmatur hoc etiam aliquatenus ex concione publica an. 1329 de paupertate a Fr. Conrado de Weilheim habita Parisiis (97-8). Iohannes enim XXII iam in bulla sua 28 febr. 1330 episcopi et officialis Parisiensium diligentiam in processu contra Conradum instructo laudavit; BF V, n. 842. Qui Conradus anno 1330 exeunte tandem e carcere Parisino liberatus est, propter interventum Iohannae reginae Franciae; cf. ibid. n. 884-5. Non ergo « *invincibilis* » perstitit, uti Vitoduranus refert (98), hac in re iure erroris ab Hofer (251) insimulatus. — Ad B). Persecutio illa negari non potest, visis bullis contra paupertatem Ordinis. Quoad capitula generalia v. num. **4.** Addimus Papam Michaelem de Caesena Avenione retinuisse, ne capitulo Bononiensi an. 1328 interesset; BF V, n. 706. — Ad C). Non falsum Vitoduranus hic asseruit, sed innuit se Iohannis XXII bullas non qua definitiones dogmaticas recepisse. Insuper Iohannes XXII in bullis: *Ad conditorem canonum* (8 dec. 1322) et: *Quia quorumdam* (10 nov. 1324) revera « *per modum quaestionis* » processit; cf. BF V, n. 486 et 554. Immo bullam illam post Fr. Bonagratiae protestationem, in aliquibus mutatam et revisam, denuo publicavit; BF V, p. 235-7. Cf. supra, 298ss. — Ad D). 'Error ille atrox' reapse non est nisi locutio impraecisa, nimis non stupenda in *Chronica* ista res theologicas et minoriticas tantum transeunter attingente. Forma ergo pluralis adeo exitialis non est, licet acie iuridica careat. Caeterum cf. Bonagratiae *Tractatum* supra, 323ss. a P. L. Oliger editum. — Ad E). Occam mox postea assiduam curam de controversia ista habuit. Minorita ille Basiliensis iam

an. 1325 *Chronicae* suae finem imposuit, uti ipse Hofer adnotavit (256-7). Anno autem 1328 disputatio illa, rei politicae immixta, valde percrebruit; Vitoduranus ipse haec circa an. 1345 scribebat. Commotio in ipso Ordine ideo facta elucet etiam e documentis recentius editis ab Ang. Mercati ap. AFH XX, 267ss.; cf. 292-3: « *IV Ministri Alemanie reversi sunt ad obedientiam ... Generalis* » Michaelis. — Ad F). Etiam ista aliquatenus, iuxta praefata, temperanda sunt, licet minus quam omnia alia hic ab Hofer contra Vitoduranum acrius inducta.

Hisce in subnotatis Vitoduranum non laudaverim, ast paullo aequiorem chronologi nostri censuram postulaverim. — Hofer aliqua bene dicta de Fr. Henrico de Thalheim collegit (248). — Item 4 Epistolas Sanciae, reginae Neapolis, editas ap. AF III, 508-14, rectis suis annis affixit, adnotans locum (ibid. 514, l. 12-23): *Licet ego - XV indictionis* (non: *XIV*), extremam partem primae Epistolae constituere, datae 25 iulii 1332, (non: *1331*). Tres aliae Epistolae hoc ordine scriptae sunt: 10 iunii 1326, 15 martii 1329, demum 18 april. 1331.

P. Michael Bihl, O. F. M.

Goyens, J[**érôme**], P. [O. F. M.]. — *Un héros du Vieux-Bruxelles. Le bienheureux Thiérri Coelde* († *1515*). *Notes et documents.* — Malines, Impr. S. François, 1929. — In-8°, 221 pp.; illustr. — *(Collection: Bruxella sacra).*

Propter huius libri titularem inscriptionem multiplicem et indolem insolitam non abs re erit quaedam claritatis gratia breviter praemittere ipsi bibliographicae notitiae. Mense octobri a. 1927 Bruxellis constituta fuit societas, quam recentiore vocabulo « comité » dicunt. Huic viri in tempore acto bene versati adhaeserunt, ut historiae ecclesiasticae eiusdem civitatis specialius incumberent. Studiosorum associatio sibi « Bruxella sacra » nomen imposuit. Actuositas vero scientifica non minus quam perutilis in eo consistit, quod viri adscripti quinquies vel sexies quotannis convocantur, ut iisdem adunatis communicationes breviores vel longiores praelegantur, quae historiam sacram localem concernunt et ex optimis fontibus praesertim archivorum desumuntur. Ita v. g. in quodam conventu A. noster, mediantibus *Actis Capituli* ecclesiae S. Gudulae, monstravit S. Nicolaum Pieckium, O. M. Obs. et Gorcomiensem martyrem, anno 1565 quadragesimam praedicasse Bruxellis in capella « Magdalenae » denominata. In votis est ut tales communicationes lectae, etiam prelo vulgentur. Monumentis ac usibus perantiquis tuendis, quae sacram historiam Bruxellensem adhuc illustrant, socii non minore zelo iam laborarunt. Novam vero activitatis seriem indicat incipitque ab associationis actuali praeside et Provinciae Belgicae O. F. M. archivista compilatus liber, qui nunc discutiendus venit.

Fr. Theodoricus Coelde, mortuus a. 1515, ob locum nativitatis a Monasterio (Westfaliae) dictus, alumnus fuit Provinciae O. M. Coloniensis. Observantiam regularem zelando, propriam proximorumque salutem curando, maxime a. 1489 heroice pestiferis Bruxellis inserviendo

tali fama sanctitatis etiam post obitum fruebatur, ut variae de ipsius vita et virtutibus ab antiquo fuerint institutae inquisitiones. Tandem, non multis abhinc annis, tota res ad Apostolicam Sedem fuit delata, ut haec Theodoricum solemniter adscriberet Beatis. Eandem igitur beatificationis causam promovere A. intendit vulgandis iis, quae saeculorum decursu de ipso Dei servo eiusque sanctitatis fama varii pia mente hinc inde collegerunt in scriptis prelove iam dederunt. Quibus dictis, patefiunt libri titulus multiplex atque indoles insolita.

Totum opus dispertiri potest in tres Partes, quarum I post praeliminaria quaedam tria affert documenta recentiora authenticaque et agit de prioribus reliquiarum recognitionibus (p. 7-39). II vero, in 5 capitulis distributa, respicit circumstantias externas vitae religiosae Fr. Theodorici, ipsius opera litteraria sive edita sive inedita, eiusdem iconographiam, vitae curriculum et bibliographiam (40-201). III tandem Pars continet textum documentorum quae res Bruxellenses illius temporis illustrant (203-20). Quas sequitur brevis tabula materiarum et illustrationum (221).

Descendamus ad particularia. Praeliminaria (7-21), paucis mutatis vel auctis, Auctor repetit ex suo articulo in AFH XIX, 418-22 et 426-30, uno addito documento ex a. 1870. Quae habentur de ultima exuviarum recognitione, a. 1926 facta (22-4), vulgata iam fuerunt apud *Acta Ord. Fr. Min.*, XLVI, 1927, 171s. Tractatulum, secundum varia testimonia, de statu praeterito atque praesenti reliquiarum (24-39), ubi inedita habentur, licet pro historia franciscana minoris momenti, ipse A. magis speciatim nostris lectoribus amice destinavit.

Capitulum 1um Partis II, iuxta Patricium Schlager, O. F. M., *Beiträge zur Gesch. der Köln. Franziskaner-Ordensprovinz im Mittelalter*, Köln 1904, 153-60, principaliora ex Observantium Coloniensium historia breviter recapitulat (41-6). Notatu digna sunt quae A. p. 45s. dicit de sigillo (minist)RI MINORUM FRATRUM IN ALEMANNIA ex anno 1244 et de S(igillo) FRM MINOR(um) † AMINI(s)TRACI(on)IS COLONIEN. Utrumque exhibet tres Magos, medio vero corpore, cum stella eisdem superposita; in parte superiore additur vox STELLA, in inferiore MAGI. Altera additio (46) concernit Fr. Antonium de Kempis, Ministrum provincialem, mortuum 23 oct. 1482, cuius lapis sepulchralis adhuc conservatus dicitur in coemeterio de Butzel.

Cap. II de *Speculo Christianorum* sive *Kerstenspiegel*, a Fr. Theodorico composito, disserit eiusque 17 editiones plus minusve accurate describit (47-54), etsi neque materiam neque editiones exhaurire A. intendat. Laudabiliter cuiusque editionis exemplar adhuc conservatum indicatur. Deinde duo sermones ac duae collationes, ab ipso Theodorico habitae sed ab aliis scripto mandatae, eduntur e cod. Bruxellensi *2915* f. 71-102v archivi domus municipalis (54-91). — Cap. III servi Dei iconographiam tradit (92-108), describendo indicandoque prius, ordine chronologico, imagines aeri incisas sive separatas sive libris adiunctas, postea vero effigies penicillo elaboratas atque variis in locis Belgii, Hollandiae, Germaniae pie conservatas. — In Cap. IV chronotaxis vitae

Theodorici, quam Iacobus Polius, O. F. M., compilavit et a. 1654 Bollandistis communicavit, editur ex originali Bruxellis in Bibl. Regia sectione MSS. sub n. *8969-71* nunc exsistenti (110-46). Est prima editio totalis, multis notulis illustrata; maiorem ac graviorem vero partem Patricius Schlager antea publicaverat in *Beiträge zur Gesch. der Sächsischen Franziskanerordens-Provinz,* 1907, 10-33.

Multos Cap. V indicat breviusque commentatur auctores, qui servum Dei extulerunt scriptis suis, et ex iisdem affert varia extracta (147-201). Principaliora prius ipse A. nostris lectoribus in AFH, XIX, 422-6 iam concisius patefecerat. — In duabus tandem Appendicibus, quae Pars III dici possent, sequitur editio *Consultationis super peste* a. 1489 Bruxellis a quatuor physicis habitae et magistratui civitatis oblatae (203-16), necnon duarum litterarum eiusdem temporis (217-20).

Pertaesum, imo supervacaneum duximus hic affere leviores mendas, quae probent curam ipsi redactioni applicatam et correctionem foliorum ad examen impressorum sufficientes non fuisse. Quae mox constabunt legenti, maxime germanicam linguam callenti. Paululo gravius est, quod omnes Vicarii provinciales ex Observantia promoventur in Vicarios generales (46). Dolendum quoque, quod in editione *Consultationis super peste,* sine lectoris admonitione, omittuntur 14 lineae (212), uti patet ex apposita manuscriptae paginae imagine. Illustrationes insertae generatim gratae erunt lectoribus, sed imago 7 effigierum Theodorici in unam compositarum (93) potius cuiusdam collectoris pium zelum probat quam studiosis praebet utilitatem. Ceteroquin hunc librum, cui materiales imperfectiones rerum periti abiudicare nequeunt, ipsam causam apostoli pestiferorum insigniter promoturum esse, aeque speramus ac confidimus. **P. Donatus van Adrichem,** O. F. M.

1. **Johannes Eck.** — *Epistola de ratione studiorum suorum* (1538). — **Erasmus Wolph,** *De obitu Ioan. Eckii adversus calumniam Viti Theodorici (1543), herausgegeben von* JOHANNES METZLER, S. J. — Münster in Westf., Aschendorffsche Verlagsbuchhandlung, 1921. — In-8°, [IV], 106 pp. — (RM. 4,35; vel pro iis qui toti Collectioni subscribunt: RM. 3,75). — *(Corpus Catholicorum. Werke katholischer Schriftsteller im Zeitalter der Glaubensspaltung, Heft 2).*
2. **Kaspar Schatzgeyer,** O. F. M. — *Scrutinium divinae Scripturae pro conciliatione dissidentium dogmatum (1522), herausgegeben von P. Dr.* ULRICH SCHMIDT, *O. F. M.* — Ibidem, 1922. — In-8°, XXVIII, 179 pp. — (RM. 7,80; resp. 6,65). — *(Corpus Cathol., Heft 5).*
3. **Augustin von Alfeld,** O. F. M. — *Wyder den Wittenbergischen Abgot Martin Luther (1524), herausgegeben von Dr.* KAETHE BUESCHGENS. — *Erklärung des Salve Regina (1527), herausgegeben von P.* LEONARD LEMMENS, *O. F. M.* — Ibidem, 1926. — In-8°, 102 pp. — (RM. 4,50; resp. 3,80). — *Corpus Cathol., Heft 11).*

4. **Nicolaus Herborn**, O. F. M. — *Locorum communium adversus huius temporis haereses Enchiridion (1529), herausgegeben von Dr. P.* PATRICIUS SCHLAGER, *O. F. M.* — Ibidem, 1927. — In-8°, XXVIII, 190 pp. — (RM. 7,50; resp. 6,40). — *(Corpus Cathol., Heft 12).*

Quoniam operum a viris catholicis saeculo XVI contra novatores editorum, quibus fidem avitam adversus horum aggressiones plus plusque ingruentes defensarent, plerumque nonnisi rariora exempla in magnis supersunt bibliothecis, Dr. Jos. Greving, morte immatura iam an. 1919 abreptus, concilium cepit eadem denuo prelo subiciendi. Novas has editiones adnotationibus adornatas ac suffultas esse voluit, fontes ab illis auctoribus adhibitos significandos esse recte statuit atque variantes editionum, si plures in lucem prodiissent, subnotandas esse merito censuit. *Corpus Catholicorum* historiae saeculi XVI (quod etiam reformationis audit), aevi valde commoti ac perturbati magis illustrandae inservire debet, simul aemulans *Corpus Reformatorum* a modernis Protestantibus collectum. — Integrae collectioni subscribentibus pretio mitiore singula volumina offeruntur.

1. Iam aliquot fasciculi *Corporis Catholicorum* scripta Fratrum Minorum de novo impressa exhibent, quae hic paucis recensebimus. — Initium autem sumimus a viro extraneo huic Ordini. Iohannes Eckius, acerrimus Lutheri impugnator, « Catholicorum Achilles », inter plurima alia opera polemica an. 1538 scriptum quoddam autobiographicum composuit, in quo studiorum suorum curriculum descripsit. Aliquot in hac *Epistola* loci Fratres Minores contingunt. Quos locos hic exscribimus, ne nostrates lateant. Et hos locos et alios universos novus *Epistolae* editor commentario pererudito instruxit, iis sane adeundo qui peculiarius de rebus scholasticis saec. XVI ineuntis agent.

Praefatam Iohannis Eckii, iam an. 1543 defuncti *Epistolam* frater ipsius Simon Thaddaeus « *formulis excudendam* » (37) dedit cum altera Erasmi Wolphii *Epistola* contra calumnias de eximii morte Iohannis Eckii adinventas pro « *imperiti vulgi credulitate* » (80). Utraque *Epistola* an. 1543 Ingolstadii prodiit, adiectis in fine aliquibus carminibus in maledicos Ioh. Eckii calumniatores. — Praemissa introductione de *Epistola* utraque (14-34), P. J. Metzler et illam (37-75) et hanc (76-83) una cum dictis distichis (84-7) denuo typis commisit. — Porro Iohannes Eckius iam diu antea in suo *Chrysopasso de praedestinationis materia*, Augustae Vindelicorum 1514, plura alia de studiis magistrisque suis dixerat. *Chrysopassus* 545 paragraphis sive VI centuriis constat, quarum sexta solum ad numerum 45 pertingit. Praesertim e *Chrysopasso* editor res ab Eckio in *Epistola* dictas illustrat, et Eckii et aliorum auctorum locos subdens.

An. 1509 Friburgi Brisgoviae in universitate « *tantum profeci* » (ait Eckius in *Epistola,* 45) « *ut ... licentiam ... adeptus, publico stipendio iuvenis theologiam profiteri inceperim, G. Ocham et Gabrielis* [Biel] *commentaria praelegendo* ». — An. 1510 ad studium Ingolstadiense evocatus,

ibi « *Doctoris subtilis, Francisci Maronis,* [O. F. M.], *et asseclarum placitis,* [Petri] *Aliacensis,* [Iohannis] *Maioris et aliorum commentariis invigilans, lapso deinde biennio, specimen lectionum mearum exhibui in altissima praedestinationis materia ... quam invulgavi opere quod Chrysopassum inscripsi* (48-9). — An. 1516 Vindobonae praeter Areopagitae libros: « *nactus opera Cusani, Honorii Solitarii, Hugonis de Palma, Petri Hispani, Maronis in Dionysium, adgressus sum theologiam negativam seu mysticam* » (52-3). Respicitur iam dicti Franc. Maironis *Commentarius* in Pseudo-Dionysii *Mysticam Theologiam* de quo cf. Sbaralea, *Supplem.*, 271; I² (1908), 286. — Editor Hugonem de Balma auctorem *Mysticae theologiae,* olim inter S. Bonaventurae opera computatae, recte O. Cart. dicit.

Editor *Epistolae* inter alia adnotat Eckium mense iulio an. 1515 Bononiae in ecclesia S. Francisci publicam disputationem habuisse (51). — Item adnotavit Ioh. Eckium obiisse, iuxta testem coaevum, Ingolstadii 10 febr. 1543, in « *parochi, Franciscanorum et multorum aliorum assistentia* » (81). — An. 1523 Ioh. Eckius Romae moratus, linguam etiam hebraicam addiscebat: « *Audivi tunc Rhomae* (ait in *Epistola,* 67-8) *etiam Sanctem Pagninum et Achacium, professores hebraismi; in Chaldaeo praeter versionem in Pentatheucon Complutensem, usus sum muto magistro Munstero, qui prae caeteris egregie emulatur et assequitur Heliam* ». Omnes norunt Eckium hic respexisse Polyglottam Complutensem, quae cura et expensis Cardinalis Francisci Ximenez de Cisneros, O. Min., an. 1514-17 prodiit. *Mutus* ille magister erat Fr. Sebastianus Münster, O. M. Obs., celeber hebraista et cosmographus, cuius *Epitome Hebraicae grammaticae,* Basileae 1520, et *Institutiones grammaticae in Hebraeam linguam,* ibid. 1523 prodierant. Munsterum *mutum* Eckius dixit *magistrum,* quia solum ipsius libris usus est, docentem vero non audivit. — Caeterum Ioh. Eckius, contra Lutheri doctrinas pugnantium antesignanus, longe plures auctores Ordinis Minorum, antiquos et sibi coaevos laudavit atque adhibuerat in suo *Chrysopasso.* Cf. Jos. Greving, *Johann Eck als junger Gelehrter. Eine literar- und dogmengeschichtliche Untersuchung über seinen Chrysopassus praedestinationis aus dem Jahre 1514,* Münster i. W. 1906, 33 sqq. Greving (ibid. 101) exposuit Eckium in *Chrysopasso* scholae antiquae franciscanae inhaesisse praeprimis Bonaventurae et Scoto.

2. Caspar Schatzgeyer, alias Schatzger seu Sasgerus, O. M. Obs., qui postmodum plura opera adversus novatores edidit, an. 1522 spiritu plane irenico, polemicam methodum acrem tunc vigentem omnino devitans, e Sacra Scriptura abundantissime allegata, nonnisi valde paucis Patribus doctoribusve Ecclesiae adductis, dogmata tunc impugnata stabilivit. Opus hoc, cuius indoles eminenter scripturistica editori minorem facessebat laborem, Sasgerus apte inscripsit: *Scrutinium divinae scripturae pro conciliatione dissidentium dogmatum.*

Opus in X *Conatus* dispertitur, in quibus Sasgerus prius partium dissidentium ac disputantium assertiones rationesque recitat, ea quoque in quibus conveniunt eruit. Deinde *Indagines* plures circa S. Scripturae

locos instruit, verumque sensum cum dogmatibus Ecclesiae consonum probat, saepe e singulis *Indaginibus* statim aliqua *Consectaria* inferens. Solum in *Conatuum* initiis, quoad formam litterariam, Sasgerus conflictus acris speciem inducit. Sic *Conatus primus* horridae pugnae metaphora innocua exorditur: « *Ingressis itaque nobis locum conflictus, primus armorum strepitus de libero arbitrio et gratia sustollitur ad sydera, tantusque concrepat fragor, ut et coelum missilibus stipari et terra bombardarum tonitruo tremere videatur. Verum accedamus proprius, dissidentes rogemus partes arma ponere, causamque tranquillo tractare animo* » (7). Ad ipsam S. Scripturam omnino recurrendum esse ducit, « *in materia enim theologica caecutit ratio plurimum, obfuscantur quippe eius radii in theologici luminis praesentia, uti stellae in solis prospectu* » (7). Tunc Sasgerus ex ordine disputat vel potius dicit in *Conatu* II *de fide et operibus,* in III *de bono opere,* in IV *de actu meritorio,* in VIII *de communione sub utraque specie,* in X *de votis et statu monasticorum* etc.

Semel tantum S. Thomas, S. Bonaventura, Scotus et Alexander Halensis expresse citantur (21-2). Tamen editor diligens, in praefatione de indole *Scrutinii* agens (IX-XVIII), animadvertit Sasgerum pluribus in locis Scotistam se prodere (XII-XIV). — « *Scrutinio* » Epistolam ad lectorem (1-2) praemisit « *Fr. Conradus Pellicanus, Minorita* », Alsata, qui Sasgeri, dum hic Ministrum Provinciae Argentinensis seu Superioris Germaniae agebat, per annos plures in visitationibus comes individuus fuerat. « *Religiosus pater noster* (ait), *pater Caspar Sasgerus hoc periculoso aevo nostro fratrum minister fidelis, vir sincera religione praeditus... quanquam in illa Scotica palaestra iam inde a puero feliciter institutus fuisset ac multos annos non sine laude versatus, tamen hoc dicendi genus quod placide veluti manuducit in ipsa veritatis penetralia sequi maluit, ita sermonem temperans christiana quadam charitate, ut ab utraque parte possit amari... secutus exemplum sanctissimi doctoris Augustini* » etc. — Caeterum de Sasgero cf. Nik. Paulus, *Kaspar Schatzgeyer, ein Vorkämpfer der katholischen Kirche gegen Luther in Süddeutschland,* Freiburg i. Br. 1898; in-8°, X, 152 pp.

Scrutinium Sasgeri plausu maximo exceptum fuit (XVIII-XXVIII). Etenim editio princeps Basileae, mense martio 1522 prodiit. Quam eodem adhuc mense secuta est ibidem secunda editio. Tertia eodem anno 1522 Coloniae prelo subiecta est, itemque quarta Augustae Vindelicorum. Quinta an. 1527 Tubingae cusa est. Sexta demum Ingolstadii an. 1543, inter Sasgeri *Opera omnia,* f. 1-49, in lucem edita est. Haec *Opera* praeliminari *Epistola* Ioh. Eckii adornantur et commendantur. Ipse Sasgerus iam an. 1514 *Chrysopassum* Eckii amici sui Epilogo laudatorio concluserat.

3. Fr. Augustinus de Alfeld, O. M. Obs., an. 1520 Lipsiae lector S. Scripturae erat, an. 1523-28 guardianus conventui Hallensi praeerat, an. 1529-1532 Provinciam suam Saxoniae S. Crucis Minister regebat. — De eo egit P. L. Lemmens, O. F. M., *P. Augustin von Alfeld, ein Franziskaner aus den ersten Jahren der Glaubensspaltung in Deutschland,* Freiburg i. Br. 1899, in-8°, IV, 108 pp.; ibi, 100-3, eius

scripta recensentur. Idem, *Aus ungedruckten Franziskanerbriefen des XVI Jahrh.*, Münster i. W. 1911, 35-43, 82-4 (v. AFH V, 763-5). Cf. etiam *Franzisk. Studien*, V, 131-4 et 220-3; v. AFH XIV, 356, 357.

Katherina Büschgens, Dr. phil., hic denuo evulgat (25-47) Fr. Augustini opusculum '*Contra idolum Wittenbergense Martinum Lutherum*' quod (sine loco, sed) Lipsiae an. 1524 ediderat adversus M. Lutherum. Hic canonizationem S. Bennonis, episcopi Missnensis, 1066-1106, die 31 maii 1523 ab Hadriano VI factam, suo modo imtemperanti an. 1524 impetiverat, S. Bennonem 'novum idolum ac vetus daemonium' designans. — In introductione quaestio fit de occasione opusculi Fr. Augustini (12-3), de editione illa priore (13-5); dein de eius textu vernaculo philologice disseritur (15-24). — Fr. Augustinus Luthero inter plurima obtrudit, quod 'nullum sanctum a Papa canonizatum admittere velit, cum tamen caram S. Elisabetham et Franciscum, quos Papae item canonizaverant, sanctos reputet': « *Du wilt auch keynen heyligen, den der babst erhaben, heylig haben und doch die lieben heyligen Elizabethen und Franciscum auch für heylig halten, welche doch die bebst canonisirt und erhaben haben* ». Quae obiectio alludit ad locum opusculi praefati: « *Widder den neuen Abgott und altem Teuffel ... zu Meyssen* », ap. Luther, *Werke*, XV, Weimar 1899, 194-5. — Subdimus Lutherum postea etiam in S. Franciscum invexisse; cf. AF V, p. XCII sqq.

Cum 8 sept. 1522 Lutherus antiphonas *Salve Regina* et *Regina caeli* aggressus esset, quod Deo obtrectarent et creaturae nimiam potentiam tribuerent, quidam eius asseclae obiectiones magistri scriptis suis tutati sunt, quae catholici plures refutaverunt (52-5). Hos inter Fr. Augustinus fuit, cuius: *Assertio Alveldiana in Canticum Salve Regina misericordiae contra impios Deiparae Virginis Mariae murmuratores, detractores, blasphematores,* Lipsiae 1527, formis est edita. Editio secunda, nihil mutata, ibidem cusa est an. 1530. Ipse Fr. Augustinus an. 1527 idem opusculum in linguam vulgarem verterat: *Eyn Vorklerung ... ob das Salve Regina misericordiae ein christlicher lobesang sey ader nicht*, Leipzig 1527 (p. 55-8). Hunc textum germanicum P. L. Lemmens denuo accurate edidit (59-88). Paucis demptis, cum opere latino plene consonat textus vernaculus, qui commentarius est antiphonae marianae in sola S. Scriptura innixus. Semel tantum S. Augustinus adducitur (70). — In fine, sicuti in quolibet Fasciculo *Corporis Catholicorum,* sequuntur Indices minutissimi omnium locorum S. Scripturae, aliarum auctoritatum allegatarum, necnon omnium nominum atque rerum tractatarum vel tactarum.

4. Fr. Nicolaus Ferber, natus in Herborn, oppidulo Hassiae, ideoque Herborneus, Herbornius vel simpliciter Herborn agnominatus, Provinciae Coloniensis Fr. Min. Observantium erat. An. 1522-25, qua guardianus conventus Marburgensis, omni quo potuit studio Philippum Hassiae Landgravium a novis doctrinis amplectendis retinere sategit, ast incassum. Plura de Herbornei vita et operibus P. Schlager disserit (XIII-XXVIII), tractans praesertim opus: *Locorum*

communium adversus huius temporis haereses Enchiridion, Coloniae 1528 ac denuo 1529 typis editum. In hoc doctrinas tunc controversas ex S. Scriptura praesertim Herborneus stabilire intendit, varie cum Protestantium placitis polemice decertans, methodo non solum theologis sed aliis etiam viris cultis pervia. Editor novus *Enchiridion* ' apologeticam tempori illi plene adaptatam ' merito aestimat (XIX). Ubique *Enchiridii* sui Herborneus redarguit illas 158 theses seu « *Paradoxa* », quae Franciscus Lambertus, Avenionensis, olim O. M. Obs., an. 1526 in synodo Hombergensi a Philippo Landgravio convocata protulerat. Contra eadem « *Paradoxa... impia et erroris plena ac plus quam haereticissime deducta* » a Lamberto Fr. Nicolaus *Assertiones trecentas et viginti sex,* Coloniae 1526, iam evulgaverat. In *Enchiridio* suo Sasgeri, Eckii aliorumque apologetarum coaevorum opera adhibuit.

Patr. Schlager *Enchiridion* novis eruditisque curis evulgat, creberrime caetera Herbornei opera necnon aliorum illius aevi scriptorum dogmata illa adstruentium impetentiumve allegando. Herborneus S. Augustinum et S. Hieronymum terna tantum vice explicite citavit, semel S. Gregorium atque Origenem; quibus tres auctores classici accedunt. Scholastici nonnisi obiter recoluntur (57), quamvis editor in adnotationibus frequenter ad eosdem appellet. — In capite 39 Herbornensis « *vota monastica* » defendit arguens: « *tyranni sunt, qui monasteria destruunt* » (133-8), licet abusus quosdam, modo tantum generali tactos, vituperet (137-8). Primum monachis aliqua monita dat, inter alia dicens: « et illud dolendum, quod pauci ex tam multis sunt, qui scripturis sanctis operam omnem navare studeant, frequentiores culinae quam bibliothecae ». Deinde etiam de Mendicantibus subdit, quod horum aliqui « omnes terras percurrant, quodque et iure pontificio prohibitum est: duobus saccis molant, altero mendicitatis, altero reddituum, utroque autem pertuso ». Addimus hic respici *Decret.* II, causa I, qu. II, c. 7 et Causa XIV, qu. V, c. 2 atque Aggaeum, 1, 6. — « *Si quid* (ait) *corruptum, si quid collapsum, si declinavit alicubi amussis, per congruentia media reformetur, perque legitimam auctoritatem restauretur. Nec prorsus monachismus tollatur per tyrannidem, ut alicubi attentatum est, sed sublatis abusibus, res ipsa atque status sit integer, sit incorruptus* ». Haec Coloniae an. 1529 scribens atque monens Fr. Nicolaus fortasse conventus sui Marburgensis recordabatur, quem Philippus princeps Hassiae an. 1527, pulsis Fratribus, in universitatem protestanticam converterat.

Fr. Nicolao Herborneo postmodum in Dania fortiter contra Protestantes agenti ab his contumeliae vel irrisionis causa cognomen *Stagefyr* (i. e. incendium seu titio) impositum est. Eiusdem: *Confutatio Lutheranismi Danici an. 1530 conscripta a Nicolao Stagefyr seu Herborneo, O. F. M., nunc primum edita a* Lud. Schmitt, S. I., Ad Claras Aquas 1902, in-8°, VIII, 319 pp., prodiit. — Idem Lud. Schmitt, de eo ample egerat: *Der Kölner Theologe Nikolaus Stagefyr und der Franziskaner Nikolaus Herborn,* Freiburg i. Br. 1896, in-8°, VIII, 184 pp.

P. Michael Bihl, O. F. M.

Bootsma, Gaudentius, O. F. M. — *Tractatus de Officio divino et Missa.* — Typis Beynsberger, [Heijthuijzen] in Hollandia, 1928. — Prostat apud Herder et Soc., Friburgi Brisgoviae. — In-8°, 243 pp. — (flor. holl. 3).

Bibliographiam si quis componere vellet franciscanam auctorum qui de rebus liturgicis scripserunt, elenchus omni exspectatione maior obtineretur incipiendo a scholasticis uti Gulielmo de Melitona, Guiberto Tornacensi, etc. usque ad Aloysium a Carpo, Innocentium Wapelhorst, Desiderium Claessens. Huius *Tractatus de Rubricis Missalis Romano-Seraphici et de Rubricis Breviarii Romano-Seraphici* (Galopiae 1907) ob magnam Breviarii reformationem nonnisi valorem historicum retinuisse dicendus est. Quapropter non sine utilitate P. Gaudentius compositionem novi de his rebus tractatus suscepit. Titulo laudabiliter abbreviato et quibusdam partibus libri P. Desiderii immutatis, omissisque quae Caeremoniale respiciunt aut defectus in celebratione Missae, dividitur tractatus in tres partes, scil. *De officio divino* (22-48), ubi de huius natura, origine, historia, elementis et obligatione agitur; dein *De breviarii Romani praescriptis* (49-137), tandem *De rubricis missalis Romani* (140-238). Clauditur liber tabula brevi sed sufficienti; non tamen sufficit conspectus operis (6-9), quia desideratur numeri paginarum indicatio, quamquam capita et paragraphi numerantur. In folio separato non pauca, aliquibus tamen inobservatis, menda corriguntur.

Periodici nostri, uti patet, tantum interest de re historica franciscana quaedam proferre. Proinde generaliter dicendum auctorem, etsi de breviario Romano agat, etiam indulta Ordini nostro concessa allegasse; similiter quoque quoad missale.

Specialiter animadvertendum, praeter sic dictos *Ordines Romanos* etiam rubricas Fr. Haymonis de Faversham seu *Caeremoniale Ordinis Minorum vetustissimum,* ap. AFH III, 64-81 (cf. ibid. XIX, 785-8) multum contulisse ad constituendas hodiernas rubricas generales, quarum fundamentum fuit *Directorium divini Officii,* Romae 1540 (*sic*) a Ludovico Ciconiolano, O. F. M., compositum et a Paulo III approbatum (12). Haymo praedictus Breviarium Curiae reformavit, consentiente Gregorio IX, quod dein Nicolaus III (1277-80) in Urbis ecclesiis, in quibus Officium breviatum invaluerat, iuxta hanc Haymonis emendationem celebrari mandavit; idem pro Lateranensi basilica praescripsit Gregorius XI (1370-78). Breviarium Curiae per Fratres Minores brevi ubique divulgatum est (28). De hac re cf. E. Clop, AFH XIX, 753 ss., et A. Le Carou, O. F. M., *L'Office divin chez les Frères Mineurs au XIIIe siècle,* Paris 1928, 211 ss.

Saec. XVI, mandante Clemente VII, Franciscus Card. Quiñones, O. M. Obs., exaravit *Breviarium Romanum e S. Scriptura potissimum et probatis Sanctorum historiis collectum et concinnatum.* Hoc emendatum breviarium, iuxta titulum Cardinalitium auctoris *Breviarium S. Crucis* dictum, a Paulo III approbatum fuit placuitque maiori cleri parti. Paulus autem IV an. 1558 denuo id imprimi vetuit; an. 1568 vero S. Pius V

usum eius penitus interdixit. Ut causa i. a. allegatur quod « character huius Breviarii factus est didacticus, diminuto latreutico » (29). Hoc nobis non liquet, quia permulta capitula, responsoria et antiphonae, quae a Quiñones omittebantur, « didactica » erant et sunt characterque latreuticus praecipue in psalmis ac hymnis elucet. Etiam alia causa allegata, scil. « natura Officii divini, quod, quamvis privatim recitatur, dicitur tamen nomine totius Ecclesiae et manet oratio publica » (29), non impedit quominus Officium simplificetur itaque attentio et devotio crescant, dum tunc (et nunc) utraque diminuitur nimia confusione partium inaequalium, quae singulae saepe aliis in paginis quaerendae sunt. De cetero cf. Xaver Schmid, *Brevier-Reform,* Luzern 1927. Rem a Quiñones introductam, scil. ut singulis hebdomadibus totum psalterium perlegatur totaque fere S. Scriptura per anni circulum, Pius X denuo restauravit.


Hymnos in Breviarium cleri Romani insertos fuisse ab Haymone nostro conicit, ait auctor (35), I. Grancolas, cuius nec opus nec aetatem profert nec rationes adducit. Agitur proculdubio de ipsius *Commentaire hist. sur le bréviaire,* Paris 1727, qui latine prodiit Venetiis 1734. — Antiphonas finales quatuor solitas a Fratribus Minoribus iam cantatas fuisse post Completorium refert in *Epistola* sua encyclica Ioannes Parmensis ap. Wadding, *Annales*, III², 209, ad an. 1249, n. 2. Sed Epistola haec in an. 1254 referenda est; cf. AFH IV, 425ss.; cf. etiam AFH III, 70, n. 38. De antiphona *Salve Regina,* quam Quiñones Breviario suo interseruit, ex quo Pius V illam in Romanum transtulit (45), cf. etiam E. Vacandard in *Etudes de critique et d'hist. relig.* IV, Paris 1923, 157ss. — Per « Breviarium S. Crucis » salutatio angelica seu *Ave Maria* in hodierna forma (scil. addita formula « *et in hora mortis nostrae* ») in Breviarium Romanum introducta fuit (177). Influxu S. Bernardini et sequacium nomen *Iesu* in hanc salutationem assumptum fuit.

Quoad festa specialia nominentur festum S. Ioseph, cuius cultum S. Bernardinus promovebat, quod sub ritu simplici a Sixto IV Breviario insertum fuit. Qui etiam festum Praesentationis B. M. V. introduxit, quod Pius V expunxit, Sixtus V vero restituit. Idem Sixtus IV an. 1477 festum Immaculatae Conceptionis ad universam Ecclesiam extendit. — S. Bonaventura an. 1263 festum Visitationis B. M. V. Ordini nostro praescripsit (69); cf. AFH IV, 66: « ut novae hae festivitates admitterentur in Ordine, videl. Conceptionis B. V. M., Visitationis eiusdem, b. Annae illius genitricis et Marthae Virginis ». Festum VII Gaudiorum B. M. V. Ordini concessum fuit a Pio X an. 1906. Octavae Sanctorum « opera praesertim Fratrum Minorum a saec. XIII numero accreverunt » (80). Cf. tamen E. Clop, AFH XIX, 778-80.

Haec sunt quae specialius historiam Minorum respiciunt, cetera magis ad praxim faciunt, cui ceteroquin liber destinatus est. Multam utilitatem afferet omnibus quaerentibus in eo, magis adhuc iuventuti seraphicae quae se ad sacerdotium praeparat.

P. Willibrordus Lampen, O. F. M.

MISCELLANEA



S. Francisci parabola in sermonibus Odonis de Ceritonia an. 1219 conscriptis. — Odo de Ceritonia (1), celebris concionator, Fabularum atque Exemplorum in usum praedicantium compilator (2), non saeculo XII exeunte florebat, uti antiquiores bibliographi contenderant (3), sed priore in parte saeculi XIII. Odo erat clericus atque sacerdos, « custos » ecclesiae Ceritoniensis, quam Wilhelmus pater iuxta ius feudale filio suo Odoni, uti acta publica probant, a rege Angliae acquisiverat. Alia documenta an. 1235-36 Odonem apothecam « in foro Londiniensi » conduxisse demonstrant. Obiit ante 15 oct. 1247, quo die « *inquisitio post mortem* » instituta est circa feudum castri « de Delce », in quo Odonis frater tamquam proximus eius haeres ipsi successerat (4). — Scripsit inter alia *Sermones super evangelica dominicalia,* e quibus L. Hervieux (5) 195 « *Parabolas* » sive Exempla extraxit. Hi sermones iuxta MS. Parisinum Bibliothecae Nationalis lat. *698,* f. 104, compositi sunt an. 1219: « *Anno incarnationis MCCXIX° hoc opus completum est a magistro Odone ad laudem eius qui est alpha et omega* ». Consonant alii codices eorumdem Sermonum. MS. lat. *16506* eiusdem Bibliothecae habet f. 218: « *Explicit liber evangeliorum dominicalium. Completum est hoc opus anno ab incarnatione Domini MCCXIX° pridie kalendas ianuarii a magistro Odes* (sic) *ad laudem ipsius qui est alpha et o(mega)* » (6). — MS. Londiniense Musei Brit., Egerton *2850,* habet f. 168vb: « *Currente anno CCXIX A.* »; quibus scriba posterior adiecit f. 253rb: « *Completum est hoc opus an. 1219* » (7). J.-Th. Welter (8) ex eo quod in MS. Arundel *231. II,* f. 30r, eiusdem Musei Brit. in quodam Exemplo horum Sermonum Edmundus Rich, archiepiscopus Cantuariensis (1234-40), qui (9) an. 1240 defunctus, 16 dec. 1246 canonizatus est, « *sanctus* » dicitur,

(1) Vulgo *Cheriton* in Cantio, *Kent.*

(2) Et illas et haec (e Sermonibus eiusdem extracta) ed. Léop. Hervieux, *Les Fabulistes latins ... du moyen âge,* t. IV: *Eudes de Cheriton et ses dérivés,* Paris 1896.

(3) Hervieux, l. c. 17-31. Qui etiam negat Odonem O. Cist. fuisse.

(4) L. c. 20-1. Cf. etiam W. Herbert, *Dictionary of National Biography,* XLI, London 1895, 429-43; idem, *Catalogue of romances of the British Museum,* III, ib. 1910, 31-4; J.-Th. Welter, *L'Exemplum dans la littérature religieuse et didactique du moyen âge,* Paris et Toulouse 1927, 124-7.

(5) L. c. 265-343. Cf. ibid. 110-42. — Semel sed decurtati prodierunt isti Sermones, curante Matthaeo Makerel: *Flores Sermonum ac Evangeliorum dominicalium ... Odonis ...,* Parisiis 1520; cf. ibid. 142-5.

(6) Hervieux, 19, 127, 131. Haec manuscripta non an. 1219 sed posteriore tempore, saeculo XIII, exemplata sunt. (7) Welter, l. c. 125, in nota 21.

(8) L. c. (9) Cf. Martène et Durand, *Thesaurus novus anecdotorum,* III, Parisiis 1723, 1775-1898. Cf. *Bibl. hag. lat.* n. 2404-17.

collegit in hoc MS. adesse recensionem ultimam et an. 1247 retractatam Sermonum illorum (1). Quidquid est de tali opinione, ipsa recensionem priorem Sermonum in aliis praedictis MSS. exhibitam ex anno 1219 minime dimovere potest.

Parabola de qua nobis sermo est, certo ante canonizationem S. Francisci, id est ante 16 iulii 1228 (2), exarata est in codice illo Parisino *16506*. Adde modum quo Parabola introducitur: « *Frater Franciscus* » etc. Apud Hervieux (3) titulum quidem prae se fert: « *De Fratris Francisci parabola* », sed titulus iste, si genuinus est (4), nihil roboris addit tollitve duobus allegatis primis Parabolae vocabulis. — Odo de Ceritonia (5) hanc Parabolam proposuit in « *dominica XV post octabam* (sic) *pentecostes, secundum Mattheum VI: Nemo potest duobus dominis servire* » (6). Quatuor alia exempla ex eadem homilia ab Hervieux excerpta fabulae sunt seu exempla animalium. — En nostrae Parabolae textus, iuxta codicem Parisinum citatum *16506* (7) et opus iam an. 1219 exaratum exhibentem:

Frater Franciscus, requisitus quis pasceret fratres suos (8), *quia indifferenter omnes recepit* (9), *respondit:* « *Quidam rex impregnavit quandam in nemore; que peperit. Quem cum per aliquod tempus nutrierat, venit ad portam regis, ut filium suum de caetero pasceret. Quod cum nunciatum esset regi, respondit: ' Tot pravi et inutiles in curia mea comedunt cibum; iustum est, ut filius meus inter eos sustentetur '. Quod exponens, dixit se esse mulierem quam Dominus verbo suo impregnavit, qui* (10) *filios spirituales genuit. Ex quo Dominus tot iniustos pascit, non est mirandum, si filios proprios inter alios sustentet* ».

Parabola ista ab Odone de Ceritonia iam anno 1219, « *Fratre Francisco* » adhuc vivo, narrata ostendit complura de eo mox per varias

(1) Si non agitur de additione scribae. Ut illa sententia adstrueretur, opus fuisset hoc MS. penitius inspicere etiam aliis in locis. — Inter Parabolas ab Hervieux inde excerptas haec non legitur. In Parabola 145 (p. 321-2) recolitur antiphona « *beati Edmundi: Ave rex gentis Angelorum* »; cf. Chevalier, *Rep. hymnol.* n. 23809. Unde liquet hic agi de S. Edmundo rege trucidato iam an. 870. (2) De ea egimus ap. AFH XXI, 468-514.

(3) L. c. 327. Aptius praepositio *de* omissa fuisset.

(4) In MS., e quo Hervieux has Parabolas excerpsit, saepe titulis carent, quos editor supplevit. Hoc elucet e textu integro Sermonis in « *Dominica IV (post natalem)* » quem ex eodem MS. *16506*, f. 144rb-5vb edidit Welter, l. c. 469-75. Parabolas suas n. XXI-XXIV inde tulit Hervieux, p. 273-5.

(5) Cf. de eo praeterea, J. A. Mosher, *The Exemplum in the early religious and didactic literature of England*, New York 1911, 66-72; G. Frenken, *Die Exempla des Jacob von Vitry*, München 1914, 42-6; Alb. Wesselski, *Mönchslatein. Erzählungen aus geistlichen Schriften des 13. Jahrhunderts*, Leipzig 1909, p. xviis. — De alio exemplo Odonis alia occasione agemus.

(6) Modo hoc evangelium Matth. 6, 24-33, recitatur in dominica XIV post pentecosten. (7) Ap. Hervieux, p. 327, num. CLX.

(8) Respicitur locus evangelii citati Matth. 6, 26.

(9) Cf. Thomas de Celano, *Vita I*, nn. 31, 37, 62.

(10) Fortasse legendum est *quo*, uti conicimus.

regiones percrebruisse. Fratres sui Minores nonnisi 10 sept. 1223 in Angliam venerunt (1), sed Odo non paucos annos in Gallia versatus erat (2). Ibi ac probabilius Parisiis hanc narrationem didicerat de Fratre illo pauperculo Assisiensi, sive a saecularibus, sive ab eiusdem asseclis et discipulis, qui an. 1217 Lutetiam adierunt (3). Quo citius hanc narrationem (cum aliis, uti opinamur) Odo didicit, eo clarius inde colligitur, quam celeriter S. Francisci fama ultra Montes increbruerit.

Maioris est momenti quod eadem narratio de S. Francisco non iam in *Vita I* (an. 1228) sed solum in *Vita II* (1245-47) eiusdem, auctore Fr. Thoma Celanensi occurrit. Ideo hanc quoque narrationem iis accensendam putamus, quas Fr. Thomas in *Vita I* consulto omiserat (4). In *Vita II* autem hanc Parabolam refert a S. Francisco narratam Innocentio III, cum ab eo Regulam approbandam primo petebat (n. 16). Hortante summo Pontifice, S. Franciscus « orat », ait Celanensis, « instanter » simul cum sociis suis et « responsum orando reportat ». Christus ipsi 'parabolam' istam inspirasset: « Francisce », inquit [Christus], « sic dices ad Papam: 'Mulier quaedam paupercula sed formosa in quodam deserto manebat. Adamavit eam rex quidam ... filios ex ea venustissimos genuit. Adultos iam illos ... mater alloquitur: '... Illius magni regis estis filii omnes. Ad curiam eius itote gaudentes ...'. Cognita rex similitudine sua ... amplexans eos: 'Mei, ait, estis filii et haeredes. ... Si de mensa mea nutriuntur extranei, iustius est ut enutriri faciam quibus haereditas tota de iure servatur'. Mandat proinde rex » omnes ex ea muliere genitos accersiri. — Celanensis deinde (n. 17, l. 1-6) exegesim Parabolae adnectit, subdens: « Miratur dominus Papa propositam sibi parabolam et indubitanter Christum locutum in homine recognoscit ».

Ex iis quae modo e *Vita II* excerpsimus statim elucet, quatenus narratio Celanensis non solum elegantior sit quam altera Odonis, verum etiam quatenus altera ab altera differat, praesertim circa plures filios ita a rege illo procreatos. Narratio taliter proposita themati Odonis aptior atque efficacior fuisset. Simul liquet Parabolam Celanensis ex Odonis Exemplo minime pendere. Quo vulgatior iam an. 1219 erat haec narratio, ut ad aures Odonis saltem tunc pertingeret, eo minus vel suspicari licebit Thomam Celanensem eamdem e Sermonibus Odonis de Ceritonia, Angli, exquisivisse (5). Haec igitur Parabola etiam inter « Testimonia minora de S. Francisco » (6) locum chronologice insignem meretur.

P. Michael Bihl, O. F. M.

(1) Thomas de Eccleston, *De adventu*, ap. AF I, 217; ed. A. G. Little, 3.

(2) Hervieux, 24ss. (3) Cf. A. Callebaut, ap. AFH XIX, 530-4, 538ss.

(4) Cf. Prolog. 1, l. 5-7; 2, 6: « *pauca de multis* » (de miraculis tamen hoc dicitur, uti et in n. 70, 17-20); in n. 80; 84-5; 88, 10-2; 151, 2-5. Cf. *Vita II*, n. 2, 1-4. (5) Visis quae praefati sumus, nemo e contrario inferre potest Odonem hanc Parabolam e *Vita II* hausisse.

(6) Cf. de eiusmodi tituli libro, AFH XIX, 154-7. Quo in opere Parabola Odonis deest.

Questions disputées faussement attribuées à Alexandre de Hales. — Dans la *Ciencia Tomista,* 1928, I, 66, le P. Beltràn de Heredia, O. P., attirait l'attention sur le MS. *34* de la Cathédrale d'Oviedo, qui sous le titre « *Quodlibet Alexandri de Hales* » contient des questions *De anima Christi et de Trinitate,* commençant par les mots « *Questio est de scientia Christi secundum quod Verbum* ». Cette importante découverte était aussitôt relevée par le P. Fr. Pelster, S. I., dans la *Scholastik,* III, 1928, 447. Malheureusement aucun des deux savants écrivains ne s'est aperçu de l'identité du fameux Quodlibet avec les Questions disputées sûrement authentiques de S. Bonaventure, bel et bien publiées depuis 38 ans dans l'édition de Quaracchi, tome V, 1891, pp. 3ss., sous le titre « *Quaestiones disputatae de scientia Christi, de mysterio Trinitatis, de perfectione evangelica* ». La méprise du P. Beltràn aura du moins servi, ce dont nous le remercions, à nous faire connaître un MS. inconnu aux éditeurs des œuvres de S. Bonaventure, qui dans leurs Prolegomena (t. V, p. v) en citent déjà huit. Elle aura probablement aussi l'avantage de prémunir des chercheurs bien intentionnés contre de trop hâtives conclusions.

P. Alban Heysse, O. F. M.

Philippe de Bridlington, O. F. M. et le Bx. Duns Scot. – Le MS. *Q. 99* de la bibliothèque capitulaire de la cathédrale de Worcester est connu depuis longtemps des médiévistes, bien que jusqu'ici aucune étude d'ensemble n'ait révélé toute la valeur des diverses Réportations qui s'y trouvent. Elles sont importantes pour l'histoire de la scolastique à Oxford à la fin du XIIIe siècle et au début du XIVe. — Il contient entr'autres un renseignement nouveau sur Duns Scot. Dans le groupe des Questions disputées chez les Frères Mineurs: *quaternus fratrum minorum,* f° 60r sqq., se lisent en effet les *vesperies* de Philippe de Bridlington, déjà maître franciscain d'Oxford, le 26 juillet 1300 (1). Seule la question: *Utrum in bono creato sit aliquid prius bonum in se quam relatum ad summum bonum,* f° 63r. col. b, porte l'indication suivante: *Vesperie Bridllinton;* la question suivante: *Utrum essentia Dei ex se habeat quod obiiciat intellectui divino distincta re aut ratione,* f° 63v. col. b, est anonyme, tout comme la question qui la suit immédiatement: *An Deus intelligat se sub ratione ali[qu]a in se existente, secundum quam differret a se absolute sumpto,* f° 64va. Mais à l'aide du *Commentaire sur les Sentences* de Richard de Bromwych, O. S. B., conservé dans le MS. *F. 139* de la même bibliothèque, il est possible d'identifier sûrement ces dernières questions. Richard de Bromwych — auteur contemporain et dont il sera question ailleurs lorsque les P.P. Editeurs de Quaracchi publieront sa question sur la Conception immaculée de la Sainte-Vierge dans les *Monumenta Immaculatae Conceptionis* en préparation — traite longuement de l'objet même de ces deux questions, à savoir de la distinction des attributs divins, MS. *F. 139,* f° 21v.-26r.

(1) A. G. Little, *The Franciscan school at Oxford in the thirteenth century,* AFH XIX (1926), 862-3.

Or parmi les divers systèmes qu'il énumère, se trouve celui de Philippe de Bridlington, ainsi que l'indique une note marginale autographe, f° 24ra. Cette indication est exacte et Richard de Bromwych reproduit précisément l'opinion toute nouvelle qui se lit dans les deux questions du MS. *Q. 99,* et cela avec les mêmes arguments. [En marge]: *Opinio Brid. — Alii dicunt quod attributa distinguuntur per lumen in se,* [en marge], *ab intellectu creato nullo modo,* etc. Il est par suite établi que ces deux questions sont de Philippe de Bridlington, tout comme celle qui les précède et qu'elles appartiennent probablement à ses vespéries, comme le suggère la place qu'elles occupent dans le MS. Or, au f° 64vb, le nom de Duns se lit deux fois en marge, en regard d'arguments tendant à prouver la distinction formelle entre les attributs divins contre la thèse de Philippe de Bridlington.

Logiquement, il faut en déduire que Duns Scot, fut *opponens* à une dispute magistrale du régent de l'Ecole franciscaine d'Oxford, très probablement même lors de sa réception au doctorat, — tout comme Stratton, Tifford et le bachelier des Carmes dont il est fait mention au f° 63v, à propos de la première question. Voilà un trait nouveau à ajouter désormais dans la vie de Duns Scot: peut-être sera-t-il possible un jour d'établir que Philippe de Bridlington partage avec Guillaume de Ware l'honneur d'avoir été l'un des maîtres anglais du Docteur Marial. Les textes du MS. *Q 99* et la question de Richard de Bromwych sur la distinction des attributs divins seront publiés dans un ouvrage en préparation, ainsi que d'autres documents critiques sur la vie du B. Duns Scot.

P. Ephrem Longpré, O. F. M.

Le MS. 194 du Magdalen College d'Oxford. — D'après H. Coxe [1] le MS. *194* du Magdalen College contiendrait au f° 61-97 un *Commentaire* anonyme sur le Livre des Sentences. En réalité, le catalogue a mal lu l'*incipit* et le MS. contient le recueil des *Collationes Parisienses,* f° 61ra. et aussi des *Collationes Oxonienses,* f° 80v, de Duns Scot. Ce MS. est le plus important texte des *Collationes* connu jusqu'ici dans les Bibliothèques d'Angleterre et d'Ecosse. Les P.P. Editeurs des Oeuvres de Duns Scot se réservent le droit de le décrire complètement dans l'édition qu'ils préparent.

P. Ephrem Longpré, O. F. M.

Nouveaux documents franciscains d'Ecosse. — Les archives franciscaines d'Ecosse se trouvaient au couvent d'Haddington jusqu'au temps de la Réforme. A cette date, le *Registrum Ordinis* contenant les chartes et les documents officiels des couvents des Frères Mineurs et des Sœurs du IIIe Ordre, fut transcrit par W. Tweedy [2], notaire public de la

(1) *Catalogus codicum MSS. qui in collegiis aulisque Oxoniensibus hodie adservantur,* pars II, Oxoniae 1853, 89.

(2) La famille Tweedy eut plusieurs relations avec les Franciscains d'Haddington à cette date. Cf. W. Moir Bryce, *The Scottish Grey Friars,* Edinburgh 1909, I, 170, 180, 192, 197; II, 91-2, 100.

ville d'Haddington. Tweedy transcrivit aussi à la suite des documents franciscains plusieurs chartes relatives du couvent dominicain de Selkirk. Le MS. Tweedy, conservé dans les archives de sa famille, fut communiqué au début du XVIIIe siècle par James Tweedy, alors à Canongate, Edimbourg, au célèbre P. Brockie, O. S. B., qui préparait alors une monumentale histoire des ordres religieux en Ecosse en dix volumes. La mort ayant interrompu les projets d'édition du P. Brockie, ses MSS., après diverses fortunes, devinrent la propriété du St. Mary's College, à Blairs près d'Aberdeen. C'est là que nous les avons rencontrés après plusieurs mois d'enquête. Là, nous avons pu lire et transcrire la copie fidèle du vénérable régistre. Plus de 50 chartes inédites s'y trouvent; de même, des indications brèves mais précieuses sur les chapitres provinciaux d'Ecosse et sur quelques religieux éminents de ce pays. De ce chef l'histoire franciscaine d'Ecosse est largement renouvelée. Vu l'importance de cette découverte, l'édition de ces documents se fera incessamment, les travaux à cette fin ayant été déjà commencés.

Ainsi qu'il est facile de le prévoir, le nom du B. Jean Duns Scot se rencontre dans ces MSS. Brockie. Grâce aux indications importantes du Régistre et avec l'aide d'autres documents généraux conservés à la « General Register House » d'Edimbourg, la question de la patrie et de la famille de Duns Scot est désormais résolue. De même la date de sa naissance est fixée et quelques traits concernant ses premières années sont acquis à l'histoire. Sa famille — une famille historique et très ancienne des comtés de Berwick et de Roxburgh, — est liée a l'histoire franciscaine d'Ecosse dès 1234.

A l'occasion de ces quelques lignes, qu'il me soit permis de remercier cordialement tous ceux qui m'ont aidé dans mes recherches en Ecosse, et tout particulièrement Sa Grandeur Mgr. l'Evêque d'Aberdeen et Mr. le Recteur de St. Mary's College à Blairs. Avec la plus entière bienveillance ils m'ont donné accès à leurs précieuses archives avec le bienfait de la plus fraternelle hospitalité. Que Sa Grandeur Mgr. Graham, évêque auxiliaire et administrateur d'Edimbourg daigne aussi recevoir l'expression de ma profonde reconnaissance. Ce fut une heure inoubliable, lorsqu'assisté du R. P. Louis, gardien des Franciscains d'Edimbourg, sur les rives grâcieuses du Tweed, non loin des abbayes en ruine de Melrose et de Dryburg, Sa Grandeur a récité le *Tota pulchra es* sur la terre natale du B. Jean Duns Scot.

P. Ephrem Longpré, O. F. M.



TABULA MATERIARUM

I. — DISCUSSIONES.

II. — DOCUMENTA.

III. — CODICOGRAPHIA.

IV. — BIBLIOGRAPHIA.

V. — MISCELLANEA.

INDEX AUCTORUM ANNI 1929

Sac. ANTONIO DEL SOLE Direttore responsabile.

Tipografia del Collegio di S. Bonaventura. — QUARACCHI.